13
5\\F
35

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-5. E. 15

28
D
9

Digitized by Google

TRACTATVS
DE CONFESSIONIBVS
TAM IVDICIALIBVS QVAM EXTRAIVDICIALIBVS
TOMVS SECVNDVS

FRANCISCI
DE ANGELIS
I. C. MEVANATIS
PROTONOT. APOST. ET INCLYTÆ SVB. MEM.
CÆSARE CARDIN.
FACCHENETTO
SPOLETI ANTISTITE SACRI COLLEGII APOST. DECANO
Vicarij Generalis Epiſcopatus Spoleti,

CVM ADDITAMENTIS DE FLVMINIBVS

AD SECVND. OPVSCVL. POST I. TOM. DE CONFESSION,
Iuncta trina cauſæ Propoſitione cognitæ contrà Communitatem Fulginei à Supremo
SACRÆ CONGREGAT. AQVAR. TRIBVNALI
Cum ſuis Oraculis.

BIBL. SOC. IESV ROM.
BIBLIOTECA NAZ. ROMA

TVDERTI, Apud Vincentium Galaſsium. Superiorum permiſſu. 1695.

Digitized by Google

Digitized by Google



GRATIARVM MARIAE
SEMPER IMMACVLATAE
VNDIQVE
IMPERATRICI POTENTISSIMAE

OBumbrata Mens mea in ignorantiæ tenebris iacebat: & Intellectus ad incognita non fertur, ſub huiuſmodi Ignorantiæ inuolucris in primo emanato de Confeſsionibus Tibi dicato Volumine, fas mihi non fuit, patefacere ea, quæ infrà ſuper addendo recenſebo. Cæterùm poſt quàm tu VIRGO Sapientiſsima mentis meæ tenebras effugaſti, Intellectum clarificaſti, cæteraſquè Animi mei Potentias ad incognita penetranda at-

Digitized by Google

traxiſti, hæc infra dè Confeſsionum materia iterùm exarando compoſui, componendo diſtinxi, diſtinguendo conciliaui, conciliando pronunciaui, & pronunciando, Iuris Authoritatibus ſanciui. Vnde breuitèr concludam.

De Confeſſis addo Librum
Super his, quę non dixi:
Scribo tuo mediante
Aſſiſtente Lumine:
Mater Alma, Virgo Sempèr,
Gratiarum Fons perennis.
Tu perenna Librum iſtum
Cum tuo Præſidio.

Diuinæ Maieſtatis tuæ

Humiliſſ. Abiectiſſ. & obſequioſiſ. Seruus
Franciſcus dè Angelis

Digitized by Google

BENIGNISSIMO LECTORI
TETRASTICHON

Non Spernas Librum Lector, tibi dono ſecundum,
Quem dè Confeſſis, vt Tibi proficiat.
Authoris noli quæsò tu carpere ſcripta:
Illicò te carpis: carpere ſempèr atrum eſt.

De mandato Reuerendiſſimi Patris Pauli de Octauianis Inquiſitoris Generalis Peruſiæ, aliarumue Ciuitatum annexarum vidi librum Excellentiſſimi Domini Franciſci de Angelis, cui Titulus eſt, Tractatus de Confeſſionibus tàm iudicialibus, quàm extraiudicialibus, Tomus &c quo cùm non tantum quid cenſura dignum non inuenerim, verùm omni legali doctrina, ac Eruditione refertum, in omnium vtilitatem prælo eundem cōmitti expediens eſſe iudico. &c.

Franciſcus Iouius Conſultor Sancti Officij I. V. D. & in Patria Academia Publicus Profeſſor.

Imprimatur

Si videbitur &c. Dat. in Cancell. Epiſcop. hac die 1. Settemb. 1693.
Io: Perſeus Vic. Gener. Tudert:

Imprimatur

Fra Paulus de Octauianis Ord. Præd. Inquiſit. Gen. Peruſiæ &c.

AVTORIS AD CHRISTIADOS
PRO CONDIGNA SACRAMENTALI
CONFESSIONE
SALVBRES CONSCIENTIAE IMPVLSVS

E Læthali Peccatorum Surgamus Somno, Chriſtiades: Suprema noſtras claritate illuſtremus Mentes: illuſtremus; Concutiamus Pectora: è Corde ſingultus erumpamus, imbreſquè affluentèr lacrymoſos effundamus in hoc tempore, quo Vitales Mundi carpimus Auras; ſic mortales carpendo, ad immortales euolabimus. Eia non cunctemor celeri pergere greſſu ad Pœnitentiæ Tribunal; ità Nos admonet *S. Io. Chryſoſt. Homil* 22. *in* 2 *Cor.* 10. *in Moral.* Nè tardes conuerti ad Dominum, & nè differas dè die in diem, neſcis enim, quid paritura ſit ſuperuentura dies, Periculum enim, & metus eſt in differendo, Salus verò certa, ac ſecura, ſi nulla ſit dilatio. Nam Pœnitentia ſera rarò vera Huius Omnimoda diligentia Tribunalis conquæramus claues, quibus Nobis Paradiſi Portæ referantur. Has in verecunda, & lacrymabili confeſſione perquirentes profectò inueniemus. Quid eſt huiuſmodi peccatorum Confeſſio, ſecundum vtillimam *S. Gregor. Pap. Sententiam Humil.* 40. *in Euangel.* niſi quædam vulnerum ruptio? Quia peccati Virus ſalubriter aperitur in Confeſſione, quod peſtiferè latebat in mente. Vulnera etenim cutis in ſuperficiem trahunt humorem putredinis. Et confitendo peccata, quid aliud agimus, niſi malum, quod in Nobis latebat, aperimus? Si enim Peccatores Deus non amaret, dè Cœlo ad terram non deſcenderet, *D. Auguſt. tractat.* 49. *in Ioann.* Pendet igitur à Nobis hæc Cœlorum aperitio: citò citò claues quæramus, diù, diù in hac vita ploremus, itàut in fletibus compungamur; Sed poſt lacrymarū tempus ad iniquitatem, nè redeamus, ſed tamquàm Oues Dei Verba Dei ſempèr audiamus. *S. Greg. Pap. Humil.* 18. *in Euangel.* Confiteamur Deo gratiam, quòd in medijs peccatis Nos non abſtulit, *D. Io. Chryſoſt. d. Humil.* 22. *Cor.* 10. *in Moral. & in V. Domin. Auguſt in* 3 *lect.* & ibi poſtmodum ſubdit = Multis iniquis dedit Deus ſpatium, vt in vltima ſenecta confiterentur. Quid igitur? nunquid & tibi dabitur? = & cum *S. Io. Chryſoſt. in eodem lib* 2. *de Pœnit.* alacri animo iugiter dicamus. O Pœnitentia, quæ peccatum (miſerante Deo) remittis, & Paradiſum reſeras, quæ contritum ſanas hominem, & triſtem exhilaras, Vitam de interitu reuocas, ſtatum reſtaucas, honorem renouas, Fiduciam das, reformas vires, Gratiamquè abbundantiorem retundis. O Pœnitentia quid dè te noui referam? Omnia ligata tu ſoluis, Omnia ſoluta reſeras, Omnia aduerſa tu mitigas, Omnia contraria tu ſanas, Omnia confuſa tu lucidas, Omnia deſperata tu animas. Te etiam Gentiles cognouerunt teſte *Ouid. Eleg.* 1 *lib.* 2, *de Pont. ibi.*

Talia Cœleſtes fieri præconia gaudent,
Vt ſua quid valeant, Numina teſte probent.
Sæpè leuant pœnas erepta que lumina reddunt,
Cum benè peccati pœnituiſſe vident,
Pœnitet, ò ſi quid miſerorum creditur vlli,
Pœnitet, & facto torqueor ipſe meo.

Hæc

Hæc omnia dietim à Deo exnoſcamus, vt æternè Ipſo fruamur. Cum *Claud. in Epig. Satisfactionis* deniquè concludamus.

En adſum, & Veniam Confeſſus crimina poſco.

Siquidem lapſus communis: ſed ſpecialis Confeſſio. Culpam itaquè incidiſſe, naturæ eſt: diluiſſe, Virtutis, *S. Ambroſ. dè Apolog. David. Apolog. 1. cap. 4. erga fin.* Namquè teſte Senec. in Moc. Qui pœnitet ſe peccaſſe, pené innocens eſt. Sed hoc verum, vt *ex lib. Ecleſ. cap. 21.* ibi = Fili peccaſti? non adiicias iterum, ſed dè priſtinis deprecare, vt tibi dimittantur = Et prius, *in eod. lib. Ecleſ. cap. 5.* ibi = Dè propitiato peccato noli eſſe ſine metu, nequè adiicias peccatum ſuper peccatum = Etenim Qui faciunt peccatum, & iniquitatem, hoſtes ſunt Animæ ſuæ, vt *in lib. Tobiæ cap. 12.* nè Animæ noſtræ ſimus hoſtes; memoriæ ſemper recommendemus Myſterioſiſſimam ſententiam. Oculi Sapientis in capite eius; Idèſt noſtrum recognoſcamus à terra principium; vt Principes Cœli efficiamur. Et intèrim nemo, ex ſententia eiuſdem *S. Gregorij Papæ Homil. 29. regiſtrata in octava Aſcenſ.* indultâ Pœnitentiæ tempora parui pendat, nemo curam ſui, dum valet, agere, negligat. quia Redemptor noſter tantò tunc in Iudicium diſtrictior veniet, quantò Nobis ante Iudicium magnam Patientiam prorogauit. Et dum in huiuſmodi Iudicium veniet, ſcitote omnes, quòd reddet vnicuiquè iuxtà opera ſua, vt *in Pſalmo 60. verſ ſemel*, & etruſco metro canit Inclytus *Lamet. Matth. in Pſal. 74. in 7.* ibi

Arbitro della vita, e della morte
Regge il Gran Dio de l'Vniuerſo il pondo.
Con vn ſol cenno il mondo
Volge; e il Fato col piè calca, e la ſorte.
Con la Man ſaggia, e Forte
Premij rendendo al Pio; pene al Rubello:
Deprimer Queſto è ſublimar sà Quello.

Digitized by Google

Et ne ab inceſſantibus Diuinis Auxilijs abhorreat, elegiaco Carmine concludam.

Humanas ſemper Mentes illuminat omnes

Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 12.

Omnipotens noſter ſummus vbiquè Deus.
Ad poſtes Animæ vigilat, titillat Amatum:

Ioan: Apocal. cap. 3. n. 20.

Sic ait, èn caueas Hoſtis ab inſidijs.
Iſque latrat, tentat, poterit mordere Volentem;

S. Auguſt ſermon. 197. de Tempor.

Nolentem nunquàm mordet in interitu.
Dante Deo, & noſtro pendet Victoria ſenſu:

D. Paul. ad Cor. 1. 15. & Concil. ibidē can. 1.

Et damnum ſolùm pendet ab Arbitrio.
Tolle voluntatem, ſic protelabis & Hoſtem.

15. q. 1. can. Non eſt 10.

Actus non volitus Tartara cuncta fugat.
Rumpe moras: noſtrum ſtat menſurabile tempus:

Pſal. 38. & 54.

Peccatumque ſolet ſæpè abolere dies.
Nāquè Probos, Reproboſq; Deus per Geſta repenſat.

Pſal. 60. Symbol. S. Atanaſ.

Præmia datque Bonis, ſuppliciumque Mâlis.

Pſalm. 76. 13. q. 2. can. 14.

Iugitèr æternos Annos tu mente reuolue:
Sic non peccabis: ſtabis in Empyreo.

INDEX
QVAESTIONVM OMNIVM QVÆ IN HOC SECVNDO TOMO DE CONFESSIONIBVS CONTINENTVR.

Quæſtio I.

SEqueſtrum, dè Iure regularitèr prohibitum, quandò ſit permiſſum? & voluntariè ſequeſtrum recipiens an fateatur omnia in ſequeſtro habita, & an actione depoſiti pro reſtitutione exequtiuè teneatur, & qua actione conueniatur is, qui habuit ſequeſtrum, ſeu præceptum à Iudice dè non reſtituendo, ſeù de non ſoluendo, & poſteà, eo recepto præcepto, ſeù ſequeſtro, confitetur nihil habere in manibus? ſi poſtmodū conuincatur dè mendacio, qua actione conueniri poſsit?

Quæſtio II.

Hæres grauatus, cui in teſtamento fuerit data facultas alienandi bona hæreditaria ob ſuas neceſsitates, àn ex propria ipſius Alienantis Confeſsione, & aſſertione tales ſuas neceſsitates probare poſsit, vel non?

Quæſtio III.

Hæres grauatus, ſi fateatur, & aſſerat exſoluiſſe debita fideicommiſſaria dè proprijs pecunijs, àn eidem credatur? & quando? & multa de Hærede grauato, & fideicommiſſarijs.

Quæſtio IV.

In venditionis inſtrumento, ſi hæres grauatus confiteatur, & aſſerat vendere bona fideicommiſsaria prò extinguendis debitis hæreditarijs fideicommittentis, àn huiuſmodi confeſsioni ſit credendum in præiudicium Vocatorum? & an talis confeſsio, & debitorum extinctio aliquid operetur fauorabile emptoribus? & an appellatione alienationis dd. bonorum veniat cenſus impoſitio?

Quæſtio V.

In cauſam confeſſatam, & expreſſam (vt ex tenore inſtrumenti, vel teſtamenti, an ſoluens pecunias teneatur eſſe ſollicitus dè ipſarum pecuniarum verſione?

Quæſtio VI.

Conducens Molendinum oleareum, ſeù Frumentarium, in quo ipſe conductor aliquam habeat portionem prò indiuiſo cum locatore, ſi fateatur in inſtrumento recepiſſe Molendinum benè ordinatum, & omninò aptū ad Molendum, & repromiſerit locatori reddere (expleta conductione) potiùs melioratum, quam deterioratum, an eueniente incendio Molendinum euertente, teneatur, vel nè Conductor locanti reſtituere ad formam emiſsæ confeſsionis, & initi pacti?

Quæſtio VII.

An à Priore, & Canonicis confeſsa neceſsitas ſit ſufficiens motiuus imponendi cenſum in ſorte conſiderabili ſuper eorum reſpectiuè Eccleſiaſticis Præbendis? & pro huiuſmodi impoſitione (obtento Beneplacito Apoſtolico) quo ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna ipſo iurè incurrenda abſquè alia declaratoria iniungatur cenſus extinctio infra certum tempus, an ſi infra dictum tempus non ſit cenſus extinctus, remaneat ſubſiſtens, vel inſubſiſtens, & fructus exſoluti àn fuerint dè Iure debiti, vel non, ſeu an imputentur, vel non in ſortem? aut detur indebiti repetitio etiam fauore ſingulorum

† Cano-

Digitized by Google

Canonicorum, qui peculiaritèr ſucceſſerunt poſt dictum in aſsenſu Apoſtolico præfixum tempus ad cenſum extinguendum?

Quæſtio VIII.

An, & quandò vigore Precum Papæ porrectarum a Canonico, aut Beneficiato, qui in eis perſonalem reſidentiam fateatur, & Gratiam expoſcat pro abſentia cauſa ſtudij, innoteſcat Canonicatus, vel Beneficij ſtatua eſſentia, & qualitas, & poſsit idem Canonicus, vel Beneficiatus frui, vel nè fructibus Beneficij, & peculiaritèr diſtributionibus quotidianis? & quot menſes Canonicus, vel Beneficiatus quotannis habeat, vt vacare poſsit a Reſidentia Chori, vel Eccleſiæ ſine cauſa, & quot menſes cum cauſa absq; amiſſione, vel cum amiſsione fructuum, & diſtributionum quotidianarum?

Quæſtio IX.

Vtrùm in Precibus datis Epiſcopo Parocchiani ſi fateatur Eccleſiam Parrocchialem collapſam, vel ruinas minantem, ex huiuſmodi ſola confeſsione poſsit Epiſcopus eodem tempore ſupplicantes Parrocchianos, & Parochum cogere reſpectiuè ad reaptandam Eccleſiam collapſam, seù ruinam patefacientem?

Quæſtio X

Vtrùm denunciatio Moleſtiarum facta ab emptore Venditori, ſiuè eius Hæredi inducat confeſsionem omnium in libello enarratorum a Moleſtante, vel ſolummodò expreſſorum a Denunciante?

Quæſtio XI.

Intereſſe venientis ad cauſam pro defenſione Rei conuenti, an probetur ex aſſertione, & confeſsione ipſius interuenientis? seù quomodò, & qualitèr huiuſmodi intereſſe probatum reſultet, vt veniens ad cauſam tamquam Author laudatus dicatur legitimus cōtradictor, & admiſsibilis ad cauſam, vel nō? & multa alia ad huiuſmodi materiam concernentia.

Quæſtio XII.

Vtrùm Emptor liberam tradendo Venditori pecuniam, qua pecunia Venditor ſatiſfeciſſe fateatur ſuis Creditoribus anterioribus, ſuccedat in locum ipſorum Creditorum per viam actionis, vel exceptionis?

Quæſtio XIII.

In Venditionis inſtrumento ſi Contrahentes confiteantur Prædium venditum non fuiſſe menſuratum, & paciſcantur menſurari, vel nil actum ſit dè menſura, per quod temporis curſum Emptori, ſeù Hæredi competat Ius menſurandi, vel non?

Quæſtio. XIV.

Creditori Creditoris cōtrà Debitorem Debitoris confeſsio debiti cum alijs duobus requiſitis an ſit ſufficiens, ſi Creditori Creditoris non fuerit facta ceſsio talis Iuris agendi contra Debitorem Debitoris?

Quæſtio XV.

Quid ſit Pauperies? a quo dicatur? in quot ſpecies diuidatur? quam actionem vna ſpecies producat, & quam alia? & vtrùm interrogatus Dominus Quadrupes ſi ſit tua, quæ Pauperiem dedit, & confiteatur non eſſe ſuam, ſi aduersùs Confeſsionem, seù negationem conuincatur, ad quid in pœnam ſui Mendacij teneatur? & an durante Iudicio poſsit, vel nè eſſe locus Pœnitentiæ?

Quæſtio XVI.

Beſtialitas confeſſata, ſiuè conuicta qua pœna plectatur etiam reſpectu Beſtiæ?

Quæſtio XVII.

Conſanguinei, vel affines ſi confiteantur inter ſe copulam habuiſſe carnalem, an talis aſsertio, & confeſsio ſit ſufficiens ad eos arcendos a Matrimonio? & quomodò dè Iure intelligenda ſit talis copula? qua copula interceſſa, an poſsint porrigi preces Summo Pontifici prò diſpenſatione ad matrimonium legitimè contrahendum?

Quæſtio XVIII.

An Mulier in Ciuilibus admittatur ad probandum extra iudicialem confeſsionem?

Quæſtio XIX.

Vxor legans Marito ſuorum bonorum Vſumfructum, ſi fateatur relinquere Marito tale Legatum propter amorem, & beneuolentiam, & ob diuerſa Beneficia, quæ ipſa Vxor recepit a Viro tàm in eius perſonam, quam ſuorum Coniunctorum, àn cenſeatur voluiſſe Legatum huiuſmodi compenſare cum lucro dotali, etiam in vim ſtatutariæ diſpoſitionis Marito dè Iure debito?

Quæſtio XX.

Ius ſedendi in Eccleſia, & reſpectiuè ſepeliendi, an per vnicam tantùm vicem acquiratur, & probetur ex mera Mulieris confeſsione, vel alterius perſonæ, quæ talia iura, vel ſimilia acquiſiuiſſe prætendat, vel aliundè ſit probandum? & quid dicendum, ſi per tale Ius poſsit alleganti, & probanti dari manutentio?

Quæſtio XXI.

Prò lucro dotali a Viro acquirendo è bonis Vxoris nuptæ in ætate maiori, aut minori, an aſſertioni, & viri confeſſioni ſit credendum, vel non dicentis omnia bona fuiſſe ab vxore in dotem ſibi conſignata?

Quæ

Quæſtio XXII

Vtrùm Marito in mortis articulo conſtituto aſſerenti, & confitenti, quod ipſe iocalia, & alia prætioſa tradiderit in manibus ſuæ vxoris, vel quod ab vxore fuerint amota, credatur, aùt non, ità vt per hanc mariti aſſertionem vxor dè Iure obligetur ad reſtitutionem, & hæredes mariti ob Iocalium non reſtitutionem poſſint dotem retinere, vel compenſare valorem Iocalium cum dote ab Hæredibus Mulieri reſtituenda?

Quæſtio XXIII

Succeſſores, ſi confiteantur in aliqua Regione, ſeù loco Bona poſſidère, àn talis Confeſſio influat in poſſeſſionem anteriorem ſui Authoris, & eiusdem Authoris ex hac ſucceſſorum Confeſſione cenſeatur probata Bonorum identitas?

Quæſtio XXIV

Spoliati Confeſſio fauore ſpoliantis, quos effectus dè Iure producat in retardatione Iudicij ſpolij intentati a ſpoliato? & an Reintegratio debeatur illi, qui faſſus fuerit ſe fuiſſe ſpoliatum, & inſtat reintegrari?

Quæſtio XXV

Conqueſtinæ Famis Confeſſioni à Monialibus emiſſæ an ſit ſimpliciter credendum? & hac vera exiſtente cauſa, poſſint Monaſterij bona ſinè alijs Canonicis ſolemnitatibus validè alienari?

Quæſtio XXVI

Confeſſarius in actu Sacramentalis Confeſſionis, vel anteà, aùt poſt, ſi laudauerit Mulieris Poenitentis pulcritudinem, an ex huiuſmodi prolata laudatione oriatur ipſius Cōfeſſarij tacita, vel expreſſa Confeſſio ad turpem Mulieris ſollicitationem influens?

Quæſtio XXVII

An Abbas, vel quiuis alius confiteatur, & aſſerat, ſe ipſum, eiuſq. Eccleſiam gaudere Priuilegio exemptionis ab Epiſcopali Authoritate, hac mediante confeſſione, & aſſertione an cenſeatur etiam exēptus a Viſitatione Epiſcopo conceſſa in Eccleſijs Parrochialibus Regularium in ſua Dioeceſi exiſtentibus? & quid dicendum, ſi tale Priuilegium ſit munitum Clauſula = Pleno, vel vtroq. Iure =? & multa alia adducuntur ad huiuſmodi materiam concernentia, etiamſi Monaſterium Abbatiale ad Perſonā ſæcularem tranſeat? & quid in monialium Abbatiſſa?

Quæſtio XXVIII

An ex conquæſtiua filij confeſſione dè tranſitu matris ad ſecunda vota tempore ſuæ imbecillis ætatis, in qua materno indigebat auxilio, ſit ſatis, vel nè, vt mater teneatur ſtare relicto à filio in teſtamento, etiamſi non aſcèndat ad ſuæ legitimæ portionem? & multa de Binubato, & dè fauore filiorum primi Matrimonij adducuntur, & fœderis diſtinctione firmantur.

Quæſtio XXIX

Filiusfamilias ſi in Inſtrumento confiteatur, & aſſerat, ſe, ſuaq. bona obligare prò liberando Patre ab imminentis carcerationis, ſeù excqutionis, ſiuè bonorum ſubhaſtandorum periculo, vel pro ipſomet Patre carcerato excarcerando, an in vim talis confeſſæ cauſæ filius familias Maior, & reſpectiuè Minor validè obligetur ſinè Iuris Communis reſpectiuè, & Municipalis, ſiuè conſtitutionalis Solemnitatibus in ſimilibus contractibus præſcriptis, & prò hac ineunda obligatione in quo anno minor viginti quinque euadat maior? & quomodò ſit conſideranda carceratio, vel imminentis carcerationis periculum? & an filio detur, vel nè reſtitutio in integrum, & quandò ob ænormiſſimam læſionem? & an Idem, quod diſpoſitum eſt in filio familias locum habeat fauore vxoris facientis conſimilem obligationem fauorè creditorum ſui viri?

Quæſtio XXX

Obligatio confeſſata correſpectiua ad aliquā rem repromiſſam, an reſoluatur, ſi res repromiſſa non exequatur? & quomodò præſumatur talis correſpectiuitas, vel non? & quid ſentiendum ſit in Capitulis ſeparatis, vel connexis, ſi excipiatur ſuper adimplemento?

Quæſtio XXXI.

In actione negociorum geſtorum an Confeſſio, & ſolidatio calculi, vel in vim d. calculi lata ſententia inducat Confeſſionèm dè his, quæ adminiſtrator remanſit debitor? & à quo tempore ob non reſtitutionem reliquatus circa adminiſtrata currant Vſuræ fauore Creditoris, & ad quam rationem? & àn Appellanti currant, vel non Vſuræ centeſimæ? & hæ ad quam ſummam quotannis debeantur? & an Vſuræ currant etiàm aduersùs Procuratorem conſtitutum ad exigendum pecunias, quando exactas non reſtituat?

Quæſtio XXXII.

An declaratiua, ſeù deputatiua Confeſſio facta ab Epiſcopo, ſeù eius Vicario generali dè aliquo Sacerdote in Eccleſiæ Vicarium per mortem Eccleſiæ Parochi conſtituat ipſum Vicarium in omnibus, & per omnia in locum mortui Eccleſiæ Rectoris? & quod emolumentum ſit eidèm Vicario Eccleſiæ debitum, & è quibus bonis?

Digitized by Google

Quæſtio XXXIII.

Confeſſa percuſſio, vel reſpectiuè repercuſſio à laico familiari illata in Clericum prius proſerentem Conuitium, vel prius percutientem an faciat, vel nè ipſum laicum excommunicatum? & quid ſi vim vi repellendo fiat?

Quæſtio XXXIV.

An ſi aliquis nominatim excommunicandus, ſi dè crimine non ſit conuinctus, vel confeſſus, ſed ſolummodò dè crimine conſtet ex indicijs? & quæ indicia eſſe debeant? præſertim ſi delictum in Eccleſiaſticum ſit commiſſum nocturno tempore, vt deueniri poſſit ad excommunicationis declaratoriam?

Quæſtio XXXV.

An Notario, aſſerenti, & confitenti teſtes inductos iuraſſe, ſit credendum, vel nè?

Quæſtio XXXVI.

Notario confitenti, & aſſerenti, habere notas perſonas contrahentes, an, & quando dè Iure credatur? & quid dicendum in vim Conſtitutionis Paulinæ? & quas poenas Notarius incurrat ob inobſeruantiam?

Quæſtio XXXVII.

Notario, an credatur, aſſerenti, & confitenti, sè dè aliquo Inſtrumento eſſe rogatum, ſi dè Inſtrumento non doceatur cum teſtium interuentu? & alia circa non Fidem, vel Fidem Notario adhibendam? &c.

Quæſtio XXXVIII.

Vtrùm Notario, ſeù alteri perſonæ aſſerenti, & confitenti, inſtrumentum rogatum eſſe deperditum, ſeù Subtractum, ſit, vel nè credendum, & quandò credatur?

Quæſtio XXXIX.

An Guardiano, ſeù damnorum datorum Accuſatori, qui ſemel coram Iudice per acta Notarij accuſando faſſus fuit, aliquos inueniſſe damnificantes in bonis, non obſtante atteſtatione poſt modum in contrarium facta, & rogata per alium Notarium, ſit credendum, vel nè?

Quæſtio XXXX.

A Patre ſi ius pro ſe, vel vxore ſua, cuius Pater fatetur recepiſſe dotem, ſi alimenta extrà paternam Domum petat, vtrùm poſſit, vel non vtique denegare, & quando? & multa dè Patre diſsipante bona, & Filij, & propria; & quando Patri talis permittatur alienatio inſcio Filio, & quando non?

Quæſtio XXXXI.

Si aliquis compareat in Iudicio, & confiteatur B. eius Sanguine coniunctum ex hac vita deceſsiſſe, & proteſtatur ipſius B. velle adire hæreditatem cum beneficio Legis, & Inuentarij, ſi in eodem comparitionis tempore per agnitionem hæreditatis prius factam præſcriptum in Iure tempus ad adeundam hæreditatem prædictã ſit elapſum, an fruatur, vel nè dicto Beneficio Legis, & Inuentarij? & an ſi non fruatur, dici poſsit hæres ſimplex, aut dè proprio teneatur in ſolidùm fauore Creditorum Defuncti? & ex qua cauſa ſaltèm competat, vel non Beneficium reſtitutionis in integrum?

Quæſtio XXXXII.

An Dos confeſſata cènſeatur approbata, dùm à Creditoribus citatur vxor, vel hæredes ad declarandum, in quibus bonis velit, aut velint ſuam conſequi dotem? & multa prius afferuntur, dum poſſit, vel nè vxor, aùt filij reſpectiue retinere bona Viri, aut Patris pro Iuribus dotalibus, & poſt modùm diſcepiatur dè Iuribus, vel non Cauthelæ Angeli dè Peruſio.

Quæſtio XXXXIII.

Duæ finitimæ Communitates, quæ per multũ temporis interuallum inter ſe altereatæ fuerunt propter diuerſa iurgia, lites, & contentiones reſpicientes etiã Cameralia onera, Datiuas, & Collectas, ſi veniant ad tranſactionem ſuper certa quotannis quantitatę ſoluenda in collectando tèrras in quolibet territorio exiſtentes, & reciprocè in tranſactionis Inſtrumento confiteantur tranſigere ad imponendum finem eiſdem litibus, tàm in præſenti, quàm in futurum; an talis tranſactio dependens a d. Confeſſione, & aſſertione reciprocè iurata, & obſeruari promiſſa, liget etiam pro tranſactorum obſeruantia ſucceſſores reciprocè earumdem Communitatum? itàut in futurum non poſſit augeri, vel minui modus, & quantitas in collectando præſcripta?

Quæſtio XXXXIV.

Confeſſio Mulieris ſuper conditionali, ſeù qualificato Matrimonio contrahendo, an reſoluatur, ſi conditio in eſſe poſita à ſponſo non verificetur, ſignantèr, ſi fuerit à ſponſa pluries talis repetita conditio, & in actu initi Matrimonij in faciem Eccleſiæ non fuerit repetita, & ex hac non repetitone an inſurgat, vel nè conſenſus, & reſpectiuè conditionis remiſſio?

Quæſtio XXXXV.

Monacus ſcribens alicui Epiſtolam, qua incitat ad homicidium, an fateatur homicidium volitum, & qua pæna teneatur effectu ſequuto, ſiuè non ſequuto?

Quæſtio XLVI.

Bandito pro alijs delictis ſaluum conductum petenti, & confitenti delictum reiecta qualitate, vt in proceſſu, an & quando detur,

vel

Digitized by Google

vel non ſaluus conductus? & quid in ſtatu Eccleſiaſtico, vel alibi?

Quæſtio XLVII.

Fantolaſtra, quæ ſit? & an ei veniat credendum aſſerenti, & confitenti, ſe Virginem, conquærentiquè dè ſtupro contra aliquem? & non nulla adducuntur, quando ſit locus ſtupro, & quando non.

Quæſtio XLVIII.

Vxoris Confeſſioni in Iudicio emiſſæ ſuper præpoſteræ Veneris Cognitione, ſeù Sodomia à viro cum vxore perpetrata, ao, & quandò eredatur? & an tale oefandum crimen probatum reſultet iunctis cum confeſſione alijs præſumptionibus, & adminiculis? Et qua pœna ſit Maritus ſceleſtiſſimus plectcodus, ſi ex præſumptiooibus, & adminiculis, & coniecturis crimen huiuſmodi ſolummodò probetur?

Quæſtio XLIX.

Poſt initum Matrimonium Vxori confitenti, & alleganti Viri impotentiam in coeundo, & è conuersò Viro confitendo, & allegando ſimilem Vxoris impotentiam, àn, & quãdò eredatur, vel nè? & an dirimi poſſit, vel non Matrimonium?

Quæſtio L.

Vtrùm per confeſſionem, iuratamq; Vxoris aſſertionẽ ſuper timore offenſionis ſibi à Marito faciendę cogi poſſit Maritus ad cauendum dè non offendendo Vxorem, ſic vt ſuprà Iudice requirentem, iuncta ſignantèr ſæuitia à viro adhibita cum prima Vxore? & quomodò Vxoris imdemnitati prouidendum ſit ob capitale odium, & inimicitiam inter Iugales exortam? & ao detur, vel oè Thori ſæparatio?

Quæſtio LI.

Inceſtus, ſeù incèſtuoſum ſtuprum inter quas perſonas committatur? Qui de tali erimine querelare valeant? Quommodo probetur? & an ex ſola ſtupratę inceſtuoſę confeſſione? Qua corporali pœna ſtuprator, & inceſtuosè ſtuprata plectantur? & an, & quomodò ſit locus pęnę ordinarię cum confiſcatione bonorum in totum, vel in parte? & an quilibet Iudex bonorum confiſcationem infligere valeat, ſi in Iure non ſit expreſſa confiſcatio?

Quæſtio LII.

Vſura àn omni Iure ſit prohibita? Quę ſit vſura, & quę non? & an vendens aliquid ſuprà iuſtum prętium dicatur vſuram commiſiſſe? Aut vendens ad tempus ſuprà iuſtũ, & communè pretium in vſuram quomodò, & quãdò labatur? àn hoe crimen ex confeſſiooe, vel per teſtes probetur? & quot, & quales teſtes eſſe debeant, & vtrùm releuent ſingulares teſtes? An io hoc detur pręuẽtio in Sęcularem, & Eccleſiaſticum Iudicem? & ad quem Iudicem ſpectet declarare contractum vſurarium?

Quæſtio LIII.

Vxori confitenti, & aſsèrenti inopiam, àn ſit credendum? itaut Vxor inopię cauſa conſequatur quartam partem bonorum ſui viri? & è eoouerſò vtrùm talis aſſertio ſuffragetur Marito pro conſequenda dicta quarta in bonis vxoris ſuę?

Quæſtio LIV.

Negans ſcripturam, vel literas manu ſua non fuiſſe conſcriptas, vel ſi agnoſcat ſcripturã, ſeù literas, ſed fateatur pecunias ſibi non fuiſse numeratas, ſi probationibus conuincatur, an ad duplum teneatur? & ſi veritatem poſtmodùm confeſſus fuerit, àn ex tali confeſsione dupli pœnam euitare valeat? & ad quas expenſas teneatur fauore Actoris is, qui, vt ſupra, negauit, & poſtmodùm faſſus fuit? Et io Criminalibus negans delictum, an habeat poſtmodum Beneficium Cõfeſsionis, ideſt minoritatis pœnę, ſi delictum fateatur?

Quæſtio LV.

Mulio, ſi in Iudicio confiteatur, non ſoluiſſe Gabellam, & res aſportata incidat in commiſſum, an confiſcatio cadat in damnum Domini, vel ipſius Mulionis?

Quæſtio LVI.

Vir Zelotyopia laburans in vxorem ſuam per metum, & Violentias cogit eam, vt fateatur, etiam cum iuramento Adulterium, quod ſuſpicatur ab ea fuiſſe commiſſum, an talis confeſſio vxori officiat, vel noo?

Quæſtio LVII.

An à Cedente, ſi emittatur Confeſſio poſt Ceſſionem, quæ Confeſſio non ſit voluntaria, & gratuita, ſed neceſſaria, videlicèt ea, quæ ſit a cedente poſitionibus reſpondendo, vel per alium iuridicum modum à Iudice præſcriptum obſit, vel non Ceſſionario? & nùm Ceſſio ſinè cauſa valeat, vel nè? & confeſſio cedentis ſe à Ceſſionario fuiſſe ſatisfactum vtrùm inducat ſolutionem, ſi dè huiuſmodi ſolutione aliundè non conſtet, quàm ex mera cedentis aſſertione? & quid ſit Ceſſio facta per cedentem Ceſſionario mediante pecunia? Et multa alia notabilia ſuper oouatiooe in Ceſſione, & cætera ootaotur ad Materiæ propoſitum.

Quæſtio LVIII.

Affirmanti, & Confitenti ſuam continnare poſſeſſionem an imputetur inibitionis contrauentio, & attentatio? Et ào proptèr bonum Ius quis effugiat attentatorum pœnas? Quid, ſi non vigeat bonum Ius? An tùnc attenta-

torum

Digitized by Google

torum purgatio ſit in omnibus expenſis tàm iudicialibus, quàm extraiudicialibus, & etiam in damnis, & intereſſe? Et in his caſibus an poſſit recurri ad depoſitum Vnius Iulij cum obligatione ſoluendi reliquatum?

Quæſtio LIX.

Confeſſio facta in literis Cambij dè pecunijs receptis, ſeù, vt dicitur, pro valuta habita, àn intra biennium admittat, vel non exceptionem non numeratæ pecuniæ? Et hæc exceptio an poſſit, vel non dari ab eo, qui literas acceptauerit, & Soluere promiſerit?

Quæſtio LX.

Tutores Pupillorum, & Curatores Minorum, qui tutelam, & curam acceptarunt, an poſſint poſtmodum ob cauſas ab ipſis aſſertas, & in Iudicio propoſitas, atquè Confeſſas ab onere Tutelæ, & Curæ iam ſuſceptæ ſeſe eximere, & penitus, penituſuè liberare?

Quæſtio LXI.

Frater Clericus ſi à Birruarijs reperiatur in eodem lecto dormiens cum ſua ſorore, quæ appareat grauida, & coram Iudice idem frater, ſi conſtituatur, emittat Confeſſionem dormijſse cum ſorore, non ex cauſa eam carnaliter cognoſcendi, ſed ob Grabati carentiam, & Paupertatem in prouidendo, an per huiuſmodi Confeſſionem inſurgat Indicium contrà ipſum pro Inceſtu, quandò iuſtificetur, aliam perſonam habuiſſe amicitiam cum eadem Clerici Sorore?

Quæſtio LXII.

Antè ſuam Ordinationem, ſcilicet in ſtatu laicali, ſi Præsbiter confiteatur ſpontè in Iudicio, vel extrà Iudicium Fornicationem, ſiuè quodcumq. aliud perpetraſſe Delictum, vel dè eo accuſatus sit conuictus, qua pæna plectatur?

Quæſtio LXIII.

Derogatio Fideicommiſſi a Papa per literas Apoſtolicas Fideicommiſſario impertita mediante præuia ſupplicatione, in qua Fideicommiſſarius ſenarrat, & Confitetur Æs alienum, quo grauiter ipſe præmitur, extinguendum cum alienatione partis bonorum Fideicommiſſo ſubiugatorum, ſi huiuſmodi alienandi facultas a Papa concedatur cum Conditione pro vna parte precij eorumdem bonorum alienandorũ ſoluendi, & extinguendi debita, & pro alia inueſtiendi in bonis ſtabilibus, ad effectum multiplicandi cum fructibus, donec multiplicatio peruenerit ad ſummam bonorum alienandorum pro totali reintegratione bonorum prædictorum diſtrahendorum, cum clauſulis tamèn reſolutiuis, quatenùs talis non fiat multiplicatio, an, & quandò, ſi aliundè, quàm ex confeſſis, & narratis non iuſtificetur Derogationis Gratia, præiudicium inferat ad Fideicommiſſum vocatis?

Quæſtio LXIIII.

Effractori Carceris, qui ab eo aufugit habito pro Confeſſo, & conuicto mediante d. Fractura, & fuga, an infligenda ſit pœna Delicto condigna, prò quo fuit carceratus, vel prius ſolùm pro effracto carcerè, & fuga arrepta?

Quæſtio LXV.

Confeſsio de receptis pecunijs, ſeu actualis pecuniarum receptio cum Iurium ceſſione fauore ſoluentis, pro quibus Iuribus ceſsis Cedens ſe obliget de Euictione pro ſua culpa, dato, & facto tantùm, & non aliàs, nec alio modo in caſu &c. quomodò, & quandò Confitentem, ſeu pecunias Recipientem obliget de Euictione, aùt ſaltem det actionem ad pecunias reſtituendas in fauorem illius, qui pecunias exburſauit? Et quid dicendum eſt in Venditione Bonorum ſub haſta deliberatorum?

Quæſtio LXVI.

Creditoris primi, qui compareat in Iudicio antè perfectam executionem, ſcilicèt antè deliberationem, & confiteatur, ac aſſerat, ſe primum eſſe hypotecarium Creditorem in Bonis N. executatis, an huiuſmodi ſimplici confeſsioni, & aſſertioni credatur, vel nè? Si incontinenti talis Creditor non doceat de ſuo anteriori credito hypotecario? Et ſi doceat, àn, refectis expenſis, faciat ceſſare ſubhaſtationem, & deliberationem? Vel proſequenda ſit Executio, & reſpectiuè ſubhaſtatio ad inſtantiam ſecundi Creditoris, qui obtinuit mandatum, præuia ſatisfactione primi Creditoris, & poſtmodum ſecundi, ad cuius inſtantiam fuit facta deliberatio?

Quæſtio LXVII.

An, Subhaſtationibus precedentibus, Bonorũ executatorum Deliberatio fieri poſsit, vel nè ſine interuentu Pecuniæ, itaùt fides de precio haberi poſsit? vel confeſsio de recepto poſsit ſibi in hoc caſu locum vendicare pro deliberationis validitate?

Quæſtio LXVIII.

An, & quandò Dominus teneatur, vel nè pro delicto commiſſo à ſuo Famulo, qui illud etiam confiteatur? vel ſaltèm Dominus teneatur Famulum, vel Seruum exhibere? aliàs non exhibendo, vtrùm Dominus poſsit iuridicè declarari pro confeſſo, & conuicto ſupèr delicto à Famulo perpetrato?

Quæſtio LXIX.

Vtrùm ex ſola aſſertione, & confeſsione Creditoris etiam iurata cõtra ſuum Debitorem de ſu-

de ſu-

de fuga ſuſpectum allegatum poſsit relaxari. mandatum ſuſpicionis fugæ, iuncta probatione Crediti per legitimas probationes, ſi non cōcurrat probatio ſupèr deterioratione conditionis ipſius Debitoris cauſata poſt initam Obligationem?

Quæſtio LXX.

Emptor ſi in Emptionis Inſtrumento confiteatur emere pro perſona ab eo nominanda, àn ſibi, vel nominandæ Perſonæ dominium, & hypothecā acquirat in vim ſimilis Inſtrumēti? Et quid dicendum eſt in Hærede nominatim inſtituto cum onere alium nominandi Hæredem, quem, eius vita durante, minimè nominauerit, àn Hæreditas hæc tranſmittatur ad Hæredem inſtituti Hæredis?

Quæſtio LXXI.

Filius ſi alienat ſimpliciter bona Patris, àn ex hac alienatione reſultet Paternus hæres, quandò in Iudicio conuentus tanquàm Patris Hæres confitetur, & aſſerit vendidiſse bona Patris pro Iuribus dotalibus Matris ſuæ, quæ in Limine Matrimonij acquiſiuit Mater ſuper bonis Paternis, & reſpectiuè Mariti? Et an meræ aſſertiuæ, & confeſsioni Filij credatur, vel nè ſupèr aditione Hęreditatis Matris, ſicùti in vim ſuitatis creditur reſpectu Patris?

Quæſtio LXXII.

Accipiens in Emphyteuſim aliquod Prædium, & in Inſtrumento ſi aſſerat, & confiteatur prædium prædictum ad meliorandum recipere cum obligatione præſtandi Domino medietatem omnium fructuum, & aliam medietatem retinendi pro ſuæ Culturæ portione, an ad Collectas, Tributa, & alia Onera teneatur?

Quæſtio LXXIII.

Sanguinis effuſio in Eccleſia ex Percuſſo emanata, & probata per Confeſsionem Percutientis ob quam ſanguinis quantitatem reddat Eccleſiam pollutam?

Quæſtio LXXIV.

Pupillus, vel Adultus, qui in minore ætate nullitèr contraxerit, àn factus maior, & poſt quinquennium nō contradicens Contractui in minori ætate nullitèr inito fateri cenſeatur ipſius Contractus ratificationem, validitatem, & approbationem? & ad huiuſmodi effectum quę ſciētia ſit neceſſaria ſuper nullitate, vt dicatur fuiſſe factum receſſum à nullitate, acceſſum ad Contractus validitatem non inpugnati infra quinquēnium pręſcriptum ad dandum de nullitate. Et quid dicendum, ſi cōcurrat longiſſimi temporis curſus cum vrgētibus pręſumptionibus, & coniecturis? & àn huiuſmodi poſſint inducere ſcientiam opportunam ad ratificationem, & ad tollendam omnem nullitatem?

Quæſtio LXXV.

Iuramentum purgationis canonicę, ſeu purgationis Conſcientię Alicui delatum àn impellat ad confitendum ea, quę in Iudicio proponuntur? vel is, cui ſit iuramenti delatio, habeatur pro confeſſo?

Quæſtio LXXVI.

Ad prohibendam Ædificationem è proſpectu Monaſterij an ſit ſufficiens ſola Monialium aſsertio, & confeſſio, quòd ex tali Ædificatione, ſeu Muri eleuatione conſpiciantur Moniales? *Quæſtio* LXXVII.

Iudici aſſerenti, & confitenti ab Officio diſceſſiſſe proptèr ſuas vrgētes neceſſitates an credatur? quando Iudex ſaltèm licentiam non obtinuerit pro diſceſſu à Prouincię Pręſide? Et an faciat pro tempore, quo diſceſſit, ſalarium ſuum?

Quæſtio LXXIII.

Vtrum Clericus ſignantèr in minoribus aliquam artem exercendo videatur tacitè fateri Clericatus abuſionem? Et Iudex eccleſiaſticus ipſum Clericum declarare valeat priuilegio fori, & Canonis non frui?

Quæſtio LXXIX.

Conſtituitur à Patre, ſeu à Fratre, ſiue ab Amico Patrimonium Clerico, vt is ad ſacros Ordines initiari poſſit, in eodemque conſtituti, & donati Patrimonij Inſtrumento confitetur idem Clericus acceptaſſe, & acceptare patrimonium dotale, ſed eo ipsò quòd fuerit prouiſus de aliquo ad Victum capaci Beneficio eccleſiaſtico, velle Patrimonium, ſeu dotem prędictam reſtituere, prout nunc pro tunc dimiſit, & reſtituit: quęritur àn ſola Beneficij prouiſio, & eiuſdem Beneficij poſſeſſio acquiſita ſatis ſit, vt confeſſata repromiſſa reſtitutio locum habeat fauore Conſtituentis, & Donantis, ſiue ipſius Heredum?

Quæſtio LXXX.

An ex negatione quęratur Ius pręciſum Parti, Sicuti ex cōfeſſione. Et vtrum citatus à Perſona ipſo iure non legitima, videlicèt a Bandito, vel Pater à Filio, intèr quos non poteſt eſſe iudicium, ſi non compareat, àn poſſit haberi pro confeſſo, & conuicto ad formam Statuti?

F I N I S.

Ocia Corpus alunt, animus quoque paſcitur illis: (*Ex Ouid. lib. 1. de Pont.*
Immodicus contrà carpit vtrumque Labor, (*Eleg. v. ad Vxor.*

Digitized by Google

DEIPARÆ VIRGINI
AVTHORIS
HYMNVS.

Mater Virgo tege Pupum:
Pupe Deus tange Matrem
Mater Pupo da Papillam.
Pupe Matri dà Pupillam.

Liba Deum Virgo Sacra
Oſculando, Venerando:
Suge Puer Lac Salutis:
Suge Sanguinem tu Crucis:
Quam Ioannes præbet Puer
Alter Tibi Gigantes.
Sitq; Verbum, quod Actiuum,
Fit ex Cruce mox Paſſiuum.
Amor Verbum hoc Actiuum
Vertit Nobis in paſsiuum:
Sicq; paſſis Crucis pœnis,
Nos Hoc ponit in Serenis.
Hæc tu Sola Virgo Mater
Tanta Nobis Dona præſtas;
Sint nunc Corda noſtra Tibi
Semper in obſequium.
Amen.

Digitized by Google

AVTHORIS
AD HOMINES
AVTHORITATIVVM ASTRAEAE SCEPTRVM
ANHELANTES.
PRAELVDIALIS DISSERTATIO.

ALacri currite, currite animo Anhelantes Stationem habere in Aſtræali ſede: Currite; ſed quarè poſtmodùm greſſus repetè figitis? Nùm timetis? dum Aſtræam in Throno conſpicitis grauitate coruſcantem, in dextera armatam gladio, Bilancem in ſiniſtra gerentem? retrotrahite citò gradus. Retrotrahite. Animaduertite. Ponderat hæc priùs inſidorum geſta Miniſtrorum, eos & hæc poſtmodum enſe ferit, Prius erudimini quæſo vos omnes, qui iudicare vultis terram, *Pſalm: 13. verſ. & tunc Reges*, vt huius ſupremæ Reginæ inſeruire valeatis. Nam coronatus *Propher: Pſalm: 57. in principio* cecinit. Si verè vtiquè Iuſtitiam loquimini, recta iudicate filij hominum. Vt recta iudicetis erudimini, nè repellamini, ſicuti docet *Oſe.cap.4.* Quia tu repuliſti ſcientiam, ego repellam te. Væ Vobis, qui imperitè iudicatis terram; quoniam Iudicium duriſſimùm his, qui præſunt, fiet, *Sapient. cap. 6. Verſ. Horrendè*. Diſcite ab *Eccleſiaſt. cap 7* ibi = Noli quærere fieri Iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates, nè fortè extimeſcas faciem Potentis, nec te immittas in Populum, neque alliges duplicia peccata = Erudimini, ſic præcipiente I. C. Noſtro Caio etiam ad effugiendum peccatum in *l. ex maleficijs 4. § ſi Iudex, & ibi Gloſ. in V. ex damno, lit: T. num. 70. in princ: ff. de Action, & obligat.* nè contrà vos irruat comminatio eiuſdem coronati *Pſamiſt. in præfato Pſalm: 57. Verſ. Etenim.* Siquidèm Iudex debet circumſtantias rimari, & ordinem rerū inquirere, non cœco iudicio iudicare, itaùt tamdiù actio ventiletur, quouſque ad rei veritatem perueniatur, vt *in 30 quaſt. 5. can. Iudicantem XI. & ibi Gloſ. & in calc. dicti Canon. Addit: & in 2. quaſt: 1. Can: 1. cum pluribus ſeqq.* Et ſecundum leges iudicare tenetur, & non per exempla, vt in *l. fin. & ibi D. D. diffuſè notantes. C. Quib. res iudicat, non nocet.* Et animaduertere debet, quòd ſententia ad vnius fauorem lata non nocet, nec alteri patrocinatur, vt clarè *l. p. cum ſeqq. C. Quibus res iudicat:* Et authoritate ſua non tumeſcat Iudex, eò ſcilicet procedendo per comminationes poenales; ſiquidèm verba comminatoria obligationem non inducunt, nec habent Authoritatem rei iudicatæ, & proptereà nunquàm tranſeunt in iudicatum, *l. p. e in ſeqq. vsq. ad fin C. Comminat Epiſtole Program. Subſcriti &c & benè Io: Anton: de Ecles in ſua obſeruat. 102 n. p. & ſeqq.* Erudimini quæsò, & ſcitote; quod verus Iudex nec pretio, nec ſtupore, nec odio, nec fauore iudicat, *11 quaſt: 3. Can. Epiſcop 65. § ſi ergo iniuſtè verſ. ex animo.* Nam debet eſſe Iudex omnibus idem, cum Deus non Subtrahat Perſonam cuiuſquam, nec Iudex verebitur magnitudinem cuiuſquam: Quoniam Puſillum, & Magnum Deus ipſe fecit, & æqualiter cura eſt illi de Omnibus, vt ex *Sapient: cap. 6. V. non enim.* Et reddit rationem *text in cap. nouit. 13. §. cum enim in fin: de Iudic* & comprobat *Paul. de Ruin ſuo diſcurſ. ad I. V. D. num. 102. cum ſeqq antè part. 7. recens:* Pro Iuſtitia, *vt ex Eccl. cap. 4* agonizare pro anima tua, & vſquè ad mortem certa pro Iuſtitia; & Deus expugnabit pro te inimicos tuos = Memoriæ recommendate Senecę monita apud *S. Thom. 2. ſecunda quaſt. 168. artic. 4.* in O. ſic te geras ſapien-

✠ ter

Digitized by Google

tèr, quòd nullus te habeat tamquàm aſperum, nec contemnat quàſi vilem = Audite *Eccleſiaſt: cap. 35.* Rectorem te poſuerunt? noli extolli : eſto in illis quaſi vnus ex ipſis. Audite eumdem *Eccleſiaſt. præcitat. cap. 4* Noli abſcōdere ſapientiam tuam in decore tuo : cæterum animaduertite *ex dicto Eccleſiaſt. cap. 32.* ibi = In multis eſto quaſi inſcius. & audi tacens ſimul, & quærens. In medio Magnatorum non præſumas : & vbi ſunt ſenes non multùm loquaris = Quorumcumque nolite Iudices prçſtarç fidem Lachrimis : hæ iudicium ſæpè præuertunt, *23. quæſt. 4. Canon. Eſt iniuſta 33.* & benè etiam *I.C. noſter Calliſtrat. in l. obſeruandum eſt 19. ff. dè Offic. Præſid.* Erudimini, nè incidatis in quatuor illos perniciofos lapides, quibus prçuertitur Iuſtitia, & iudicium euaneſcit, ſcilicet, in timorem, cupiditatem, odium, & amorem, *XI quæſt. 3. Canon. quatuor 78. cum quatuor Canon. ſeqq.* & faciunt dè odio Accuſatoris ea, quæ habentur *in 3. quæſt. 5. Can. Accuſatores 2.* nam ſempèr iuſtè cum Potentioribus, & Pauperibus iudicandum eſt. *Leuitic. cap. 19. num. 15. & 16. & Deuteronom. cap. 17 nu. 8. & 9.* Erudimini, quia Iudex Munera non debet accipere; nàm munerum acceptatio Veritatis eſt præuaricatio *XI. quæſt. 3. Can. Qui rectè 66. & Can. non licet 14. quæſt. 5. & Can. non ſanè 15.* Ideò non ſunt accipienda munera, quæ etiam excæcant Prudentes, & ſubuertunt Verba Iuſtorum, *Exod. cap. 23. num. 8.* Et Iure optimo in *Pſal. 25.* In quorum manibus iniquitates ſunt. Dextera eorum repleta eſt muneribus. Et inter Iuriſtas benè ratiocinatur *Gratian. diſcept. Forenſ. tom. 2. cap. 202. num. 3. & ſeqq.* & prius *tom. 1. diſcep. 56 num. 48. & ſeqq.* vbi hortatur etiam Iudices nè recipiant eſculenta, & poculenta, cum debeant habere manus mundas ad *text. in l. 3. C. ad l. Iul. repetund.* & ad propoſitum etiam *Pſal. 14. verſic. qui iurat, & Pſal. 25 verſic. In quorum.* Erudimini, & ſcitote, quòd laudabiles ſunt illi Iudices, quibus non ira, non furor, ſed ratio dominatur, *11 quæſt. 3. Can. illa 67. cum tribus ſeqq.* & optimè in *eadem l. obſeruandum, 19. & l. nec quicquam 9 ff. de offic. Proconſol & Legat.* Erudimini, mentiq; ſit ſemper infixum, quòd bonus Iudex nil arbitrio ſuo facit, ſed iuxtà leges, & Iura pronunciat *3 quæſt. 7. Can. Iudices § Bonus Iudex*, & ad alia etiam videndus, & in *30. quæſt. 5. Can. Iudicantem 11.* & latiſsimè dixi poſt meum primum volumen *de Confeſs. in 2. Opuſc.* & clarum eſt, quòd non eſt Iudex, in quo non eſt Iuſtitia *23 quæſt. 2. Can. Iuſtum 1.* Etenim claris notis exclamat *Sapient. cap. 1. in princip.* Diligite Iuſtitiam, qui iudicatis Terram, nè in Dei Spretum incidatis; & per *Pſalmiſt. Pſalm. 118. in Verſic. 118.* ibi = Spreuiſti omnes diſcedentes a Iudicijs tuis, quia iniuſta cogitatio eorum = Non enim diliget Iuſtitiam Auarus, eoquia Auaro nil eſt ſceleſtius, vt *in Eccleſiaſt. cap. XV. Auaro autem*, & diffusè tractaui *in Epiſcopal. Onomant. quæſt XI. n. 2. & ſeqq.* Non diligit Iuſtitiam Iudex, cuius vita cum loco Iudicij non concordat, ſæpè immeritos damnat, *XI. quæſt 3. can. Pleramq. 88.* Imo criminoſus Iudex cùm in alterius crimen sèntentiam profert, ſe ipſum condemnat. *3. quæſt. 7. Can Sacerdos 7. & § Item in Euangelio.* Expellat a ſe penitùs cupiditatem Iudex. Nam cupidus Iudex citò iudicium vendit, *XI. Quæſt. 3. Can. Pauper 72.* Et ſciat vlteriùs, quòd Iudex labyrinthum impingit, qui antè iudicat, quam intelligat, *29 diſtinct. Can. ſciendum 1.* Et iniquum eſt velle iudicare & non iudicari *32 quæſt. 6. Canon. Iniquum eſt 3* Effugiat amicitias Iudex, quià ex Sententia Ciceronis. Exuit perſonam Iudicis, quiſquis Amicum induit. Vtinam Officium Officialium non ſit hodiè iura confundere, lites ſuſcitare, tranſactiones reſcindere, dilationes innectere, Subprimere Veritatem, fouere mendacium, quæſtum ſequi, Æquitatè vendere, inhiare actionibus, concinnare verſutias, vt clamitat etiam quoad alia *Theat. Vit human. Tom. 4. in V. Iudex, Iudicium, Tit. ad Iudicem, & Iudicia &c. lit. C. pag. mihi 698* Ab his Officianibus procul eſt ſapientia, quià vt ipſa loquitur *in cap. 8. & 9 dè Parabol. Salamon.* ibi = Ego ſapientia habito in Conſilio, & eruditis interſum cogitationibus Timor Domini odit malum, Arrogantiam, & ſuperbiam, & viam prauam. & Os bilingue deteſtor = Erudimini, & pro comperta veritate iugitèr habeatis, quòd Deus noſter ſuauis, & verus eſt, patiens, & in Miſericordia diſponens omnia, vt *in lib. Sapient. Cap. 15* Propterèa cum S. Bernardo concludam = Superiores diſcite ſubditorum vos eſse Patres, & non Dominos. Studete magis amari, quam metui; & ſi interdum Seueritate opus eſt, paterna ſit, & non tyrannica, Matres fouendo, Patrem corripiendo, exhibeatis = Sint vobis ſemper ò Iudices in corde veſtro Oracula *Iſa. Prphet. cap. 1.* ibi = Quieſcite agere peruerſè. diſcite benefacere: Quærite iudicium: Subuenite Oppreſſo: Iudicate Pupillo: Defendite Viduam, & venite, & arguite me, dicit Dominus. Si fuerint peccata veſtra ut Coccinum, quaſi nix dealbabuntur. & ſi fuerint

rubra,

rubra, quaſi Vermiculus, veluti lana alba erunt = Et id. in *Pſalm.* 81. *n.* 2. *&* 3. *cum ſeqq.* Sicquè citharizabitis cū Pſalmiſta *Pſal.* 105. Beati, qui Cuſtodiunt iudicium, & faciunt Iuſtitiam in omni tempore. Expoſcitè igitùr ò Iudices humillimè à Deo cum cordis integritate ſapientiam, quæ eſt Theſaurus deſiderabilis iuxta *Homil.* 10. *S. Gregor. Pap. in Euangel.* & dè huiuſmodi ſapientiæ Theſauro latè videndus *Iob cap.* 28. Siquidem in mente Iudicis Duo debent eſſe ſales, ſcilicèt ſal ſcientiæ, alias eſt inſipida,& ſal ſecuræ conſcientiæ, alias eſt Diabolica, vt benè animaduertit *Baldus noſter in l.* 2. *n.* 10. *ergà finem, & ibi in adition. lit. n. Cod. de ſentent. ex Breui reci.* Imitamini quæsò Doctorum omnium Sapientiſſimum Salomonem, vt Ab Altitonante recipere valeatis oracula illa *in* 3. *Reg. Cap* 3. = Quia poſtulaſti tibi ſapientiam ad diſcernendum Iudicium: Ecce feci tibi ſecundum ſermones tuos, & dedi tibi cor ſapiens, & intelligens = Per me Reges regnant, & legum Conditores iuſta decernunt, vt in præcitato *cap.* 8. *&* 9. *dè Parabol. Salom.* Nemo ſubditis imperare poteſt ſinè ſapientia; & concordant ea, quæ dicuntur *in lib. Eccleſiaſt. cap X.* Iudex ſapiens iudicabit Populum ſuum, & Principatus ſenſati ſtabilis erit. Vndè iure optimo ex *ſapientia cap.* 6. Multitudo ſapientium ſanitas Orbis terrarum;& in *eodem cap.* 6. Rex ſapiens ſtabilimentum Populi. Et Plato dicebat. Reſpublicas fore beatas, ſi ſapientes eas gubernarent; ſic refert *S. Antonin. in* 3. *part. ſum. tit. V. cap.* 2. *V. Ordinatio autèm ſtudiorum paulo poſt princip.* Beatus homo (vt dicitur in Parabol. Salom. cap. 3.) Qui inuenit ſapientiam, & qui affluit Prudentia; melior eſt acquiſitio eius negociatione argenti, & auri primi, & puriſſimi fructus eius:prætioſior eſt cunctis opibus: & omnia, quæ deſiderantur huic non valent comparari. Erudimini tandèm Iudices, & eſtote ſemper integritate inſigniti; quia integritas Præſidentium ſalus eſt ſubditorum, vt latè, inſerendo etiam ad alia, docet egregiè tex. *in can. Miramur tantum V. diſtin.* 6. *& in l. Cætera* 4. § *Mala medicamenta, ff. Famil. Erciſcund.* Prò huiuſmodi omnium Concluſione, quid tandèm Deus requirit à te, ò Iudex, facere iudicium, & Iuſtitiam, & ſollicitum ambulare cum Deo tuo, teſtantur *Reſpons. in* 3. *Dominic. Nouemb. fer.* 4. *dè Daniel. Proph. cap.* 4. Quia pròpter *Eccleſ. cap.* 7. Nos docet ibi = fili, non ſemines mala in ſulcis Iuſtitiæ, & non metes ea in ſeptuplum; & faciunt ea, quæ docet *Papin. I. C. noſter in l. Non quid quid* 40. § *Iudex, ff dè Iudic.* O infelices ſi prædicta non facietis? Agnoſcite horrendam Dei Sententiam, vt in *Pſalm.* 88. *verſ.* 31. *& in verſ.* 32. *cum ſeqq.* ibi = Si Iuſtitias meas prophanauerint,& mandata mea non Cuſtodierint, viſitabo in Virga iniquitates eorum, & in Verberibus peccata eorum = Et ex *Parabol. Cap.* 10. ibi = Nil proderunt Theſauri impietatis: Iuſtitia verò liberabit à morte. Non affliget Dominus fame animam Iuſti, & inſidias impiorum ſubuertet = Et *dè lib. Eccleſiaſte Cap.* 5. exaratur ibi = Si videris Calumnias Egenorū, & violenta Iudicia, & ſubuerti Iuſtitiam in Prouincia, non mireris ſuper hoc negotio, quià excelſo excelſior eſt Alius, & ſuper hos quoquè Eminentiores ſunt Alij, & ſuper vniuerſæ terræ Rex imperat Seruienti = Recedite: Recedite Iudices ab iniuſtis: quid peius? leges ciuiles iniuſta facientes declarant Vos infames: litem veſtram facitis. Partibus, quas in iudicando læſiſtis, obligant vos ad refundenda damna iuſta rotundum, tex *in l. fin. C. dè pœn iudic qui malè iudicauit, & ibi etiam Glos.* & ſignantèr *in V. Eſtimationis, & in* § 1. *Inſtit. dè obligat. quæ ex quaſi delict. naſcunt. l. Vltim. ff. dè var. & extrord. cognit. l. Iulianus* 16 *ff. dè Iudic. optimè Glos in cap. Dilecti* 4. *dè Priuilg Bart. in Diſput. quæ incipit, Iudex per imperitiam, Azzo in ſum. Rub. dè pœn. Iudic. qui malè iudicau. n.* 4 *pagina mihi* 767. *& ſeqq. Aret in* § *ſi Iudex n.* 7. *& ſeqq. Inſtit. dè obligat. quæ ex quaſi delict. naſcunt. & latiſſimè videndus Barbos. in Collect. Doct. Iur Pontif vniuers. in eodem cap. Dilecti n.* 3. *& ſeqq. tom.* 3. *& cap. Cum Æterni n.* 1. *& per tot. de ſenten. & re iudic. tom.* 4. Et eſt ratio, quia iniuſta ſententia nocet potius Ferenti, quam Patienti *ad Can. ſi quis* 4 *cum* 3. *ſeqq.* 24 *Quæſt* 3. Siquidem tamquam lata contra Ius eſt iniqua, & conſequènter reuocanda, *cap. Inter* 9. *& ibi Glos. in Figurat. caſus, & Barboſ. ibidem tom.* 1. *ac Viuian. dè ſentent. & re iudic.* Si in hoc crimen lapſi eſtis Iudices, reſtituite: refundite viuentes damna: eſt ſolidum in omni iure, Quod non remittitur peccatum, ſi non reſtituatur ablatum. ſupradicta ſunt temporales pœne. Cætera æterna æternant in Inferno pœnas. Scitote, & valete, quod anima, quæ peccauerit, ipſa morietur, 24. *Quæſt.* 3 Et eſt dè Fide inconcuſſum, quòd in Monte Sancto Dei requieſcit is, qui ingreditur ſinè macula, & operatur Iuſtitiam, *Pſalm.* 14. *Et Pſalm.* 23. *verſ. Innoc. cum ſeqq. verſ.* Siquè canam.

O Vos Iuridici ſi linguam venditis, Omnes
Vos vocat Infernus. vos vocat ordo ſupernus.
Non vocat infernus, ſed vos vocat Ordo ſupernus
Si colitis leges, Dogmata Sancta Dei.

Prò huius Diſſertationis coronide Aureũ accipite Iudices omnes cõſilium, quod docet Aluarez Pelagius Syluenſis Epiſcop. in ſuo doctiſſimo tractatu *de Planctu Eccleſia lib. 2. art. 2. Colum. antè penult.* Scilicèt, Quod in certis ſit adhibenda Iuſtitia, in dubijs vtendum Prudentia, in Proſperis habenda Temperantia, & in aduerſis Fortitudo neceſſaria: aliàs enim facientes, nec Iudicis recti, nec hominis Chriſtiani nomen meremur. Quid nobis pro eſt Chriſtianos dici, & eſſe potius Antichriſtos? Quid prodeſt homines ab hominibus appellari, & iudicio veritatis Canes malitia, ſues immunditia, Vulpes aſtutia, Vanagloria Volueres reputari? Et faciunt etiam ad propoſitum ea, quæ habentur per *Iſa. Proph. cap. 1. & per Pſalm. 36. ferè per tot.* peculiariter ibi = Salus autem Iuſtorum à Domino. & Protector eorum in tempore tribulationis = Et *Iſa. Proph. cap.* 26 Cum feceris Iudicia tua in terra, Iuſtitiam diſcent habitatores Orbis. Miſereamur impio, & non diſcet Iuſtitiam. Ideò vigilate Iudices pro Iuſtitia, & Altiſſimo, eleuata mente, canite, vt in *Pſalm.* 118. *verſ.* 133. Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum, & non dominetur mei omnis iniuſtitia. Hoc modo recipietis, ò Iudices, Diuina illa Conſolationis Oracula prolata à *Regio Propheta Pſalm.* 105. Beati qui cuſtodiunt Iudicium, & faciunt Iuſtitiam in omni tempore, Etenim dicitur in *Pſalmo* 9. Parauit in iudico thronum ſuum: & ipſe iudicabit Orbem terræ in Æquitate: Iudicabit Populos in Iuſtitia. Iure igitur optimo ſuper d. nono Pſalmo, & vers. Cecinit Lauret: Math.

Sù que'giri aurei Supremi
Alzò Trono Sourano,
Doue Aſtrea con giuſta mano
Librera le pene, e i premi.
A i dì eſtremi
Sentenze a merti eguali
Arbitrerà ſul mondo, e sù i Mortali.

IN LAVDEM AVTHORIS

Super Sequenti Tractatu Alludens etiam Eiusdem Gentilitijs Inſignibus

EPIGRAMMA

Ad.[m] Reu. D. Antonij Seuerini Branchæ a Monte Santi Petri Angelorum in Piceno, Publici Vetuſtæ Meuaniæ Præceptoris.

Crimina poſthàc mendaci non fraude tegantur,
Nec Praui poterunt arte agitare dolos.
Lis operoſa cadet, curæ, rixæq; ſilebunt
FRANCISCE ex ſcriptis, quæ tua dextra dedit.
Non mirùm, ſiquidèm cum TVSIS ANGELVS Alter,
LILIA ſicquè geris Stemmate cana tuo.
Hic Flos eſt calamus, quo ſcribens ALIGER iſte
Hos Flores auget: Scripta carent maculis:
Scripta carent maculis, Flos eſt, qui ſempèr olebit:
Plauditè vos omnes: Lilia docta cano.
Lilia docta cano, quæ Mundo Aſtræa creauit:
Carpite nùnc cuncti Lilia pulchra manu.

Fran-

Digitized by Google

FRANCISCVS
DE ANGELIS I. C.
MEVANAS
IN HVIVSMODI SECVNDO TOMO
DE CONFESSIONIBVS
A
D. O. M.
DIVINVM SVMMOPERE IMPLORAT AVXILIVM.

Agnoſco ex *D. Paul. ad Corinth cap 3.* quòd fiduciam habemus per Chriſtum ad Deum; non quòd ſufficientes ſimus cogitari aliquid à Nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt: & adhæret etiam *D. Auguſt. de Grat. & liber. Arbit. cap. 6. vt in die Feſt. commemor. S. Paul. in 2. noct. 2. lection.* Agnoſco ab eodem ſcribenti *ad Roman. cap.* 8. quòd quicumque Spiritu Dei aguntur, hi ſunt Filij Dei, vbi *S. Auguſt.* Filij Dei aguntur, non vt ipſi nihil agant, ſed etiam vt ipſi agant. Cæterùm ſinè ſpeciali Dei Auxilio nō poſſumus aliquid boni facere, vt docet *idem S. Auguſt lib. 5. contra Iulian. cap. 3.* & Salomon *in Parabol. cap 3.* nos docet ibi = Habe igitùr Fiduciã in Domino ex toto corde tuo, & nè innitaris Prudentiæ tuæ. In omnibus vijs tuis cogita illum, & ipſe diriget greſſus tuos. Vndè fatendum eſt cum eodem S. Doctore *Auguſt. lib. ſoliloquior.* Tuum Domine eſt Bonum, tua eſt Gloria. Qui enim de Bono tuo ſibi Gloriam quærit, & non Tibi, hic fur eſt, & latro, & ſimilis Diabolo, qui furari voluit Gloriam tuam. Abſit à me tale furtum: Vndè flexis genibus, eleuatiſq; ad Cęlum oculis, ęternum in hoc de Confeſſionibus Secũdo tomo à Maieſtate tua expoſco Auxilium, & cum Boetio alacritèr canam.

O qui perpetua Mundum ratione gubernas
Terrarum, Cęliq; ſator, qui tempus ab Æuo
Ire iubes, ſtabiliſq; manens das Cuncta moueri.

Da ex tua immenſa Pietate, vt ad tui Gloriam, & honorem in hoc incipiendo, mediando, & perficiendo opere omnes meæ corporeę moueantur Potentiæ. Da quæſo immenſe rerum Opifice, immenſuſq; Omniũ Elargitor tua Diuina Robora, ſinè quibus nil excogitare, nil incipere, nil efficere poſſum. Hoc ſupremo Auxilio fretus, tuiſq; inexhauſtis obſequentiſſimè innixus Auſpicijs, in tantumq; Numen eleuata mente, ad tuam ſolummodò Gloriam, & Honorem ſumo Calamum, ſcribenda exaro, & humillimo corde enixè commendo. Verum quià apud M. T. ſum ex omni parte immeritus, ad Te Virgo potentiſſima, Cui hæc ſcribenda dicantur, humilitèr recurſum habeo, vt Præſidium huiuſmodi implorare non dedigneris, cum Mariæ ab Omnipotente non denegentur Gratiæ. Sic ſubmiſſo animo peto; Sic oro; Sic inceſſantèr efflagito; Sic ſpero; Sic læto animo laborare incipiam, vt qui mihi miſericorditèr det agere, donet, & Fœlicitèr perficere.

Sicquè tandèm concludam cum Doctore Gentium *cap. 3. ad Coloſ.* Omne, & quodcumq; facio in verbo, aut in opere, omnia in Nomine DOMINI IESV CHRISTI Gratias agens Deo, & Patri per ipſum, & cum *Pſalmiſt. Etruſco Pſal.* 118. *in Glor. Patr. poſt reiteratum* 20.

Al gran LEGISLATOR, che di Natura,
Ne noſtri Cor le prime Leggi aſcoſe;
E à quel Rè, che di Suddito in figura
Legge, d'obedienza a ſe propoſe;
E à quel Sacrato Amor, che dolce, e pura
Legge di Caritade à l'Alme impoſe;
Sia Gloria in tutto il Tẽpo, e quando arriua
L'Eternità, che d'ogni Legge è priua.

DE

DE CONFESSIONIBVS

SVMMARIVM.

1 *Sequeſtrum antè Sententiam eſt prohibitum, & aſsignatur ratio.*

2 *Permittitur, ſi quatuor copulatiuè concurrant pro ſequeſtro.*

3 *Quid ſi ſola dilapidatio, vel malæ qualitates Hominis concurrant?*

4 *An tempore non expleto ad ſoluendum poſsit dari ſequeſtrum, vel cogendus ſit Debitor ad cauendum dè ſoluendo in fine termini?*

5 *Poſſeſſio quando eſt turbida, an ſit concedendum ſequeſtrum?*

6 *Sequeſtrum conceditur, ſi Debitor eſt obligatus in forma Cameræ; & mandato relaxato non eſt opus cautione, ſed ſolutione.*

7 *Nemo inuitus ſequeſtrum recipere cogitur, & quando non procedat?*

8 *Sequeſtratarius non debet impendere dè ſuo.*

9 *Sequeſtrum reſtituere, vel officium ſequeſtratarij an ſit deponere?*

10 *Spontanea confeſsio de habendo pecunias, ſeù res in ſequeſtro valet.*

11 *Ob ſpontaneam Confeſsionem dè pecunijs, vel alijs rebus habitis in ſequeſtro, quæ actio aduerſus ſequeſtratarium oritur?*

12 *Sequeſtratarius eſt adinſtar Depoſitarij.*

13 *Sequeſtratarius an poſsit opponere dè iuribus Debitoris, quando ad inſtar Depoſitarij?*

14 *Sequeſtratarius differendo ſolutionem, quæ actione conuenitur?*

15 *Sequeſtratarius, cui à Iudice fuerit ſequeſtrũ, ſeù præceptum dè non ſoluendo iniunctum, aut dè non reſtituendo, non conuenitur actione Depoſiti, & non contradicens, dicitur conſentire in ſequeſtro.*

16 *Sequeſtratario, qui mediante iuramento confitetur nihil habere in ſequeſtrum, an ſit credendum? & ſi non creditur quomodo ſequeſtrans teneatur probare ſuam intentionem? & hæc ſi fuerit intentio probata quam actionem habere poterit ſequeſtrans?*

17 *Nulliter, & indebitè ſequeſtrans ad quid teneatur?*

18 *Damna an ſequeſter teneatur refundere ſequeſtratario? ſi non fuerit in ſententia reuocante ſequeſtrum facta mentio de damnis?*

19 *An ſequeſtrum emanare poſsit Iudex in die feriato, & in eodem die pariter reuocare?*

20 *Clericus an quit conueniri coram alio, quàm coram Eccleſiaſtico Iudice. Quid in cauſa ſequeſtri determinatum eſt in Iure?*

Sequeſtrum dè Iure regulariter prohibitum; quando ſit permiſſum? & voluntariè recipiens ſequeſtrum, an fateatur omnia in Sequeſtro habita? & an actione depoſiti pro reſtitutione exequtiuè teneatur? Et qua actione conueniatur is, qui habuit ſequeſtrum, ſeù præceptum à Iudice dè non reſtituendo, ſeù dè non ſoluendo, & poſtea eo recepto Præcepto, ſeù ſequeſtro, confitetur nil habere in manibus? ſi poſtmodùm conuincatur de mendacio, qua actione conueniri poteſt?

QVÆSTIO I.

1 EST de Iure antè ſententiam prohibitũ ſequeſtrum *Rot. receat. par 2. dec. 654. nu. 1. cor. Burat. & dec 511. nu. 2. cor. Pironan. rec. par 3.* & aſsignatur ratio, nè antè ſententiã nimis properè fiat exequtio contra *Text. in cap 1 dè exequt.* eo quia eſſet contrà æquitatẽ *l. vnic. Cod dè prohibit. ſequeſt. pecun.* præſertim Aliquo in poſſeſsione exiſtente, *Ridolf. in ſua Praxi Iudic. A.C. par. 1. cap. 14. nu 157 & eadem dec. 511. eodem nu. 2. & print decis 35. nu. 2. d. par. 2. receat.*

2 Nihilominùs ſequeſtrum etiàm antè ſententiam conceditur aduersùs propriũ Debitorem, eiuſquè effectus penes tertiũ exiſtentes, ſi quatuor concurrant: primò ſcilicèt, conſtet dè credito: ſecundò, quòd Debitor ſit citatus: tertiò quòd Petens iuret, ſe pro Calumnia illud non petere: quartò, quòd appareat dè ſufficiente ſuſpecta dilapidatione. *Vermigl. conſ. 369 num 3. & benè Roy. dec. 201. nu. 7. & ſeq. & Rot. recent. par. 11. dec. 85. num. 11. & ſeq.*

3 Vèl dùm adeſt periculum fugæ, difficilis recuperationis, bonorum dilapidationis, & in mora ſit periculum: Quæ omnia ſunt per Allegantem probanda, tamquàm ſuæ intentionis fundamentum, *Rot. recit. decis. 654.*

Digitized by Google

654. nu. 1. & ſeq. Ridolf. vbi ſupra nu 155.
Burat. deciſ. 105. *nu.* 5. *& ſeq. & ibi Ferentil.*
add. lit. A. Tom. 1. & in hoc caſu pro validi-
tate ad illud obtinendum interuenire debèt
citatio, vt in prædicta *Dec.* 654 *nu.* 2 *& Ri-*
dolf. vbi ſup. nu. 156.. vbi ſubdit, niſi peri-
culum ſit in mora, quia in hoc caſu omit-
ti poterit citatio.

Imò ſequeſtrum Iudicis, & legis authori-
tate ad partis petitionem eſt apponendum,
quandò bona, quæ non ſunt litigioſa, nec ſu-
per illis eſt orta controuerſia inter partes di-
lapidari conſumi, & deſtrui timetur, *Sal-*
gad. in ſuo Labyrinth. Credit. concurrent. par. 1.
cap. 13 *§. pr. num.* 16. & optimè *Ric. collect.*
2575. *verſ. Declara par.* 7. vbi ſubdit, vèl dum
ſit Homo malæ frugis, malèq; vtatur re li-
tigioſa.

4 Vlterius, quòd ſtante Deterioratione cõ-
ditionis, vel ſuſpicione deteriorationis, etiãſi
dies ſolutionis non ceſſerit, ad effectum, vt
interim aſsicurentur Creditores, de ſolutio-
ne facienda, finita dilatione, & die adue-
niente. ſequeſtrũ fieri poterit, vt latè *Afflict.*
deciſ. 108. *nu.* 3. *& Sabel. variar. Reſolut. cap.*
95. *nu.* 6 Aut cogendus eſt debitor ad ca-
uendum dè ſoluendo in fine termini. *Merlin.*
dec. 387. *nu.* 3. *&* 4. *tom.* 1.

Quando verò quis dici poſsit, vt ſupra, ſu-
ſpectus videndus eſt *Menoch. de Arbitr. Iudic.*
lib. 2 *cap.* 87. *per tot. & præſertim à nu.* 13.
vſq. ad fin. & Burat. deciſ. 123. *per tot.*

5 Sicquè paritèr ſequeſtrum conceditur an-
tè ſententiam quandò poſſeſsio eſt turbida
Burat. dec 527. *nu.* 5. *&* 6. Quia tùnc appo-
nitur ſequeſtrum ſinè prçiudicio iurium par-
tium, donèc dè alterius bono Iure conſtet
Royas deciſ 344. *num.* 10. *&* 11. Præſertim
concurrentibus prædictis quatuor requiſitis
per eumdem Royas *in dict. deciſ.* 202. *à nu.* 6.
vſq. ad 11. optimè prçſcriptis.

6 Nec ſequeſtrum denegatur, dum aduer-
sùs Debitorem viget obligatio Cameralis;
Galleſ. de oblig. Camer. penes Zacch. quæſt. 37.
nu. 39. *& ibi Zacch. dict. quæſt.* 37. *nu.* 93. *&*
ſeq. vbi num. 95. *&* 96. ſubdit, quòd ſeque-
ſtrum in vim mandati exequtiui non cautio-
ne, ſed ſolutione reuocatur, *& Rot. penes eum-*
dem Deciſ. 118. *num.* 9.

7 Et quamquam etiàm verum ſit, quòd nè-
mo regularitèr inuitus ſequeſtrum recipere
teneatur, niſi ſtatuto caueatur, quòd quis
cogi poſsit, ad ſequeſtrum recipiendum,
vel ſuo officio Iudex compellat ex cauſa ſe-
queſtrum recipere, vt latè *Ioan. Bapt. Aſyn.*
in tract. dè Exequt. §. 3. *cap.* 132. *per tot. pagi-*
na mihi 57. *& Sabel. vbi ſupra cap.* 95. *nu.* 18.

8 Vbi, Quod nihil impendat Sequeſtratarius
de ſuo, & *num.* 19. quod non poteſt ſeque-
ſtrum Sequeſtratarius retardare, minuſuè
9 officium eſt deponere ſinè legitima cauſa, &
præuio Iudicis decreto; & concordat *Cyriac.*
tom. 2. *controuerſia* 358. *num.* 16.

Attamèn dum aliquis ſpontè fatetur in
10 Inſtrumento, vel quàuis alia ſcriptura, ſiuè
in actis corã Iudice, in ſequeſtrum recepiſſe
11 pecunias, vel quodcumquè aliud, talis con-
feſſio ſequeſtrum permittit, & exequtioni
prò reſtitutione exequtiuè demandari de-
bet, *ad text. in l. ei apud quem* 5. *§ vltim. ff. de-*
poſit & exemplificat *Gratian. Diſcept. forenſ.*
12. *n.* 13. *&* 14. *& diſcept* 167. *n.* 18. *tom.* 1.
& Salgad. in Puncto concurſus *in d. ſuo Laby-*
rinth. p. 1. *cap.* 13. *§ p. n* 44. *& ſeqq pagina*
mihi 87. *Molin. de Iuſt & Iur. tit. Depoſit. &*
ſequeſt. tom. 2. *tract.* 2 *diſput.* 522. *n.* 6.

Quapropter cum in hoc caſu ſequeſtrum,
& depoſitum remaneat certitudinariè faſ-
ſum per *tex. in l. Propriè* 6. *ff. Depoſit.* ibi =
12 Propriè in ſequeſtro eſt depoſitum, quod à
pluribus inſolidùm certa conditione cuſto-
diendum, reddendumquè traditur = Con-
ſequentèr in hoc caſu ſequeſtratarius conue-
niri poterit actione depoſiti, vt *Gloſ. in l. ſe-*
queſter, ff de verbor. ſignificat. Molin. & Salgad.
ibidem ſupra reſpectiue, Sura. deciſ. 301. *n.* 14.
Gratian. dicta diſcept. 12. *n.* 13. *& diſcept.* 167.
n. 28. *Burat. Deciſ.* 516 *n.* 3. *&* 4. Vbi *n.* 5.
Subdit, Quòd ſequeſtrum & depoſitum à pa-
ri procedunt, & concordat *Cyriac. Controuerſ.*
358. *n.* 2. *tom.* 2. Sicquè ad inſtar depoſitarij
cogendus erit ad reſtitutionem bonorum ſe-
queſtratorum, ſeù depoſitatorum, *Marc. An-*
gel. Leon dè Præparat Iudic. p. 3. *Præparat.* 11.
n. 12. *& Paitell. Expedit. cauſ. ciuil. Annot.* 80.
n. 22. *& Ioan. Anton. ab Eccleſ.* in ſuis obſer-
13 uat. forens. Obſeruat. 126. *n.* 3. *& ſeqq. vbi*
n. 6. *&* 8. ſubdit, quod non poſſit ſequeſtra-
tarius opponere dè Iuribus debitoris, aliàs
14 differendo reſtitutionem, conuenitur actio-
ne præſcriptis Verbis, *vt ibidem n.* 14. *&*
Tiraquel. dè retract. conuentional. § 4. *Gloſ.* 7.
n. 4. *pagina mihi* 931. Cæterum ego non re-
cedo, quod ſimilis ſequeſtratarius volunta-
rius ſit conueniendus actione depoſiti, &
hæc opinio eſt verior tàm in conſulendo,
quàm in iudicando; vt ex *D. D. & Deciſioni-*
bus ſupèrius allegatis.

Hac tamen depoſiti actione nòn erit pro-
15 cedendum, dùm alicui fuerit factum à Iudi-
ce ſequeſtrum, ſeù præceptum dè non ſol-
uendo, ſeù dè non reſtituendo pecunias, ſeù
bonã penes ipſum ſequeſtratarium exiſten-
tia, qui poſt præſentatum, ſequeſtrum, &

etiam

etiam in termino citationis ad exburſandũ,
16 & reſpectiuè conſignandum fateatur, & declaret medio eius iuramènto tactis &c. nihil habere in manibus dè bonis in ſequeſtro, ſeù præcepto contentis. Siquidèm in hoc caſu ad ſequeſtrantem pertinebit, probare contrarium per plenas, & concludentes probationes, *Cyriac. tom. 1. controuers. 116. n. 2. vers. Si verò facto Præcepto, & n. 3. & 19. Et Pellegr in Prax. Vicarioru. dè except Dilator p. 2. ſect. 1. ſub ſect. 6. interſect. 4. n. 58. pag. mihi 131. in p. Colum.* Secus eſt ſi non contradicat; cum videatur conſentire ſequeſtro, & illud fateri. *Poſt. dè manutenen. in Obſeruat. 79. n. 7. ergà fin.* & ſequitur Rot. lucan. *coram D. Maximiliano dè Meis in lucana addiudicat. ſequeſtr. ſabb. 30. Maij 1686. § & ſimiliter, ergà § fi. al.*

Et in hoc negationis caſu (factis, vt ſupra probationibus pro parte ſequeſtrantis) dabitur eidem contrà Sequeſtratarium actio in rem ſcriptam, quæ competit etiàm contrà quemlibet ſingularem ſucceſſorem, Poſſeſſorem, ſeu Retentorem. *Rot. part. 4. recent. Tom. 2. Decis. 125. n. 14. & 15. & p. 18. Tom. 2. Decis. 441. n. 17.* ſiuè dabitur actio præſcriptis verbis, vt vel ſatisfaciat, vel præſtet id, quod intereſt. *Burgund. de euict. Queſt. 17. n. 4. Verb. & Ideo, & n. 5. & 6. & in Quaeſt. ſequen. n. 12. in fin. & n. 13.*

Quæ actio in rem ſcriptam, aut præſcriptis Verbis in dictum Sequeſtratarium ceſſabit poſt triennium à die exequti ſequeſtri; Quià cum reſoluatur ſequeſtrum poſt dictũ tempus, reſoluitur, & actio vigore ſequeſtri, *Bartol in l. litibus nu. 7. C. dè Agricol. & cenſit: Grat. Conſ. 28. nu. 14. lib. 1. Carrocc. dè ſequeſtr. par. 4. Quæſt. 1. in princ. & Seraph. dè Priuileg. Iurament. Priuileg. 125. n. 3.*

Adnotandum eſt igitur, quòd Creditor
17 iniuſtè, & nullitèr ſequeſtrans, tenetur ad omnia damna, expenſas, & intereſſe paſſa per eum, in cuius præiudicium factum fuit ſequeſtrum, etiamſi in ſententia reuocante
18 ſequeſtrum nil ſit dictum dè damnis &c. *Paitell. deciſ. expedit. cauſ. ciuil. Expedit. 80. in Annot. 80. n. 32. & 33.*

Adnotandum pariter, quòd ſicuti ſeque-
19 ſtrum fieri poteſt die feriata: eodem paritèr modo in feriata die relaxari, ſeù reuocari poterit, *dicta Annot. 80. n. 35.*

Deniquè pro Coronide tene menti, quod
20 licet Clericus conueniri nequeat niſi coram Iudice Eccleſiaſtico, *Cap. ſi diligenter 12. & cap. ſignificaſti 18. de For. competen.* & Communitèr ſcribunt Canoniſtæ: Attamèn ſequeſtrum Debitori Clerici fieri poterit per Iudicem Laicum, vt poſt *Cancer. var. Reſolut. cap. 4. n. 12. dè ſequeſt. & poſt alios Complurimos Doctores docet Ioſeph. Ricc. Tract. dè public. Iudic. in ſpecie Quæſt. 40. n. 37. verſ. quid dicendum pag. mihi 553.*

SVMMARIVM.

1 *Quotuplex ſit neceſſitas?*

2 *Pro alienandis Bonis fideicommiſſo ſubiectis, quæ neceſſitas dè Iure ſit ordinata?*

3 *Neceſſitas huiuſmodi an ex confeſſione ſolummodò Alienantis probetur?*

4 *Aſſerenti incumbit onus probandi.*

5 *Alienatio præſumitur in dubbio cauſa euertendi fideicommiſſum.*

6 *Hæres ſcriptus reſtituere grauatus quidquid bonorum ſupererit poſt eius mortem, quam facultatem alienandi bona fideicommiſſaria neceſſitatis cauſa habere dicatur?*

7 *Quid dicendũ, ſi verſemur in terminis L. Titius 54. ff. ad Trebell. & Auth. contra rogatus C. eodem?*

8 *Alienatio regulata à neceſſitate ad quæ ſe extendat?*

9 *Modus alienandi gratia remunerationis, à qua cauſa neceſſaria metiatur?*

10 *Teſtamentum condere dè bonis fideicommiſſarijs reſtituèndis in alterius fauorem nemo poteſt, nec de Iure permittitur.*

11 *An filio permittatur alienatio pro ſuis neceſſitatibus?*

Hæres grauatus, cui in teſtamento fuerit data facultas alienandi Bona hæreditaria ob ſuas neceſſitates, an ex propria ipſius Alienantis aſſertione, & Confeſſione tales neceſſitates probari poterint, vel nè in præiudicium vocatorum ad dictam Hæreditatem?

QVÆSTIO II.

1 TRiplex in Iure datur neceſſitas, Fatalis ſcilicèt, vtputa ſi quis caſu incidit in latronem. Naturalis videlicèt expenſa facta in infirmitate, & alendi cauſa Familiam. Voluntaria, ſeù data opera, ùt ſi quis contraxerit debita ſpontè, vel aliquod maleficium commiſerit, in terminis docet *Bald. Conſ. 20. vol. 2.* & latè inferendo etiam ad alia ratiocinatur *Menoc. dè Arbitr. Iudic. lib. 2. Cent. 2. Caſ. 182. n. 21. cum pluribus ſeqq.*

2 Ex his tribus neceſſitatis ſpeciebus duæ
ſuffragantur neceſſitates Hæredi ſcripto, &
grauato habenti Facultatem alienandi bona
hæreditaria in caſu neceſſitatis, nempè fa-
talis, & Naturalis, *Bald. & Menoc. ibidem*
ſupra, Rot. recent. p 7 Deciſ. 24 *n* 23. *&* 24.
& ſeqq & Mantic. Deciſ. 329. *n.* 4. *&* 5. Hu-
iuſmodiquè neceſſitas ex ipſius Hæredis
alienantis confeſſione etiam iurata non pro-
3 batur in præiudicium Tertij ſcilicèt Voca-
torum ad fideicommiſſum, vt ſi mauimus
in noſtro *prim. Tom de Confeſſ lib* 2. *Quæſt.*
4 70. *n.* 11. Sed ipſimet Hæredi aſerenti aliu-
ndè onus probandi incumbit *l.* 1. *cum ſeqq. l.*
Fruſtra 8. *l. Actor* 23. *C. dè Probat* Quia vnuſ-
quiſque ſuam concludentèr intentionem
probare tenetur, ſicuti & exceptionem *Gra-*
tian. diſcept Forens cap. 2. *n.* 36. *& Pereg. De-*
ciſ Pataun. 144. *n.* 11.

Siquidem in dubio Bona ſubiecta fidei-
5 commiſſo intelligntur alienata cauſa euer-
tendi fideicommiſſum, & conſequentèr Alie-
nantis aſſertioni non ſtatur in præiudicium
Vocatorum ad fideicommiſſum, *Rot. recent.*
p. 18 *Tom.* 1, *Deciſ.* 14. *n.* 2. *& Deciſ.* 332.
6 *n.* 4. Etiamſi Hæres fuerit rogatus reſtitue-
re Quidquid ſupererit poſt eius mortem;
Quia facultas huiuſmodi arbitrio Boni viri
intelligitur, nè profundendi Fideicommiſ-
ſum occaſio quæratur, *Mantic. in dicta Deciſ.*
329. *n* 5. *Pereg dè Fideicom. Art.* 40. *in prima*
Difficult. n. 49. Vbi refert, quòd eo magis
procedit, quo magis inſtitutus, & grauatus
Hæres habeat alia propria bona libera, quia
tunc facilius ceſſat talis alienandi attributa
facultas, & in alienatione veriſimillima in-
ſurgit præſumptio interuertendi Fideicom-
miſſum. Nam, vt in actu alienationis ne-
ceſſitas ſibi locum vendicare poſſit, opor-
tet primò, quòd neceſſitas ſit euidens: Se-
cundò, quòd in eum modum ſit Venditori
permiſſa poteſtas: Tertiò, quòd in cauſam
neceſſariam non ſit ſuperflua quantitas.

Secus autem dicendum eſt, dum verſamur
7 in puris terminis *l. Titius* 54. *ff. ad Trebel.*
& Auth. contra rogatus C. eodem, Scilicet ſi
dixiſſet Teſtator ſimpliciter, quòd Hæres
reſtitueret quidquid, mortis tempore dè ſua
hæreditate ſupereſſet; quia tunc potuiſſet,
& poteſt Hęres grauatus alienare integrum
Dodrantem, vt optimè *in dictis l. l. & Conſi-*
derat Pereg. ibidem ſupra Art. 40. *in eadem*
prima Difficult. in princ. & num. 51. *& Cyriac.*
Tom. 2. *contr.* 209. *num.* 63. *&* 64. Imò ex
cauſis in eadem Auth. enunciatis etiam to-
tam hæreditatem, vt *in præcitata Auth. §. fin.*

Contrarium de Iure eſt, dum regulatur
8 alienatio à neceſſitate: nam ea, quę propter
neceſſitatem conceduntur, eatenus va-
lent, quatenùs neceſſitas vrgeat, & non vl-
tra, *Rot. recent. par.* 10. *deciſ.* 275. *num.* 9.
Cum non dicatur neceſſarium, quod habet
originem a voluntate, *Cyriac. controuerſ.* 24.
num. 38. *tom.* 1. A quo verbo enunciatæ ne-
9 ceſſitatis regulatur etiam modus alienandi
Hæredi conceſſus gratia remunerationis;
Quia talis cauſa metitur, aut a Fatali, aut
a naturali neceſſitate, vt perpendunt præ-
citati D. D. & Deciſ. Etenim donatio re-
muneratoria (facta meritorum probatione)
valet pro intranti quantitate Meritorum
probatorum, *Zach. dè Salar. & Merc. quæſt.*
76. *num.* 51.

Et quemadmodùm, vt ſuprà probauimus,
10 alienatio bonorum Fideicommiſſariorum
non eſt permiſſa Hæredi grauato, ob neceſ-
ſitates, niſi in dictas duas cauſas Fatales, &
Naturales: ita nec permittitur dè eiſdem bo-
nis ſic vt ſupra Fideicommiſſo onuſtis, con-
dere Teſtamentum, vel aliam vltimam fa-
cere voluntatem in alterius fauorem, *Mantic.*
de Coniect. Vltim. volunt. lib. 3. *Tit.* 18. *num.* 6.
& ſeqq. & Pereg. dicto Art. 40. *num.* 2. *difficul.*
ferè per tot. vſq. ad fin.

Quid deniquè dicendum, ſi talis alienan-
di Facultas ſit attributa Filio in ſuis neceſ-
ſitatibus? an valeat in præiudictum vocato-
rum vltra Legitimam alienare cauſa ſe alen-
di, redimendi a carceribus, & alijs conſi-
milibus cauſis? Vidè Luculentèr ea, quæ
enumerat. *Alex. Add ad Bartol. in Auth Reſ*
quæ C. Commun Delegat. lit. K. *& Gratian di-*
ſcept. Forenſ. 108. *num.* 18. *&* 37. *vſq. ad* 40.
tom. 1. & meliùs vide *Rot Coram Coccin. deciſ.*
90. *per totam penès Poſt. de Subaſt* vbi pro ne-
gatiua ſententia aduersùs prohibitionem.

SVMMARIVM.

1 *Hæres grauatus ſi fateatur exoluiſſe debita*
Fideicommiſſaria ex ſuis pecunijs, an credatur?
2 *Præſumptio ſolutionis dè proprijs pecunijs ſtat*
pro hærede, niſi conſtet in hæreditate pecunias re-
manſiſſe, vel ad Hæredem peruenisſe pretium
bonorum Fideicommiſſi alienatorum.
3 *Præſumptio ſolutionis dè pecunijs Hæredis quã-*
do procedat? an ſi vigeat Inuentarium?
4 *Si autèm non vigeat, an euaneſcat talis præ-*
ſumptio, ſeguantèr ſi non fuerit hæres grauatus
requiſitus à Fideicommiſſarijs?
5 *Quid ſi Hæres grauatus alienauerit bona Fi-*
deicommiſſo ſubiecta, an tollatur talis præſum-
ptio?

6 Fi-

6 *Fideicommiſſario an proſit allegatio omiſsionis Inuentarij, quando agitur aduerſus Tertios?*
7 *Soluens Debita Fideicommittentis de proprio, an poſsit agere contra ſtabilia?*
8 *Quid ſi ſolutiones ab Hærede grauato fiant de Fructibus Hæreditarijs? & an Hæres faciat fructus ſuos?*
9 *Solutio quando non apparet, quo nomine facta ſit, cui tribuenda eſt, an Hæredi grauato, vel Fideicommiſſarijs.*
10 *Hæredi ſcripto, & grauato an competat retentia bonorum Teſtatoris pro debitis, & pecunijs ſolutis in extinctionem fauore bonarum Fideicommiſſariorum? Vel quæ alia actio competat etiã in iure Dominij.*

Hæres grauatus ſi fateatur, & aſſerat exſoluiſſe Debita Fideicommiſſaria de proprijs pecunijs, an eidem credatur, & quando? & multa de Hærede grauato & Fideicommiſſarijs.

QVÆSTIO III.

Diximus in præcedenti quæſtione, quòd
nemo ad ſui fauorem in Tertij præiu-
dicium confiteri valeat; in præſenti autèm
1 quæſtione firmabimus, quod Hæredis gra-
uati confeſsio in ſui fauorem ſubſiſtat supèr
2 ſolutione debitorum Fideicommiſſariorum
facta cum proprijs pecunijs, quia ſolutio
ſtat pro Hærede Soluente, ſicquè ſolutiones
ab eodem factæ pro debitis, & legatis Fidei-
committentis ſoluendis preſumuntur dè pe-
cunijs ipſius Hæredis numerantis, niſi con-
trarium oſtendatur in facto *l. cum Pecuniam ff. de negoc. geſt. Gloſ. in l. cum Oportet 6. V. & ex eius ſubſtantia, ibiq. D.D. C. de bonis, quæ liber. Royas deciſ. 268. num. 6. & recent. par. 11 deciſ. 322. num. 3. optimè Merlin. deciſ. 406. num. 3. & ſeqq. ac Sanctiſsimus D. N. Alexander VIII. deciſ. 242. num. 30. & 31.* Vbi ſubdit, niſi conſtet in hæreditate pecu-
nias remanſiſſe, vel ad hæredem perueniſſe
pretium rei Fideicommiſſariæ alienatæ.
3 Huiuſmodiq; ſolutionis preſumptio pro-
cedit, ſi hæres granatus fecerit Inuentarium,
nihilque dè Teſtatoris bonis alienauerit, *Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 204. per tot. Tom. 2. Duran. deciſ. 393. num. 2. & benè Sabell. Variar. reſolut. cap. 33. num. 7. & 8.*
Inuentarium autèm ſi hæres grauatus non
4 confecerit, talis euaneſcit præſumptio, quia
contra Hæredem grauatum Lex ſupponit adfuiſſe alia bona in hæreditate, & ab ipſo grauato fuiſſe ſubtracta, & alienata, vt in proprio de Communi D.D. calculo *Rot. coram Eminentiſs. Carro in Peruſin. Bonorum Lunæ 30. Maij 1650. §. Legitimam verò, & coram R. P. D. Royas in Romana Fideicom de Marionis Mercurij 4. Iunij 1646. §. Nec pariter obſtat, & 10. Decembris eiuſdem anni §. Nec pariter obſtat exceptio, & in recent. par. 8. deciſ. 93.*

Signantèr ab huiuſmodi onere Hæres ſubtrahere ſe non poteſt Fideicommiſſario Vniuerſali petente, ſiue omnibus alijs gradatim ſubſtitutis flagitantibus, *Pereg. de Fideicom. Art. 3. num. 79. & Art. 33. num. 25. & Conſ. 51. num. 1. lib. 1. Fuſar. dè Subſtitut. quæſt. 512. per tot. & ſignanter num. 6. & quæſt. 667. num. 14. & ſeqq. & latiſsimè Sabell. præcitat. cap. 33. num. 1.* Vbi ſubdit, quòd alias contra dictum Hæredem iuratur in litem, & ad alia numeris ſequentibus infertur.

5 Imò ſi Hæres granatus bona hæreditaria
alienauerit, tùnc ſolutiones præſumuntur
factæ ab Hærede ex pretio bonorum Hære-
ditariorum alienatorum, *Surd. deciſ. 15. ſub num 13. verſ. & Domum, & deciſ. 384. num. 19. recent. par. 9. Tom. 2.* Sicquè non
eſt opus alia præſati Inuentarij exceptione.
6 Et propterèa eſt notatu dignum, quòd
Fideicommiſſario non prodeſt, ſi velit alle-
gare dictam Inuentarij Omiſsionem, & bonorum alienationem aduersùs Tertios Poſſeſſores habentes bona Fideicommiſſi, niſi idem Fideicommiſſarius aduersùs dictos tertios Poſſeſſores probet, alienata Bona eſſe exceſsiua reſpectu detractionum faciendarum à Grauato, vel Debitorum Hæreditariorum à d. Grauato ſolutorum, & eſt ratio, quia ſempèr præſumitur pro Poſſeſſoribus, donèc contrarium probatum non appareat à Fideicommiſſario, *Rot. recent. par. 8. deciſ. 52. num. 9. & 10. & in dicta Peruſina Bonorum coram Cerro §. Pro Intelligentia enim, cum ſeq. §. Et coram eodem in Peruſina Fideicommiſſi de Rodulphis Veneris 14. Iunij 1652. §. Quoniam alienationes in V. quarto quod.*

Minuſuè ea, quæ ſuperiùs diximus de omiſsione Inuentarij, & bonorum alienatione ſibi locum vendicant aduersùs Pupillos, & Minores, ſi talis omiſsio, & alienatio fuerit facta à Matre, Tutrice, & Curatrice, quia in hoc caſu per Tutorem, & Curatorem Pupillo, & Minori non infertur præiudicium. *§ Pupillis Auth. dè Hæred. & Falcid. Rot. deciſ. 67. num. 3. & 163 num. 8.*

recent. par. 5. & in dicta Peruſina Fideicommiſſi, eodem §. Quoniam Alienationes in V. & cum ipſa, ac V. ſecundò quia.

7 Benè verum eſt, quod Hæres grauatus ſoluere Debita Fideicommittentis dè proprio, non poteſt agere contra ſtabilia, ſi ad eius manus peruenerunt mobilia, quia vel cum eis tenebatur ſoluere, vel cum eis ſibi debet ſatisfacere, *Rot. recent. par. 11. deciſ. 216. num. 12.*

8 Cæterùm quid dicendum eſt, ſi ab Hærede Grauato Debitorum, & legatorum ſolutiones fiant dè fructibus Hæreditarijs ipſius Fideicommittentis ita confeſsis, poterit nè talis Hæres, ſiuè ipſius grauatus Hæres repetere, vel retinere bona Fideicommiſsaria pro intranti quantitate debitorum, ſeù legatorum extinctorum cum dictis pecunijs retractis è fructibus hæreditarijs, & affirmatiuè dixit *Rot. recent. par. 11. deciſ. 321. num. 5. & ſeqq.* Et eſt ratio è præfata deciſione deſumpta, quia ſolutiones ſi ab hęrede grauato fiant de fructibus hæreditarijs, non cedunt fauore Fideicommiſsarij, ſed ipſiuſmet Hæredis: ſiquidèm fructus per aditam hęreditatem pleno Iure Dominij ad Hæredem grauatum pertinent, *vt ex dicta deciſ. 321.* Vndè infertur, quod Hæres beneficiatus faciat fructus ſuos, etiamſi habeat ſcientiam creditorum Hæreditariorum, dũmodo illi non vrgeant, inſtent, aut interpellent. *Rot. deciſ. 259. num. 8. & ſeqq: & deciſ. 304. num. 3. & ſeqq. recent. par. 5. & deciſ. 2. num. 9. & 10. & deciſ. 131. num. 3. & ſeqq. recent par. 6 Merlin. deciſ 796. num. 7. & 8. tom. 2. & benè Rot. coram Alexan. VIII. Ottobono deciſ. 47. num. 5. 6. & 7.* Nam, vt ex dictis deciſionibus, à tempore, quo creditores interpellant, tenetur dictus Hæres beneficiatus creditoribus fructus reſtituere, & concordat etiam *Vermigl. conſ. 455.*

Non ita iudicandum eſt in debitis annuis, & legatis paritèr quotannis exſoluẽdis; quià prædicta, ſi fuerint ſoluta, non poſſunt repeti à grauato Hærede, nec ab ipſius Hærede, quià huiuſmodi ſoluenda ſunt ex annuis fructibus Fideicommiſſarijs, *Rot. recent. par. 4 deciſ. 432 nu. 17. & par. 5. deciſ. 399. num. 38. Alex. VIII. Ottobon deciſ. 28. nu. 29.* & in puncto Solutionis Fructuum cenſus, *Rot. penès d. Ottobon. deciſ. 146 num. 9.*

9 Verum ſi non verſemur in dictis debitis annuis, nec in legatis, vt ſupra præſtandis, ſed in alijs debitis, vel legatis, & Hæres grauatus faſſus non fuerit, ſcilicèt non apparebit, quo nomine factæ ſint ſolutiones, in dubio præſumuntur ex bonis, & pecunijs Hæreditarijs, & ſic Hæredi grauato tollitur omnis pręſumptio ſolutionis dè proprijs pecunijs, *Rot. in Interamnen. Fideicommiſsi 26. Ianuarij 1656. coram R. P. D. Beuilacqua, & in Imolen. Cenſus 9. Maij 1661. §. extinctio Cenſus coram Cardinali Celſo.*

10 Attamen ſi apparebit, quòd Hæres grauatus perſoluat debita Fideicommiſſaria cũ proprijs pecunijs mediante Themate circũſtantiarum ſuperius adductarum in hac pręſenti quæſtione, tunc d. Hęres cenſetur ſibi per immaginariam ſolutionem ſatisfeciſſe dè bonis hæreditarijs, illorumq; dominium pro rata debiti ſoluti in ſe dè illo tempore tranſtuliſſe Legis miniſterio, *Rot. Diuerſ. par. prima deciſ. 680 Seraph. deciſ. 967. num 1. & ſeqq. & in recent. deciſ. 2. num. 11. par. 6. & deciſ. 126. num. 23. & 127. num. 10. & ſeqq. par. 7. & præcitat. Ottobon. deciſ. 47. num. 11. & ſeqq.* Et in conſimilibus concordat *Pereg. dè Fideicom. art. 35. num. 15. Mareſcot. var. reſolut. cap. 27. num 1. & 9. lib. 1. & Rot. in Melenitana Bonorum 24. Ianuarij 1652. §. Alia Detractio coram Cardinali Celſo.*

Sicquè prædictis concurrentibus non requiritur aliquod factum Iudicis, niſi Vbi hæres vult aliquam rem particularem ſibi applicare pro ſuo credito, vel alias vti beneficio ſeparationis, *Seraph. præcitata deciſ. 967. num. 1. & Mareſc. & Pereg. reſpectiuè ibidem ſupra*, & ampliatiuè ad caſum, dè quo agitur videri poteſt *Text. in l. Marcellus §. res, quæ vbi Gloſ. lit. E. ff. ad Trebell. Merlin. de Legit. lib. 2. Tit. 2. quæſt. 3. num. 58. & ſeq. Mangil. dè Imputat. quæſt. 136. nu. 61. Cenc. dè Cenſ. quæſt. 20. num. 17.*

Vnum deniquè ſub ſilentio non inuoluam, quòd per mortem d. Hæredis grauati dominium, & poſſeſsio acquiſita in vim prædictarum effectiuarum ſolutionum factarum ab Hærede grauato non deſinunt eſſe in eius hæreditate, etiamſi occupata veniant à Fideicommiſſario, niſi Fideicommiſsarius citauerit Hæredem, vel Curatorem Hæreditatis, *Ottobon. deciſ. 116. num 6. & ſeqq. Decius Conſ 400. num. 8. Rot. deciſ. 520. num. 18. par. 1. diuerſorum, Gregor. XV. deciſ. 206. num. 5. & ſeqq.*

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitum habet locum, dum verificetur præſuppoſitum.*

2 *Confeſſio ad effectũ vendendi bona hæreditaria Fideicommittentis, valet pro extinguendo ære alieno, ſi extinctionis effectus ſequatur, & redditur ratio efficaciſſima fauore grauati Hæredis vendentis, & ementium.*

3 *Ementes dicta bona pro extinguendo ære alieno, ſunt tuti ad effectum retinendi, etiam ſinè ceſſione, dummodò prætium erogetur in debbitis extinctionem.*

4 *Ita vt procedat pro ſoluendis legatis à Fideicommittente relictis, dummodò legata non ſint annua; & quid ſi proſſima ſint ſolutioni?*

5 *Annua legata quando dè fructibus non veniant ſoluenda?*

6 *Alienationis appellatione prò extinguendo ære alieno fideicommittentis, àn, & quando veniat impoſitio cenſus?*

7 *Alienatio facta dè corporibus Fideicommiſſarijs diuiſibilibus pro parte exceſſiua æris alieni, & legatorum, an, & quandò valeat, vel ne in parte exceſſiua, vel in totum reſcindatur? & quid ſi non ſint diuiſibilia?*

8 *Hæredes Fideicommiſſarij, ſi omnes conſenſerint alienationi, an euertatur in totum Fideicommiſſum?*

9 *Fideicommiſſum quandò non eſt factum in caſu contrafactionis, & alienationis, ſed tantùm in caſu mortis, an antè mortem Grauati ſubſtineatur Alienatio?*

10 *Ceſſio bonorum Fideicommiſſariorum ratione Commoditatis àn validè fieri poſſit, prohibitione non obſtante?*

11 *Quæ, & quot Actiones competant Fideicommiſſario contra Grauatum?*

In Inſtrumento Venditionis ſi Hæres grauatus confiteatur, & aſſerat, vendere bona Fideicommiſsaria pro extinguendis debitis hæreditarijs Fideicommittentis, An huiuſmodi confeſsioni ſit credendum in præiudicium vocatorum? Et an talis Confeſsio, & debitorum extinctio aliquid operetur fauorabile Emptoribus? Et àn appellatione alienationis dictorum bonorum veniat impoſitio Cenſus?

QVÆSTIO IV.

1 Regula eſt in Iure ſatis trita, quòd habet locum diſpoſitum, ſi verificetur Præſuppoſitum *ad Teſt. in l. Mancipia 5. C. de Ser. Fugit. & diximus poſt primum Tomum dè Confeſ. in Opuſcul. 1. n. 125. verſ. Attamen.*

2 Diſpoſita igitùr Confeſsio in inſtrumento venditionis bonorum Fideicommittentis emiſſa ab Hærede grauato pro extinguendo Ære alieno Fideicommittentis locum omnimodò habet, dum verificantur debita, & illorum conſequtiua extinctio. Siquidèm alienatio bonorum Fideicommiſſo ſubiectorum fieri poteſt ab Hærede grauato ad effectum extinguendi debita Fideicõmittẽtis absq; incurſu reſolutionis inſtitutionis reſpectu eiuſdem Hæredis grauati, & irreuocabilitèr reſpectu Ementium; & eſt ratio, quia Æs alienum minuit Fideicommiſſum, & bona ab eo ſubtrahuntur, æquè ac ſi non fuerit ſuper eiſdem bonis aliquod fideicommiſſum, iniunctum, *Pereg. dè Fideicom. Art. 14. nu. 8. & Art. 40. num. 20. Surd. deciſ. 62. num. 21. cum ſeqq. Rot. recent. par. 5. Tom. 2. Deciſ. 541. num. 30. & par. 11. coram R.P.D. Zarate deciſ. 260. num. 1. & Merlin. deciſ. 459. num. 3. 6. & 13. Tom. 1. & optimè nu. 7.* Vbi ſubdit, quòd nequè vnquam dicitur fieri contra eius voluntatem, & *Gregor. XV. deciſ. 299. num. 1.*

Ita vt huiuſmodi alienatio reddat tutos
3 Emptores in bonis emptis, quamuis in extinguendis debitis à creditoribus fideicommittentis ipſi emptores iurium ceſſionem non reportauerint; cum ad effectũ retinendi non requiratur ceſſio, ſed ſufficiat, vt prætium fuerit verſum, & erogatum in extinctionem æris alieni, *l. ſi potiores C. dè iis, qui prior. credit. loc. ſucced. Mantic. de tacit. & Ambig. conuent. lib. 11. tit. 29. per tot & deciſ. 69. nu. 3.*

Idemquè tutamen reſultabit etiam, dum

4 ta;

4 talis alienatio fieret pro ſatisfaciendis, & ſol-
uendis legatis ab eodem Fideicommittente
relictis, ſi legata non ſint annua (prout in
antecedenti quęſtione) nam annua firmaui-
mus eſſe eſſoluenda legata de Fructibus; niſi
huiuſmodi annua legata totam fructuum
5 quantitatem abſorberent, vt inter Vtrumq.
caſum legati abſorbentis, & non abſorbentis
omnes fructus diſtinguit *Rot. recent. par. 5. Tom: 1. deciſ. 399. num. 38. & in præfata deciſ. 26. num. 3.*

Et hoc peculiaritèr procedit pro validiori
alienationis fundamento, ſi in legati pręſta-
tione aduenerit tempus à Teſtatorè legante
pręfixum, *Rot. recent. par. 11. deciſ. 96. num. 4. coram R. P. D. Peutingero.*

Expleta igitur prima huius quęſtionis
6 parte, deuenio ad ſecundam, & cenſeo, quòd
licèt Hęres grauatus ſuper bonis Fideicõmiſ-
ſarijs imponere poſſit cenſum, ſed ipſe met
cenſus cum morte reſoluatur *Rot recent par. 11. deciſ. 96. & deciſ. 216 poſt Cenc. de Cens. deciſ 59. num. 12. & 13. & videndus Cenc. præd. quæſt. 19. per tot.* Attamen ſi cenſus imponatur pro ſoluendo Teſtatoris debito, cuius
dies ceſſerat, valet impoſitio, & conſequen-
ter alienatio: ſecus eſt, ſi dies non ceſſerit,
dicta deciſ. 216. num. 6. 7. vbi num. 8. Subdit,
quòd valeat etiam cenſus impoſitio ad eui-
tandas maiores vſuras aliorum cenſuum
paſſiuorum, quibus grauantur Fideicommit-
tentis bona.

7 Cæterum prædicta omnia procedunt, ſi
alienatio corporum Fideicommiſſo ſubie-
ctorum fiat proportionabilitèr ad debita;
Nam ſi alienatio corporum hęreditariorum
excedat ſummam debiti, ſeu debitorum,
quibus premitur Hæreditas Fideicommit-
tentis, reſcinditur in totum alienatio, nem-
pè nec valet pro vera portione debitorum,
ſi corpora bonorum non patiantur commo-
dam diuiſionem: quam commodam ſi cor-
pora prædicta non patiantur diuiſionem, po-
terit tamèn fieri venditio, ne amplius Hæ-
reditas Ære alieno prematur; ſed quicquid
ſupererit, detractis, vel extinctis debitis,
erit inueſtiendum, & in hoc inueſtimento
tenentur eſſe ſolliciti Emptores, nè in dicto
reliquatu euertatur Fideicommiſſum, quo
non ſequto Inueſtimento, irrita vt ſupra re-
manebit alienatio, vt Magiſtralitèr, pleno-
que calamo ſanciuit *Rot. recent. par. 17 coram R. P. D. Vicecomite deciſ. 36. à num. 6. ferè vſque ad fin.*

8 Verumtamen ſi omnes Hæredes Fidei-
commiſſarij præfatis conſentirent alienatio-
nibus, tollitur omne Dubium, & ſolidum
remanet fundamentum pro Emptoribus, *ad Text. in l. Quoties ab omnibus C. de Fideicom. & Rot. poſt Cenc. dè Cenſ. deciſ. 18. num. 13.*
Et indubitantèr, ſi conſenſerit ipſemet Fi-
deicommittens, *Merlin. deciſ. 459. num. 3. & ſeqq. tom. 1.*

9 Verùm ſi non conſentirent, & Fideicom-
miſſum eſſet factum in caſu ſolùmodò Mor-
tis Grauati, & non in caſu contrafactionis,
& Alienationis: tunc non reſoluitur Aliena-
tio, niſi ſequta morte Hæredis grauati, quia
adhùc non venit conditio, *l. fin. §. ſin autem ſub condit. C. Commun. dè Legat. Peregr. de Fideicomm. art. 14. num. 8. Hond. Conſ. 6. num. 23. cum ſeq. volum. 1.*

10 Denique pro Coronide in huius quæſtio-
nis parte annotandum cenſeo, quòd Bono-
rum Fideicommiſſariorum ceſſio ratione
Commoditatis validè fieri poteſt, prohibi-
tione Alienationis non obſtante, *Rot. recent. par. 6. deciſ. 5. num. 17.*

Qua commoditatis ceſſione, & reſpecti-
uè alienatione circumſcripta pro veris exol-
uendis Fideicommittentis hæreditarijs De-
bitis modo, & forma vt ſupra de Iure per-
miſſis, certum eſt, quòd Fideicommiſſarijs
debetur immiſſio in bona Fideicommittentis
etiam aduerſus tertium Poſſeſſorem in vim
11 *l. fin. C. de Edict. D. Hadrian. tollen.* iuxtà
tamen requiſita pręſcripta *per Thomat. deciſ. March. 68. num. 1. & ſeqq. tom. 1. Rot. recent. part. 7. deciſ 88. num. 1. & 2. & deciſ. 135. num. 22. & Rot. coram recol. mem. Merlino deciſ. 459. num. 1. & ſeqq. tom. 1. & deciſ. 736 num. 1. & ſeqq. tom. 2.*

Nam explorati Iuris eſt, quòd ex diſpoſi-
tione *l. 1. §. Rectiùs, C. commun. de Legat. & Fideicomm. &c.* tres Fideicommiſſario dan-
tur actiones. Prima eſt perſonalis. Secunda
in rem. Tertia hypotecaria, nempè vtilis
Salniani in rebus, quas Hæres grauatus à
Teſtatore eſt conſecutus, vt ibidem, *in §. Et hæc in fin. & in §. In omnibus. l. vltimo,* ad
excludendum, vt ibidem, actionem contra
Tertium, qui non poſſideat bona Fideicom-
mittentis. Et redditur efficaciſſima ratio
per *tex. in l. 3. §. Nemo itaque C. eodem, & benè Peregr. de fideicom art. 45. n. 13. & ſeqq.*

Verumſi Res ſubiecta fideicommiſſo reſti-
tutionis tempore non exiſtat, precium ſuc-
cedit loco Rei diſtractæ conſiderandum de
tempore Sententiæ, vt in terminis Loco-
rum Montium alienatorum à Grauato, &
non exiſtentium ſanciuit *Rot. coram Merlino, deciſ. 831. à nu. 10. vſque ad fin. & deciſ. 844.*
Si vero Res exiſtat, & vigeat mala fides, po-
teſt Fideicommiſſarius agere alternatiuè,
teſt

Digitized by Google

ſcilicèt ad rem, ſiue ad precium, *dicta deciſ. 831. num. 1. & ſeqq. & 844. & Card. Celſ. deciſ. 235. num. 1. & ſeqq.*

Et quanquam pro reintegratione Fideicommiſsi fauore Fideicommiſſarij nulla regulariter competat Hypotheca, cuius defectu Fideicommiſsarius nequit concurrere cum Creditore Hypothecario *Peregr. de Fideicom. art. 40. nu. 14. poſt princ. Rot. recent. par. 19. deciſ. 382. num. 13. & 14.* & prius *in eadem parte 19. deciſ. 283. num. 1. & ſeqq.* Attamen data, & probata in grauato Hærede alienante Fideicommiſsi ſcientia, alienatio poſtea facta cum pręſumatur fraudolenta, & doloſa, grauatus tenetur reintegrare Fideicommiſsum, & pro huiuſmodi reintegratione ſuper grauati bonis etiam penès Tertios exiſtentibus competit Hypotheca, ex qua oritur alienatorum bonorum reuocatio; huiuſmodique Hypotheca non incipit à die alienationis, ſed à die, qua cœpit Grauatus adminiſtrare, *Peregr. dicto art. 40. num. 14. & bene Rot. recent. part. 12 decis. 7. num. 10. & ſeqq. Card. Cerr. deciſ. 665. num. 9. & 10. deciſ. 740. num. 7. & deciſ. 283. & Priol. deciſ. 32. num. 26. deciſ. 190 num. 10. & deciſ. 935. num. 5. et dicta part: 19. dič. 382. num. 15. et ſeqq. et dicta Rot. coram R. P. D. Caccia in Tudertina Bonorum Luna 16. Iunij 1692. §. Iuſtitia enim*, quę loquitur etiam in terminis Multiplici à Teſtatore iniuncti, & non exequti; & *eadem deciſ. 382. num. 16. et ſeq.* declarat procedere, quando Hęredi grauato alienanti nullę competant detractiones, ſecus eſt, ſi competant, quia tunc non conſideratur dolus, niſi in terminis pręſcriptis à *Rot. in dicta Tudertina Bonorum ibidem, et in §§. ſeqq.* & faciunt etiam ea quę dixit *Rot. coram R. P. D. Zarata deciſ. 54. num. 7. et deciſ. 60. num 9. vbi num. 10.* ait dari etiam retentionem fauore Fideicōmiſſarij abſque hypotheca. Quę hypotheca tacita anterior prefertur expreſſę poſteriori *Rot. recent. part. 17. deciſ. 234. num. 13. 14. et 15.* Et ea, quę ſuperius annui de multiplico, procedunt, quando ſit iniunctum augumentum fructuum, ſeu multiplicatio fauore fideicommiſſi perpetui; & in hoc caſu Hęredes ſcripti, & ſubſtituti &c. non faciunt fructus ſuos, ſed huiuſmodi cedunt fauore Multiplici iuxtà præſcripta à Teſtatore fideicommittente, vt magiſtraliter *Rot. poſt. Merlin. de Legitim. deciſ. 60. per totam*, & ſequitur *Card. Cerr. deciſ. 608. num. 1. et ſeqq. tom. 2.* ſecus eſt, ſi inueſtimentum, ſeu multiplicatio ſit demandata ad ſolum commodum primi heredis, ùt *in eadem deciſ. 608. num. 1. 2. et ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Cauſa confeſſata, et expreſſa in pecuniarum ſolutione an coarctet ſoluentem ad pecuniarum inueſtimentum?*

2 *Obligatio ad faciendum, quandò differat cum obligatione ſimpliciterr ad dandum?*

3 *Obligotus ad dandum non eſt obligatus ad faciendum.*

4 *Pecuniarum ſolutio transfert ipſo Iure dominium, et poſſeſſionem in recipientem.*

5 *Inueſtimenti incumbentia eſt onus.*

6 *Hæres à Teſtatore præſumitur minùs grauatus, quàm fieri poſsit.*

In cauſam confeſſatam, & expreſſam, vt ex tenore Inſtrumenti, vel teſtamenti, àn ſoluens pecunias teneatur eſſe ſollicitus dè ipſarum pecuniarum verſione?

QVÆSTIO V.

SOluens in actu Solutionis, vel poſt ſolutionem non tenetur eſſe ſollicitus dè pecunia-
1 rum verſione in cauſam confeſsatam, & expreſſam, & conſequentèr facere inueſtimentum, niſi vigeat pactum in contractu, vel Teſtantis Mandatum in vltima Voluntate, *Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 941. num. 10. et ſeqq. et Signantèr num. 23 24. Tom. 5.* vel quando in Iure expreſsè ſit cautum, vt ſoluens ſit ſollicitus dè Verſione ſeù inueſtimento, *Gregor. XV. Deciſ. 511. n. 9. et ſeqq. et ibi add. n. 32. et 33. et Coccin. Deciſ. 902. n. 10. et 11. Tom. 2.*

Et eſt ratio, quia aliud eſt, quòd quis obli-
2 gatus ſit ad faciendum: aliud verò, quod ſimpliciter ſit obligatus ad dandum; quià ſim-
3 pliciter obligatus ad dandum non eſt obligatus ad faciendum, vt in terminis Inueſtimenti, *Rot. poſt. Zaccb. dè obligat. Cameral' Deciſ. 275. n. 4. et 5. et Card. Cerr. Deciſ. 360 à n. 11. vſq. ad 14. Tom. 2.* Cum poſt ſolutionem factam, aliud ſupplere non teneatur, *Rot. recent. p. 19. Deciſ. 314. n. 8. et 9.*

Nàm Statim atquè ſoluitur pecunia, in
4 Recipientem dominium, & poſſeſſio transfertur pecuniæ, & penes ipſum ſoluentem nil al-

nil alterius curæ remaneat; cum functus ſit officio ſuo, *l. ſi alieni nummi 78. ff. de ſolutio. l. ſingularia ff. de reb. credit. & ſi cert. petat. Rot. recent. p. 4. Tom. 1. Deciſ. 243. n. 7. & Merlin. Deciſ. 1 3. n. 4. et 5.*

5 Et Inueſtimenti incumbentia cum ſit onus; ſi ſolutio proueniat ex teſtamento, Inueſtimentum non præſumitur adiunctum, Cum Hæres minus cenſeatur grauatus, quam fieri poſſit, *l. Idem Iulianus § Sèro ff. de legatis 1. l. Vnum ex familia § Si rem ſuam, cum 55. concordantibus ff de legatis ſecundo.*

SVMMARIVM.

1 *Conductoris Confeſſio ſuper molendino benè diſpoſito ad molendum, & cum pacto dè illo reſtituendo locatori potius meliorato, quàm deteriorato, quid operetur, ſi molendinum remonſerit incendiatum?*

2 *Incendium ſine culpa non obligat conductorem pro reſtituendo locatori valorem incendiati molendini.*

3 *Ex iudicio tam locati, quàm conducti, quandò oriatur actio aduersùs conductorem, & reſpectiuè locatorem?*

4 *Conductor, ſi in re conducta habeat pro indiuiſa aliquam propriam portionem, ad cuſtodiam eiuſdē rei conductæ diligentia præſumitur, & non negligentia, peculiaritèr conſtita, quod Conductor ſit Diligens in negocijs, & rebus ſuis.*

5 *Receditur ex coniecturis ab hac Concluſione, & Conductor ad reſtituendum, & reponendum molendinum tenetur in priſtinum ſtatum iuxtò formam pacti, & ad totalem locatoris indemnitatem refundendam.*

6 *Culpa ob non cuſtodiam conductori adſcribitur.*

7 *Conductore conuicto dè negligentia, quid negligentia aduerſus ipſum operetur?*

8 *Negligentia in rebus proprijs non obeſt, ſicutè damnatur in alienis; & plures dantur rationes.*

9 *Probatio Diligentiæ in genere non ſufficit, ſed in ſpecie ipſa diligentia probanda eſt circa ignis cuſtodiam dè tempore incendij.*

10 *Pactum iuratum de reddendo molendino potiùs meliorato quàm deteriorato ad ipſius cuſtodiam arctius conductorem adſtringit.*

11 *Tale pactum includit diligentiam, & abores à negligentia.*

12 *Adhærens negligentiæ dicitur adhærere culpæ.*

13 *Culpa tribuitur ei, qui non cogitauit ea, quæ euenire poſſunt.*

14 *Non faciens id, quod facere tenebatur, eſt in culpa.*

15 *Negligentia propria in alterius præiudicium ſibi non patrocinatur.*

16 *Culpæ appellatione, quid veniat?*

17 *Agens ex locato, àn teneatur incendio, vel caſu?*

18 *Agens actione legis Aquiliæ àn teneatur dè incendio leuiſſima etiam culpa ſequto?*

19 *Culpa lauis in omittendo, vel lauiſſima in committendo quid operentur in incendio?*

20 *Culpa lauis, & lèuiſſima àn inſurgat ex ſtipulatione di reſtituendo molendinum potiùs melioratum, quàm deterioratum?*

21 *Pacto etiam circumſcripta. àn dè Iure, ſi conductor ſit commonefactus dè igne, & non querat obuiare, teneatur de vtraque culpa, leui, & leuiſſima?*

22 *Conductor ſciens incendium, àn locatori denunciare teneatur?*

23 *Patefacto incendio per viſionem, & diuulgato per acclamationem Populi, ſonituque publica Campana, an augeatur culpa Conductoris, ſignanter interpellati ad obuiandum?*

24 *Conductor dans clauem impotenti ad cuſtodiam, vtputà cæco, & ſignanter in loco incendij non habitanti, an dicatur incurſus in vtramquè culpam?*

25 *Conductor dans cæco cuſtodiam dicitur, & ipſe quoquè cæcus.*

26 *Conductor ſibimet imputat, ſi è mala eius cuſtodia maximum eueniat damnum, cum patiatur vulnera ſuis facta telis.*

27 *Molendini Claues, in via inuentæ, quid arguant aduerſus Conductorem? & teſtis vnus an probet?*

28 *Culpa Conductoris, ſi probetur ex teſtibus per excommunicationis monitorialia, an valeat?*

29 *Atteſtationes metu excommunicationis iuramento vallatæ, ſi teſtes vltrò non ſe obtulerint, ſed metu prædicto acceſſerint, probant.*

30 *Hæc eſt Opinio Menochij, an acceptetur à Rota Romana?*

Quæ-

Digitized by Google

Conducens Molendinum Oleareum, ſeù Frumentarium, in quo ipſe Conductor habeat aliquam portionem pro indiuiſo cum Locatore, ſi fateatur in Inſtrumento recepiſſe Molendinum benè ordinatum, & omninò aptum ad molendum, & repromiſerit Locatori reddere expleta conductione, potiùs melioratum, quam deterioratum, an eueniente incendio Molendinum euertente, teneatur, vel nè Conductor Locanti reſtituere ad formam emiſſæ Confeſsionis, & initi pacti?

QVÆSTIO VI.

CONductor fauore Locantis, ſi in Inſtrumento confiteatur, & aſſerat, repro-
1 mittatque cum Iuramento, & obligatione
Camerali Molendinum Olearium, ſeù Frumentarium, ſibi Commune in aliqua parte
cum Locatore, eſſe aptum, & habile ad
Molendum, & expleta conductione repromittat portionem non ſuam reſtituere po-
2 tiùs melioratam; quàm deterioratam, ſi
eueniat ſinè eius culpa in dictum Molendinum Incendium, Conductor non tenetur
Locatori pactum prædictum obſeruare, *Text in terminis Incendij caſu fortuito eueniti, in l. ſi quis 10. §. ſi Colonus ff locat. & Conduct l. prima C. de Locat & Conduct. & optimè Gregor. XV. deciſ 278. num. 1. cum ſeqq.*

Et eſt ratio: quia in Iudicio tam locati,
3 quam conducti dolum, & cuſtodiam non
etiam caſum, cui reſiſti non poteſt, venire
conſtat = Sunt Oracula Textus in *l. in Iudicio 28. C. dè Locat. et Conduct.* Vbi optimè *Barboſ. in Collect. D. D. ſuper C. num. 1. et ſeqq. Tom. 2.*

Eò maximè, quià in dicto Molendino
4 Conducto ſua fruitur conductor portione
prò indiuiſo, & diligens probatur, quòd fuerit, & ſit in ſuis rebus, & negocijs, *Pacion. in tract. dè Locat. et Conduct. cap. 31. num. 44. & 45. et 48.*

Verumtamèn ſi Conductoris præſumpta
5 diligentia elidatur per probationes in contrarium concludentes, & probetur, quòd
6 ipſe Conductor non adhibuerit cuſtodiam,
& diligentiam ad ipſum ſpectantem, ſignantèr in obuiando incendij primordijs optimè à Conductore Conſcijs, maximè ſi molendini cuſtodia per Clauium traditionē ſit alteri perſonæ commiſſa ab eodem Conductore, tunc ex huiuſmodi Intercessa culpa incendium exortum eſſe dicitur culpa eiuſdem, & Confeſſio ſeù pactum prædictum fauore locantis aduersùs Conductorèm, & eius Hæredes ſibi locum vendicat pro reſtitutione Molendini repromiſſi potius meliorati, quā deteriorati, *Text in l. Videamus àn 12. §. Qui Vinum, & in l. Item quæritur 14. ff. locat. & conduct. ibi* = Quòd reſtitutio Molendini fiat ipſo Iure abſque controuerſia = Et concordat *Text. in l. cum Conductorem 29. C. dè locat. & Conduct.* quia alias diceretur fieri contra pactum, vt in eadem *l. Videamus § inter Conductorem.*

7 Et eſt ratio, quia cum debitam Conductor non adhibuerit cuſtodiam, ſed in alterius poſſe Molendini Claues tradiderit, dicitur in culpa; & quamquam non appareat cuius culpa incendium ortum ſit, ipſimet Conductori pro indenmitate locantis adſcribitur: eo quia ad ipſum Conductorem principalitèr ſpectabat diligèntia, & Molendini Cuſtodia etiam confeſſa, & repromiſſa, vt in terminis *Farinac. p. 3. Tom. 1. de Reo Confeſſ. Tit. dè Var. & diuerſ. crimin. circa incend. Quæſt. 110. n. 125. pag. mihi 531. & ſeqq. p. 1. Nicol. Burgun Comment. dè Pericul & culp. cap. 1. n. 9. Ioſep. Ludouic. deciſ. peruſ. X. n. 13. & ſeqq. part. 1. & Pacion. ibidem ſupra n.*
8 *46 & 47. vbi* ſubdit, quòd ſi conuincatur
negligentia, non propterea poterit excuſari, ex eo quòd neglexerit etiam res ſuas in condominio, quia quoàd res ſuas potuit facere, quod voluit; & in re conducta tenebatur facere omnem diligentiam, aliàs eſt in fraude, *Burgun. ibidem ſupra. & Pacion in*
9 *in loco præcitat. n. 49.* Vlteriùs ſubdit, quòd
probatio diligentiæ in genere non ſufficiat, ſed probari debet diligentia in ſpecie, circa ignis cuſtodiam, & dè tempore incendij; prædictaquè prius firmauit *Farinac. d. quæſt. 110. n. 85. & in ſimili Cyriac. Controu. 229.*

Multoque magis adſtrictus remanet con-
10 ductor ad Molendini Cuſtodiam ex eo pacto
iurato de reddendo Molendino potius meliorato, quàm deteriorato, *Pacion. d. cap. 29. n. 30. quod pactum, vt ex eodem Pacion. ibidèm*
11 includit diligentiam, & aborret à negligen-
tia; cui negligentiæ adhæſit Conductor, & conſequenter culpæ, dum probetur fuiſſe
12 ipſum Conductorem admonitum ſuper vi-
ſione ignis exiſtentis intùs Molendinum, & anſam Incendio præſtantis, & eidem obui-
13 are non curantis; ex quibus arguitur culpa,
quæ ſi tribuitur non cogitanti dè eo, quod facilè euenire poterat, *Cyriac. Controuèrs.*

166. *n.* 30. *Tom.* 1. *&* 229. *n.* 13. *&* 235. *n.* 8.
Tom. 2. *& Ludouic. eadem Deciſ.* 10. *n.* 12. *&*
ſeq. & Burgun. in locis præcitat. Burat. Deciſ.
482. *n.* 15 *& Rot. recent. p.* 9. *Tom.* 1. *Deciſ.*
384. *n.* 36. Multò magis tribuenda eſt illi,
14 qui non fecit, quod facere debebat aduer-
ſus ea quæ non fecit, *l. Qui non* 164. *ff. dè*
Regul. Iur. Farinac. in præcitata par. tit dè pænis
temperan. Quæſt. 88 *n.* 77. *cum ſeqq. pluribus,*
Rot. in recollect. per Farinac. Deciſ. Crimin.
208. *n.* 2.

Inſurgitque ratio, quia ſua negligentia
15 nemini debet eſſe proficua, quinimò noxia,
cum in ſe culpam arguat, quam negligens
ſibi debet adſcribere, *Rub. ad deciſ.* 1. *à n.* 37.
vſq. ad 80. *recènt. p.* 8 *& prius in Adnotat. ad*
deciſ. 6. *n.* 47 *recent. p.* 3.

Siquidem Culpæ appellatione ſecundum
16 propriam, & genuinam Vocabuli Signifi-
cationem omnis omninò culpa comprehen-
ditur, ſiue illa conſiſtat in faciendo, ſiuè
omittendo, *l. Magna Negligèntia* 226. *ff. dè*
Verbor. Significat. & Rot. recent. p. 11. *deciſ.*
361. *n.* 117.

Nec in caſu, dè quo agitur, obſtare vide-
17 tur, ſi fuerit actum ex locato, ſicquè ex
huiuſmodi directa actione Conductor non
teneatur dè Incendio, vel caſu, niſi ob la-
tam, & leuem culpam. Quod ſecus eſt, quan-
dò conuenitur Conductor actione L. Aqui-
18 liæ, quia tunc tenetur etiam dè Incendio
leuiſſima culpa in committendo ſequto,
Gregor. XV. optimè in deciſ. 528. *n.* 9. ſicuti
dicimus exiſtente pacto dè leuiſſima culpa,
vt docet *Barboſ. in eadem Collect.* C. *in præcitat.*
l. in Iudic 28. *n.* 3 Etenim reſpondetur, quòd
19 prædicta non procedunt, dùm probatur cul-
pa leuis in omittendo, vel leuiſſima in com-
mittendo, *l. Contractus* 24. *& ibi Gloſ. & D.*
D. ff. dè Regul. Iur. Aut fuerit ſtipulatum pa-
20 ctum dè reſtituendo Molendinum meliora-
tum potius, quam deterioratum; quia tùnc
ex natura Contractus, & repromiſſionis in
ſpecie venit culpa leuis, & etiam leuiſſima
in omittendo commiſſa, *dictus Pacion. eodem*
tract. cap 29. *n* 48. *&* 49.

Et dato, quòd dictum non eſſet initum pa-
21 ctum attamèn in caſu propoſito Vtraque
culpa concurrit, dum conductor dè igne
commonefactus per diuerſas acclamationes,
22 vt occurreret ad extinguendum ignem, ei-
dem obuiare non curauit, nec locanti denun-
ciauit, vt Conductor tenetur pèr Doctri-
nam *d. Pacion. præfat. in cap.* 29. *n.* 19. Imò
Acclamantibus, & ſignantèr locatoribus
23 expoſcentibus Molendini Claues, Condu-
ctor tradere non curauit, quià penès alium
Claues exiſtebant inhabilem ad Cuſtodiam
pròpter Coecitatis defectum, & abſentiam
inactis inſtificandam; & Conſequentèr Con-
ductor ab vtraquè culpa ſe eximere non po-
teſt, *Farinac. præcitat. quæſt.* 88. *n.* 77. *cum*
pluribus ſeqq. vſq. ad fin Gregor. XV. dicta deciſ.
528. *n.* 16. *Michalor de Fratrib. p.* 2. *cap.* 46. *n.*
11. *& ſeqq. & Paſtell. expedit. Cauſ. Ciuil. ex-*
pedit. 48. *in Anot. pariter* 48. *n.* 7. *pag. mihi*
259. *in p. Col. & Barboſ. in eadem Collect. ſup.*
C. *in l.* 1. *n.* 1. *& ſeqq. et l. Cum Conductorem*
29. *n.* 1. *et vlt.* C. *locat et Conduct.*

Quæ omnia abſque difficultate locum ha-
24 bere debent, ſi molendini Cuſtodia iuſtifice-
tur pènes abſentèm, & inhabilem ob Cœci-
tatem, vt eruditè Sanciuit *Rot. recent. p.* 16.
deciſ. 237, *n.* 7. *et* 12. & rationem reddit *Mi-*
chalor dè Coeco &c. *cap.* 1. *n.* 1. *et* 2. Quia cœ-
25 cus ſenſu caret alijs ſenſibus excellentiori.

Vndè Huiuſmodi Michalori inhærèndo
ſententiæ Canam.

Nil ſub ſole patet Cœco, ſed cuncta lateſcunt:
Hic duce ſe ducit, qua ſinè ſæpè ruit.
Qui curam Cœco credit, ſtat Cœcus in omni!
Nàm Cœcus Cœcum ducit, & ambo cadunt.

Si ad tòt, tantaq; refundenda Locatori
damna cecidit Conductor, ſibimet imputet,
dicatque cum Naſone.

Heù patior telis vulnera facta meis.

Etenim nimis profuſa eſt culpa Conducto-
26 ris, dum Molendini claues reperiantur pro-
iectæ in medio cuiuſdam viæ, & hoc admit-
tendum, ſi probatum etiam reſultet ex vni-
co Teſte, iunctis prægnantibus adminiculis
ex facti circumſtantijs, *Farinac. dè Teſtib.*
quæſt. 63. *num.* 35. *et ſeq. Ceſar. de Graſ. deciſ.*
49. *num.* 6. *et* 7. *et Rot, par.* 18. *recent. tom.* 2.
deciſ. 532. *num.* 2. *et num.* 7. ampliat proce-
dere in quacumquè materia iunctis tamèn
adminiculis.
27 Quid enim dicendum eſt, ſi ea quæ dixi-
mus in antecedentibus numeris probentur à
Teſtibus metu Monitorialium publicæ Ex-
communicationis, forsàn probabunt? ne-
gatiuè reſoluit *Rot. recent. par.* 17. *deciſ.* 281.
num. 3.
28 Sed *Menoch. dè Arbit. Iudic. lib.* 1. *quæſt.*
26. *num.* 6. tenet; quòd reuelata metu ex-
communicationis iuramento vallata, ſi vl-
trò Teſtes non ſe obtulerint, ſed metu ex-
communicationis acceſſerint, probare ſup-
ponit.

29 At

29 Attamèn *Rot. recent. par. 18. Tom. 2. dec. 757. num. 8.* firmat, veritatis non leuem fumum præbere; ſed ad omne tollendum dubium cenſeo, quòd Teſtes debeant repeti ſer-
30 uatis ſeruandis, vel remiſſoria ſit obtinenda ad partes, ſi cauſa ventiletur in Curia Romana, vt citata parte, & medio iuramento Teſtes, qui metu excommunicationis depoſuerunt, repetantur, *Duran. dec. 212. n. 15. et Rot. recent. par. 6. deciſ. 250. num. 23.*

SVMMARIVM.

1 *Cenſus à Priore, & Canonicis, mediante Beneplacito Apoſtolico, impoſitus ob faſsas Eccleſiæ neceſsitates, ſed ad tempus duraturus, & infrà tempus præſcriptum extinguendus, poſt dictum tempus an reſoluatur, & conſequentèr an ex eo fructus ceſſauerint.*

2 *Beneplacitum Apoſtolicum reſtrictum ad tempus præſcriptum, an dicatur prohibere?*

3 *Poſt tempus conceſſum ad extinguendum cenſum reuiuiſcuntur leges loquentes dè probibitione impoſitionis cenſus, æquè ac ſi Cenſus non fuiſſet vnquàm impoſitus.*

4 *Sicuti Prior, & Canonici excommunicantur imponentes cenſum ſinè licentia Apoſtolica, ſic & in excommunicationem incidunt, ſi poſt contractum Cenſum, Cenſus non ſit extinctus ad tenorem Beneplaciti Apoſtolici.*

5 *Expleto tempore præſcripto pro validitate Cenſus, idem reſoluitur cenſus in merum mutuū, & fructus amplius non debentur.*

6 *Si poſt elapſum tempus in cenſu redimendo præfixum ſoluantur fructus, non tranſeunt ijdem fructus in dominium, & poſſeſsionem recipientis.*

7 *Fructus ex cenſu nullo, & reſoluta poſſunt per conditionem indebiti etiam à ſponte ſoluentibus repeti.*

8 *Fructus ſunt benè ſoluti, & non repetuntur, donec cenſus ſtet in implicita validitatis ſtatu? ſcilicet donèc nullus declaretur, etiamſi ageretur cum Eccleſia.*

9 *Contrarium ob limitatum tempus præfixum à Papa in creatione Cenſus: nàm eo elapſo, cenſus reſoluitur ipſo Iurè, & ceſſant fructus.*

10 *Contrahens cum aliqua qualitate reſtrictiua, tenetur eam ſeruare, alias eſt in mala fide per dolum, & redditur ratio per Text. in l. non poteſt 160. ff. dè Regul. Iur.*

11 *Per malam fidem fructus non debentur, nec acquiruntur,*

12 *Ex mutuo non dantur fructus.*

13 *Cenſus creatus ad tempus poſt illud tempus dicitur etiam ſine colorato titulo, & cum facultate ipſo Iurè reaſſumendi ſortem.*

14 *Vera mala fides quid operetur in ſolutione fructuum cenſus non debitorum, etiamſi ſolutio per plures vices interceſſerit.*

15 *Cenſus an duret ſaltèm durante Vita Eccleſiaſticorum imponentium?*

16 *Canonici, qui ſuccedunt poſt tempus præfixum in duratione cenſus, an ſubeant onus cenſum extinguendi?*

17 *Vſuræ ſoluta per errorem, & ex falſa cauſa repetuntur etiamſi plures ſint ſolutiones ſponté, & ſcienter factæ:*

18 *Nemo videtur fraudare eos, qui ſciunt, & conſentiunt.*

19 *Ignorantia præſumitur, vbi ſcientia non probatur, & num. 20.*

20 *Scientia certa, & ſpecifica an requiratur, & quandò pro repetitione indebiti?*

21 *Canonicis, qui ſucceſſerunt poſt tempus præfixum ad extinguendum cenſum, quæ actiones competant, & an negociorum geſtorum, & aduerſus quos?*

22 *An, & quandò actio vtilis negociorum geſtorum exerceri poſsit etiam aduerſus Pupillos, & Minores, & Mulieres? Dantur Iura, & rationes opportunæ.*

An à Priore, & Canonicis cōfeſsa neceſsitas ſit ſufficiens motiuum imponendi Cenſum in ſorte cōſiderabili ſuper eorum reſpectiuè Eccleſiaſticis Præbendis? Et pro huiuſmodi Impoſitione Apoſtolico obtento Beneplacito, quo ſub Excommunicationis latæ ſententiæ pęna ipſo iurè incurrenda abſque vlla declaratoria, iniungatur extinctio cenſus infrà certum tempus, an ſi infra dictum tempus non ſit cenſus extinctus, remaneat ſubſiſtens, vel inſubſiſtens, & fructus exſoluti an fuerint dè Iure debiti, vel non? ſeù an imputentur, vel non in ſortem, aut detur indebiti repetitio etiam fauore ſingulorum Canonicorum, qui peculiariter ſucceſſerunt poſt dictum præfixum tempus in Apoſtolico aſſenſu ad extinguendum?

QVÆSTIO VII.

SI ſupplici mediante libello Prior, & Canonici alicuius Eccleſiæ Cathedralis, vel

Digitized by Google

1 Collegiatæ confiteantur S. Sedi Apoſtolicæ
vrgentem habere neceſsitatem imponendi
cenſum ſuper eorum reſpectiuè Præbendis
in ſorte ſcutorum quingentorum; & eadem
S. Sedes, cum recognouerit cauſas pro veris,
benignè precibus annuerit, dummodo infrà
decem annos remanſerit cenſus effectiuè ex-
tinctus ſub pœna in caſum &c. excommuni-
cationis ipſofactò, & abſque alia declara-
toria incurrenda. Cenſu hoc impoſito, &
erogato ad formam ſupplicationis, dicitur
prouiſum vrgentibus faſsis neceſsitatibus, &
dum remaneat poſt decennium cenſus extin-
ctus, eſt illicò cenſus reſolutus, quia reſolu-
to Iure Datoris, reſoluitur ipſo facto Ius
Acceptatoris, nempè cenſus remanet in-
fructiferus, & ſors ad nutum Domini ſtatim
repetibilis, *Cenc. de Cenſib. quæſt.* 116. *per tot.*
pag. mihi 337. *& ſeq. Ludouic. Poſtb. reſolut.*
ciuil. 142. *per tot. Rot. poſt eumdem Cenc. decis.*
2 15. *num.* 10. *& decis.* 41. *num.* 5. Et ratio
eſt efficaciſsima, quia cum Beneplacitum
Apoſtolicum ſuper huiuſmodi cenſus crea-
3 tione ſit ad tempus conceſſum, poſt tempus
præſcriptum expirauit effectus cenſus, æque
ac ſi, exacto dicto tempore, non fuiſſet crea-
tus; nam ea, quæ conceduntur ad tempus
cenſentur prohibita, *Ricc. Decis. Archiep.*
Neap. 225. *num* 10. *par.* 1. *Barboſ. Collect.*
D.D. in Ius Pontific. Vniuerſ. in cap. Quoniā fre-
quenter 5. *§. in alijs num.* 27. *pag. mihi* 397. *in*
prima Col. Tom. 1. *& Surd. decis.* 133. *num.*
12. *decis.* 189. *num.* 9. *& decis.* 203. *num.* 1.
& ſeqq. Nam ſorte reſoluta, reſoluuntur,
& fructus, *Leotard. de Vſur. par.* 2. *ſect.* 13.
num. 57. *pag. mihi* 91. *in prima col.* recedunt-
que a ſuo robore, *Text. in Extrauagant. Am-*
bitioſæ cupiditatis Paul. Pap. II. dè Reb. Eccleſ.
non alienan. & cap. hoc conſultiſsimo, de Reb.
Eccleſ. non alienan. & §. nos igitur. & § Alie-
nationis Auth. de non alienan. vel permutan. reb.
Eccleſ. Collat. 2. Et ita, ac taliter reſoluitur
4 nullus, & irritus, ac ſi contractus non fuiſ-
ſet initus, Contrahenteſque aliter facientes
ſunt ipſoiurè excommunicati, *Barboſ. præci-*
tat. in Extrauagant. num. 1. *& per tot. Tom.* 4.
Leon. in Theſaur. for. Eccleſiaſt. par. 1. *cap.* 15.
num. 1. *& ſeqq. Tit. de Reb. Eccleſ. non alienan.*
& Mar. Alter. Tract. de Cenſur. Eccleſ. diſput.
16. *de Suſpenſ. cap.* 2. *col.* 3. *verſ. alia ſuſpenſio*
lit. B. & C. *Tom.* 2.

Et ſors principalis cenſus remanet pu-
5 rum mutuum, ex quo non cadit fructuum
perceptio; cum ex cenſu reſoluto, & nullo
fructus aliqui citrà labem vſurariæ prauita-
tis percipi non poſsint: & hac ſtante Cenſus
nullitate fructus imputantur in ſortē iuxta
communem ſententiam Theologorum, &
Canoniſtarum Canonizatam *à Rota coram*
exim. mem. R. P. D. Merlino in Romana Cenſus
Veneris 13. *February* 1632. *recènt. p.* 6. *Decis.*
99. *per totam, & a nu.* 4. *vſque ad fin.* Subdit,
6 quòd pecuniæ pro huiuſmodi cenſus fructi-
bus receptæ tamquam vſuræ numquam
tranſeunt in dominium recipientis, nec etiā
à ſponte ſoluente recipi poſſunt, & ſi pecu-
7 niæ prædictæ receptæ fuerint ob cauſam di-
cti cenſus repeti iure optimo poterint per
condictionem indebiti, ita vt in hoc contra-
ria conſuetudo vllo pacto non releuet.

Nec huiuſmodi vt ſupra firmata illa Ro-
8 talis concluſio terret, videlicet, quòd fru-
ctus cenſus debeantur pro tempore, quo res
habuit implicitum ſtatum validitatis: ſicque
antè oppoſitionem dè nullitate, vt *in eadem*
par. 6. *recent. decis.* 41. *num.* 26. *& ſeqq.* & in
hanc ſententiam tranſit *Barboſ. in d. Collect.*
in cap. Prohibemus 7. *num.* 6. *in princip & in*
fin. de Cenſ. *Tom.* 2. vbi ſubdit erga med. quod
talis nullitas non poſsit amplius opponi, ſi
fuerint fructus ſoluti: ſiquidem cenſus impo-
ſitus ab Eccleſia, ſeù minore abſquè ſolem-
nitatibus valet, quamdiù non detur dè nul-
litate, & quàmuis declaretur nullus, tamèn
non retrotrahitur, vt poſsint repeti fructus
ſoluti, *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 559. *num.*
64. *&* 65. *tom.* 3.

Etenim facili negotio tale obiectum di-
9 luitur, quia *in dicta decis.* 41. *& in doctrina*
Barboſ. & Gratian. ſuperius enucleata agitur
dè implicito validitatis ſtatu, ſcilicet dè nul-
litate Cenſus non declarata: At Nos per Be-
neplacitum Apoſtolicum elapſo decennio
habemus declarationem reſolutionis Cenſus
ipſofactò. Quibus Apoſtolicis Oraculis ob-
temperandum eſt per *Teſt. ſatis rotundum in*
l. Non poteſt. 160. *ff. de Regul. Iur.* Cum ne-
mo videatur fraudare eos, qui ſciunt, &
conſentiunt, *l. Nemo* 188. *ff. eodem*, prout
10 eſt Dominus Cenſus, qui cum indiuidua
mediante limitati temporis ſcientia con-
traxit cum Eccleſia, & Eccleſiaſticis Per-
ſonis ex eodem limitato tempore reſultat
effectus limitatus, *l. in Agris ff. de aquir. rer.*
domin. l. Cancellauerat, ff. de his, quæ in Te-
ſtam. delent. Hiſque ſi contradicatur elicitur
dolus, dicta *l. non poteſt*, & conſequenter
mala fides *Text. apertus in cap. qui contra* 82.
dè Regul. Iur. in ſexto, l. Quemadmodùm, C.
dè Agricol. & Cenſit. lib. 11. cum alijs latè
congeſtis *à Rub. in Annot. ad decis.* 46. *num.*
131. *cum ſeqq. par.* 9. *recent. Tom.* 1.

11 Quæ mala fides excludit fructuum acqui-
ſitionem *ad Text. in l. Certum C. dè rei vendi-*
cat.

Digitized by Google

cat. & l. 2. C. de fruct. & lit. expenſ. & conſiderat eadem deciſ. 41. num. 27.

Et eſt talis fructuum excluſio indubitata,
12 quia reſoluto contractu, remanet ſors cenſus purum, & merum mutuum, in quo non datur fructuum perceptio, optimè *Rot. poſt d. Cenc. dè Cenſ. deciſ. 31. num. 6. & 7.* cum euadat ſors ipſo iure repetibilis, *Rot. poſt eumdem Cenc. deciſ. 257. num. 1. cum ſuperius allegatis D. D. & deciſ.*

Ex qua cēſus rèſolutione cū facultate re-
13 aſſumendi ſortem tollitur quicumque titulus etiam coloratus prætènſi Cenſus & conſequentèr Creditori omnis proſternitur Defenſio in acquiſitione fructuum, vt animaduertendo articulum fuit Sancitum *à Rot. recent. p. 11. deciſ. 2. coram R. P. D. Arguëlles n. 27. & ſeq* qua ratione indubitatum redditur, fuiſſe fructus in ſortem imputatos.

14 Et ad nihilum ſuffragatur, fuiſſe fructus per plures vices ſolutos poſt d. cenſus reſolutionem; quia vrgentius viget mala fides vera, & non præſumpta, quæ vera mala fides ex indiuidua habita ſcientia etiam ſpacio longiſſimi temporis minimè purgatur, *Ioan. Bapt. Conſt. Tractat dè fact. ſcient. & ignorant. diſt. ult. 60. Cent. 2. n. 15. & 16. & 17.*

15 Et in hoc caſu ad nihilum valet opinio Cenci *in practicat. quæſt. 116. n. 5.* quòd cenſus ſaltèm duret durante vita Eccleſiaſticorum imponèntium, & Præbendas poſſidentium, vt reſpondendo contrarijs firmat *Barboſ. d. cap. Prohibemus n. 5. erga fin. in V. ſed ego* Nam lapſo decennio labitur omnis obligatio ci-
16 uilis, & naturalis tam fauore Prioris, & Canonicorum Imponentium, quam aliorum poſtmodùm ad Præbendas Succedentium, *§. 1. Inſtit. Quibus mod. tollat. obligat. l. ſi Pupillus 21. ff. ad l. falcid.* Imò ſi prædicti Prior,
17 & Canonici erroneè perſoluiſſent fructus cenſus, facultatem haberent repetendi indebitum ſolutum per errorem, & ex falſa, & nulla cauſa, iuxta *Text. in l. cum dè Indebito, ff. dè Probat.* & optimè ad caſum ratiocinatur *Gratian. deſcept. forenſ. 501. n. 1. vſq. ad ſeptimum. Montic de tacit. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 15. n. 60. tom. 1. & Rot. recent. par. 1. deciſ. 370. n. 3:* Præſertim quia remanet pecunia ſoluta poſt dictum tempus penes Cenſus Dominum ſinè cauſa, & conſequentèr ſempèr repeti poteſt, tùm condictione indebiti, tùm ex æquitate *leg. ſi & me, & Titium ff. ſic cert. petat.* Quamquam pecuniæ Iudicis Authoritate in alterius manus perueniſſent, vt *in eadem deciſ. 370. n. 3. & Burat. deciſ. 19. n. 10. & 336. n. 1. et 9.*

Et hoc procedit, etiamſi pluriès, atquè pluriès, & non ſemel fuerint fructus ſoluti; cum idem Iuris ſit totius, & partis, *Montic. dè tacit. et ambig. conuent. lib. 3. tit. 15. n. 60. tom. 1.* & faciunt adducta per dictam *leg. Nemo 188.*

Signanter quia agitur dè repetitione vſurarum indebitè exactarum, & reſpectiuè ſolutarum, pro quibus ſempèr datur repetitio ab eo, qui recepit, licèt fuerint huiuſmodi vſuræ ſpontè, & ſcientèr ſolutæ; cum non
18 cenſeatur ſciuiſſe indebitè Solutum: Nam ad effectum præiudicij certa, & ſpecifica ſcientia requiritur cum omnibus qualitatibus, & circumſtantijs, vt Magiſtralitèr *Merlin. deciſ. 409. à n. 26. vſq. ad 30. Tom. 1.*
19 Quoniam præſumitur ſemper ignorantia, vbi ſcientia non probetur, vt ſup. *cap. præſu-*
20 *mitur 47. dè Regul. Iur. in 6.*

Imò (quòd eſt notatu dignum) Quoties
21 Canonici, qui ſucceſſerunt poſt dictum decennium exempti (vt ſupra probauimus) à dicto cenſu comperſoluerint fructus, pro pecunia comperſoluta cum Priore, & Canonicis in obligatione comprehenſis poterunt aduerſus eumdem Priorèm, & Canonicos agere etiam abſque ceſſione reportata à Creditore Cenſus pro toto illo, quod comperſoluerint actione vtili negociorum geſtorū, *Burat. deciſ. 509. n. 2. decis 571. n. 1. deciſ. 637. n. 2. deciſ. 645. n. 8. & Rot. recent. p. 7. deciſ. 55. n. 1. & ſeqq.* ibique vel contraria mandati. Huiuſmodiq; actio vtilis negociorum geſtorum datur etiam aduèrſus Pupil-
22 lum, ſeù minorem, quotiès ex vtili negociorum geſtorum actione Pupillus, ſeù minor factus ſit locupletior, ſiuè quis ſoluerit pro Pupillo, & Minore ex neceſſitate communionis, ſiuè cauſatiuè, *ad Text. in l. 2. vbi etiam optimè Gloſ. & Bart. & in l. 3. C. de negoc. geſt. & prius ff. eodem tit. l. ſi Pupilli tui 6. & ibi egregiè Gloſ. dicit etiam* procedere in muliere *Pic. ad ſtat. Vrbis lib. 1. cap. 152. Gloſ. 7. n. 120.*

Sum:

SVMMARIVM.

1 *Definitio diſtributionum quotidianarum, quæ ſit?*

2 *Et qua ratione debeantur?*

3 *Diſtributiones quotidianæ ſingulis Diebus aſſignantur, & quare? licet non ſit emiſſa profeſſio fidei?*

4 *Diſtributionum exactio differtur ad finem anni*

5 *Clericus diſponit dè diſtributionibus quotidianis, ſicuti dè patrimonialibus;*

6 *Etiamſi non fuerint exactæ, & redditur ratio.*

7 *Secus eſt in diſtributionibus dè Maſſa groſſa, quæ ſi non fuerint diuiſæ non tranſmittuntur ad hæredes.*

8 *Circà diſtributiones de Maſſa groſſa iudicatur ſicuti dè fructibus Beneficij, & huiuſmodi fructus tranſeunt ad ſucceſſores ſicuti fructus Præbendæ*

9 *Actio exigendi diſtributiones quotidianas durat vſque ad triginta annos.*

10 *Canonico, vel Clerico Beneficiato habenti reſidentiam permittitur abeſſe cauſa ſtudij per quinque annos.*

11 *Ex precibus porrectis Summo Pontifici, vel Sacræ Congregationi pro abſentia cauſa ſtudij reſultat confeſſio*

12 *Huiuſmodi ſupplici confeſſioni ſi annuat Sūmus Pontifex, vel Sacra Congregatio, quos fructus Lucretur Canonicus &c.?*

13 *Verba reſcripti Summi Pontificis, vel Sacræ Congregationis quæ eſſe debeant pro fructuum acquiſitione, atquè ac ſi Canonicus eſſet præſens?*

14 *Diſpenſatus Clericus ſi eſt ſuper fructuum perceptione in abſentia, dè quibus fructibus intelligatur?*

15 *Tertia pars fructuum Canonicatus affecta remanet quotidianis diſtributionibus ad fauorem inſeruientium; itàut legentes in Eccleſia non lucrentur niſi pro illa die, quo legunt*

16 *Rector Eccleſiæ, vel Canonicus perſonalem habentes reſidentiam, ſi abſint, ad quam pœnam teneantur?*

17 *Eccleſiæ Rector, vel Canonicus ex cauſis vt in Sac. Concil. Trident. per tres menſes abeſſe poſſunt.*

18 *Et aſſignantur alij tres Menſes ſinè cauſa abſq; licentia ſui Prælati, ſi omnes Canonici non abſint, ſed ſinè diſtributionibus.*

19 *Animarum Curati abeſſe nequeunt abſque licentia Epiſcopi, aut Vicarij Generalis.*

20 *Parochi à tali denegata licentia an poſſint ad Superiorem appellare?*

21 *Trium menſium tempus præſcriptum à Sac. Concilio Tridentino fauore Canonicorum, & aliorum Beneficiatorum ex qua cauſa ſit præfixum?*

22 *Canonicus abſens per dictos tres menſes eſt exemptus à pœna, ſed non à diſtributionibus quotidianis, niſi redditus Canonicalis in illis ſolis diſtributionibus conſiſtat.*

23 *Non percipit tamen diſtributiones prò Miſſis, aut Defunctorum Anniuerſarijs.*

24 *An Epiſcopus poſſit facere edictum, & præcipere, ne Canonici, & Dignitates abeſſe poſſint ſinè eius licentia?*

25 *Vtrùm Canonicus, vel Beneficiatus lucretur quotidianas diſtributiones dum abſens è Choro ob iniuſtam Suſpenſionem à Diuinis, & iniuſtam carcerationem? & quomodò intelligatur iniuſta carceratio, & quomodò de Iure procedat?*

26 *Canonicus, qui non eſt in Sacris Ordinibus conſtitutus, quam diſtributionem, ſeù diſtributionis partem Iuridicè lucretur?*

27 *Et quid, ſi ſeruias Papæ?*

An, & quandò Papæ vigore Precum porrectarum à Canonico, ſiuè Beneficiato, qui in eis perſonalem reſidentiam fateatur, & gratiam exponat pro abſentia cauſa ſtudij, innotecat Canonicatus, vel Beneficij Status, eſſentia, & qualitas, & poſſit idem Canonicus, vel Beneficiatus frui, vel nè fructibus Beneficij, & peculiaritèr quotidianis diſtributionibus? Et quot menſes Canonicus, vel Beneficiatus quotannis habeat, vt à reſidentia Chori, vel Eccleſiæ vacare poſſit ſinè cauſa, & quot cum cauſa, abſque amiſſione, vel cum amiſſione fructuum, & diſtributionum quotidianarum.

QVÆSTIO VIII.

1 QVotidianæ Diſtributiones diffusè definiuntur a Moneta *in ſuo tract. dè Diſtribut. quotidian. quæſt. 1. & 2. & à Paſtor. dè Beneſic. & Cenſur. Eccleſiaſt. lib. 3. tit. 46. dè Vacat. Beneſic. & à Solier. lit. C. 5. Prouentus Canonicè.*

Et debentur ratione laboris, & operis
2 impenſi in Vinea Domini, nimirùm in Eccleſia, & tamquam merces dantur, *Zach. dè Salar.*

Salar. & merced. quaſt. 11. *num.* 12. *pag. mihi*
3 42. *in* 2. *Col. Rot. recent. par.* 7. *deciſ.* 309. *n.*
17. *& par.* 9. *tom.* 1. *deciſ.* 117. *num.* 3. *&*
Ric. in ſua Prax. Eccleſ. tom. 2. *tit. Prax. Fid.*
profeſsion. reſolut. 201. *num.* 1. *cum ſeqq.* & ſi-
gnanter *num.* 11. vbi pariter ampliat, licèt
Canonicus vel Beneficiatus non emiſiſſet fi-
dei profeſsionem ad formam Sacri Concilij
Tridentini.
4 Cum aſſignentur Diſtributiones ratione
Diuini Seruitij ſingulis quibuſcumquè die-
5 bus in Eccleſia præſtiti, non autem men-
ſtruę, vel hebdomadales aſsignantur, & ad-
ſcribuntur, licèt in finem anni differatur
exactio, *Text. in cap. vnico dè Cleric. non reſi-
dent. in* 6. *Antonel. de Regim. Eccleſ. Epiſcop.
lib.* 3. *tit. dè Benefic. Eccleſiaſt. cap.* 16. *n.* 14.
Vulp. in Prax. for. Eccleſiaſt. cap. 13. *n.* 3. *&* 9.
in fin. Rot. recent. p. 6. *deciſ.* 115. *n.* 23. *& p.*
10. *decis.* 135. *n.* 7.
6 Itaut dè quotidianis diſtributionibus ità
Clericus diſponere poſsit, ſicut dè Patrimo-
nialibus; cum huiuſmodi diſtributiones ac-
quiratur etiam quoad plenum dominium, &
ad libitum dè eis poteſt diſponere, & tran-
7 sferre ad quoſcumquè hæredes, *Rub. in An-
not. ad deciſ.* 576. *num.* 22. *&* 23. *& ſeqq. par.*
4. *recent. in* 3. *tom. dicta deciſ.* 117. *num.* 5. 6.
& 7. *& eadem parte nona tom.* 2. *deciſ.* 418.
num. 20. *&* 21. & redditur ratio, quia pa-
ria ſunt, quòd diſtributiones fuerint ſolu-
tæ, & quòd debuerint ſolui; nec citrà præ-
ſcriptionem negligentia ſeù difficultas exa-
ctionis abſtulit obligationem, *d. p.* 9. *eadem
deciſ.* 117. *n.* 6. *&* 7. *cum alijs etiam Supra al-
legatis*.
Quod limitandum venit in diſtributioni-
8 bus de Maſſa groſſa, quæ debitæ ſunt Cano-
nicis præſentibus, & ſeruitio intereſſenti-
bus; nam huiuſmodi diſtributiones antè di-
uiſionem non traſmittuntur ad Hæredes,
cum non ſint debitæ ſingularitèr, ſed capi-
9 tulo, & ſic ſucceſſori, cum ſuccedant loco
Præbendæ, ac vèrè dicuntur fructus Benè-
ficij, & dè illis ſicuti dè Præbendis iudicatur,
Rub. in præcitat. Annot. ad deciſ. 576. *n.* 28. *et
ſeqq.*
10 Prædictaq. exigendi quotidianas Diſtri-
butiones actio durat vſque ad annos trigin-
ta, *Monet. eodem tract. p.* 3. *quaſt.* 3. *n.* 18. *&
ſeqq. pag. mihi* 233. *& ſeq.* cum ex tanto tem-
pore Merces præſcribatur, *Zacch tract. dè
ſalar. & Merced. quaſt.* 105. *n.* 9. *&* 13.
Qua pròpter ſi Canonicus, vel Beneficia-
11 tus Clericus, cui permittitur cauſa ſtudij
abeſſe per quinquennium, *cap. Tua Frater-
nitati, & cap. cum ex eo de elect. in* 6. *& cap. fin.
de Magiſtr. & Paſtor. ibidem ſupra n.* 9. *pag. mi-
hi* 465. Preces porrigat Summo Pontifici, ſeù
Sacræ Congregationi, in quibus enarrando
12 fateatur habere Beneficium requirens per-
ſonalem reſidentiam, & cauſa ſtudij abeſſe
vellet, ſi Sanctitas ſua annuere dignetur,
13 tunc Beneficij fructibus fruitur, ſi dè illis
mentio fiat in precibus, & reſpèctiuè gratia,
14 nempe ſupplicetur, ſibi concedi fructuum
perceptionem in præfata requiſita abſen-
tia, æquè acſi eſſet præſens, & perſonalitèr
inſeruiret, & à Sanctitate ſua reſcribatur pro
fructuum perceptione, ac ſi præſens eſſet,
& perſonalitèr inſeruiret, *Cap: Vnico dè Cle-
ric. non reſidentibus in* 6. *cap. licèt, & ibi D. D.
notantes dè Præben. Optimè Marcheſan. dè Com-
miſſ. Tit. dè ſignat Grat. p.* 1. *cap.* 2. *& n.* 234.
& 235. & melius numeris ſeqq. vbi *n.* 239. ait,
quod iſte Clericus diſpenſatus ſuper fructu-
15 um perceptione in abſentia percipiet fru-
ctus Præbendæ dè Maſſa groſſa ſic dicta non
autèm quotidianas diſtributiones minutas
ratione perſonalis ſeruitutis, quibus Diſtri-
16 butionibus tertia pars fructuum Canonica-
tus ad fauorem Inſeruientium affecta rema-
net per dictum *cap. licèt, & Monet. in præcitat.
tract. p.* 2. *quaſt. X. n.* 21. *&* 22. *& ſignantèr n.*
23. *& ſeqq. & Antonell. ibidem ſupra eodem lib.*
3. *cap.* 16. *n.* 12. *Marcell. Vulp. in Prax Iudic.
cap.* 13. *n.* 2. *& ſeqq. & Paſtor. vbi ſupra n.* 11.
*in ſolter. lit. C. Verb. Abſens, & latè Ricc. in d.
Prax. ibidem ſupra n.* 5. 6. *&* 7. *pag. mihi* 130.
vbi n. 8. Subdit valdè notandum cum *n. ſeq.*
quod Docentes, vel Legentes in ſua Eccle-
ſia percipiunt fructus ſui Canonicatus, ſed
[illegible] diſtributiones quotidianas aſſignatas
Inſeruientibus non percipiunt, niſi in illa
die, qua docent, & legunt, & hoc ex Gra-
tia, nec paritèr dictas diſtributiones lucran-
tur illi, qui tempore, quo cantatur vna ho-
ra in Choro, Miſſam celebrant in eadem Ec-
cleſia ex deuotione, vel obligatione, niſi iuſ-
ſus fuerit, *Idem Ricc. ibidem ſupra n.* 9. *verſ.
tempore, & n. X.*
17 Rector igitur Eccleſiæ, vel Canonicus,
ſiuè alius Clericus, quibus præſcripta eſt
perſonalis ſuæ Eccleſiæ reſidentia, ſi ſinè
cauſa erunt abſentes, tenentur ad pœnam
præſcriptam à *Sac. Conc. Trident. ſeſſ.* 23. *cap.*
18 1. *dè Rectore Eccleſia non reſidere negligente*, &
ibidem dantur tres Menſes, vt Eccleſia-
rum Rectores ex cauſis ibi ſancitis abeſſe
poſsint.
19 Eiſdemq; alij tres menſes reſpectiuè con-
ceduntur, in quibus, etiam cauſis non exi-
ſtentibus, in quolibet anno Collegiatarum,
& Cathedralium Canonici, cæterique di-
gnij

gnitates habentes abſque alicuius Pœnæ
incurſu abeſse poterunt, vt clarè ex *eodem*
Sac. Concil. ſeſs. 24. cap. 12. §. Præterea, dè
Reformat. Antonell. eodem tract. dè Regim Ec-
cleſ. lib. 3. dè Benef. Eccleſ. cap. 12. num. 4.
vbi ſubdit, quòd nec teneatur licentiam ſui
Prælati poſcere, & *Paſtor. ibidem ſupra tit.*
46. num. 10. in fin. Dummodò tamen eo-
dem tempore, vt ex eodem Paſtor. ibidem
ſupra proximè, omnes Canonici non abſint,
vt Eccleſia ſuo non deſtituatur ſeruitio; cæ-
terùm in eiſdem tribus menſibus Canonici,
qui vt ſupra abeſse voluerint, Diſtributio-
nes prædictas Inſeruientibus Aſsignatas non
conſequntur, *Ricc. ibidem ſupra n. 10. & 11.*
20 Animarum autem Curati, cauſis exiſtentibus,
erunt obligati licentiam petere ab E-
piſcopo, ſeù Vicario Generali, & Sede va-
21 cante a Capitulo, quando ſibi interſit abeſ-
ſe, & ſi negetur, ad ſuperiorem liceat pro-
uocare, veluti à negata iuſtitia, *Paſtor. vbi*
ſupra, in præfat. Tit. 46. num. 10. pag. mihi
465. & ſeq.

Quod trium menſium tempus abſque vl-
22 la pœna, *vt in eodem cap. 12. §. Præterea,* aſ-
ſignatum eſt Canonicis, cæteriſque vt ſupra
Beneficiatis ob Commune bonum: ſicq; lex
edita in bonum Commune non ceſſat, ceſ-
ſante fine in quodam particulari, quia finis
legis non ſolum eſt ad requiem Capitula-
rium, ſed etiam nè ſint ita alligati, & con-
ſtricti, vt non poſsint abeſſe, vel vno tem-
poris puncto, quin multentur, vel ſoluere
cogantur, & propterea dictum trium men-
23 ſium tempus conceditur, vt poſsint Cano-
nici abeſſe à Choro abſque vlla pęna, vt poſt
Couarr. Sot. & alios firmat *Sanch. in ſuis Con-*
ſil. ſeù Opuſcul. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 104.
per tot. pag. mihi 203. Vulp. in toties citato cap.
13. num. 10. & 11. vbi, quòd ſi talis Cano-
nicus ſubtrahitur à pœna, non lucratur di-
ſtributiones quotidianas, quæ augentur In-
ſeruientibus, & concordat etiam *Paſtor. Vbi*
ſupra num. 11. pag. mihi 466. vbi declarat,
niſi redditus Canonicatus in illis ſolis diſtri-
butionibus conſiſtat; quia in hoc caſu lu-
cratur (ſtante abſentia cauſa ſtudij) etiam
dictas Diſtributiones quotidianas integrali-
liter ex ratione adducta per dictum *Paſtor.* &
inhæret *Antonell. ibidem ſupra, cap. 16. n. 13.*
24 vbi ſubdit, quod licet non poſsit vllo modo
percipere eas Diſtributiones, quæ Miſsis,
aut Defunctorum Anniuerſarijs ſunt appli-
catæ; poterit prædictas quotidianas Diſtri-
butiones integrè recipere, ſi prouentus Ca-
nonicalis conſiſtat vt ſupra in ſolis Diſtri-
butionibus; & videndus *Monet. d. tract. par.*
2. quæſt. 14. n. 22. cum ſeqq.

Aduertendum tamen, quòd Epiſcopus
25 ſuo poteſt edicto præcipere, nè Dignitates
obtinentes, & Canonici abeſse valeant ſine
eius licentia, & huic edicto parendum eſt,
Antonell. d. lib. 3. cap. 12. n. 4. circa fin.

26 Lucratur etiam Canonicus, & Beneficiatus,
dum abfuit a Choro ob iniuſtam ſuſpen-
ſionem à Diuinis, ſeù iniuſtam carceratio-
nem. *Bonac. in ſua Theolog. moral. tit. dè his,*
quæ ad Diuinum Officium in Chor. publice recit.
facien. etc. Diſput. 2. quæſt 5. punc. 2. §. 3. nu.
1. Cum ſeq. pag. mihi 659. Tom. 1. Monet. in
dict. Tract. part. 2. quæſt. 5. num. 80. cum ſeqq.
Vulp. in eadem Prax. cap. 13. num. 24. et 25.
& optimè ad propoſitum ratiocinatur *Bar-*
boſ. Tract. dè Canonic. et Dignitat. Cap. 24 nu.
42. vbi Subdit procedere dè Curato in eodē
Oppido ſi veniat abſoluendus, & ſi appareat
Sententia declaratoria iniuſtę ſuſpenſionis,
aut carcerationis.

Corollariè deniquè nota primo, quod Ca-
27 nonicus, qui non eſt in ſacris ordinibus con-
ſtitutus, medietatem tantùm Diſtributio-
num lucratur tam ex diſpoſitione Iuris com-
munis in *Clemen. 2. §. Illi verò, et ibi notant*
Gloſ. et D. D. de ætat. et qualitat quam *concil.*
Trident. ſeſſ. 22. cap. 4. ad fin. de Reformat et
Rot. in Valentina Diſtributionum Veneris 21:
Iunij 16.9 coram Recol mem. Pamphilio §. quod
Capitulum.

28 Nota 2. quòd Inſeruientes ipſimet Papę
licèt habeantur pro prętentibus non tamen
lucrantur Diſtributiones ob defectum inte-
reſſentię, niſi ſpeciali priuilegio fuerit alitèr
indultum, vt multis congeſtis D.D. *Rot coram*
R. P. D. Bichio deciſ. 567. num. 10. tom 2 Et
faciunt etiam ea quę refert. *Monet. in dicto*
tract. part. 1. quæſt. 4. num. 10. et ſeqq. & latè
part. 2. quæſt. 14. ferè per totam. Et eſt ratio,
quia huiuſmodi Diſtributiones ſingulis dié-
bus diſtribuuntur, & propriè non niſi Inte-
reſſentibus conceduntur *Priol. deciſ. 95. num.*
17. et 18. et Manzaned. deciſ. 780. num. 3. et
recent. part. 16. deciſ. 224. num. 5. et 6.

Quo peculiari non exiſtente Indulto Sa-
cra Congregatio Concilij Tridentini infra-
ſcripto ſupplici Libello aſseruato in Archi-
uio inſignis Collegiatæ S. Michaelis Arcan-
geli Meuaniæ reſpondit prout infrà. Foris
eſt = Alla Sagra Congregatione del Conci-
lio. Per il Priore, e Canonici della Chieſa
Collegiata di S. Michel Arcangelo di Bena-
gna Dioceſe di Spoleto. Intus verò: Emi-
nentiſs. e Reuerendiſs. Signori. Pretendo-
no Antonio, e Giuſeppe Balleotti de Buſ-
chi Canonici Giubilati della Chieſa Colle-

giata

giata di S. Michel Arcangelo di Beuagna Dioceſe di Spoleto participare delle Puntature, che ſi danno all'altri Canonici interuenienti. E perche pare duro, che quelli, che non ſeruono al Coro, godino l'vtile delle puntature dell'altri. Per tant'il Priore, e Canonici della medema Chieſa Collegiata deuotiſsimi Oratori dell'E. E. V. V. humilmente le ſupplicano degnarſi decidere, s'il Canonico Giubilato poſsa participare delle puntature, che ſi danno alli Canonici interuenienti, acciò per l'auenire non reſti acceſa queſta diſsentione, che della Gratia &c.

Die 2. Maij 1693. Sacra Congregatio Eminentiſsimorum Cardinalium Concil. Trident. Interpretum cenſuit dandum eſse Decretum editum ſub die 5. Martij 1678. in Romana Diſtributionum tenoris ſequentis.

Suppoſita Iubilatione conceſsa per S. M. Clem. X. Franciſco Columnæ Canonic. Baſilicæ S. Ioannis in Laterano. Quæritur primò an Oratori, quamuis non interueniat, debeantur Communia? Secundò, an Emolumenta Proceſsionum? Tertiò, an Ceræ Anniuerſariorum, vltrà ea, quæ ſunt nominatim expreſsa. Quartò, an portio puntaturarum, ſeu Fallentiarum non interuenientium?

Eadem Sacra Congregatio ad primum, ſecundum, & tertium affirmatiuè reſpondit.

Galeatius Cardinalis Mareſcottus Propræfectus &c.

Gratis etiam quoad Secretariam.

Loco ✠ Sigilli.

SVMMARIVM.

1 *In Precibus emiſſa Confeſſio probat.*

2 *Sed verius contrarium, quia ad vnum finem non operatur ad alium.*

3 *Parochiani ſi confiteantur in precibus Epiſcopo datis, Parochialem Eccleſiam ruinam minari, ſeù eſſe collapſam non operatur contra ipſos Parochianos, vt vigore huius ſolummodò confeſſionis teneantur ad reſtaurationem, ſiue Eccleſiæ reparationem*

4 *Parochus de qua fructuum parte teneatur Parochialem Eccleſiam reparare?*

5 *Quartam partem et etiam vltra debet impendere Parochus pro reparanda Eccleſia collapſa, vel collabenda, et dicto n. 4*

6 *Confeſſio prædicta in Precibus emiſſa non afficit Parochum, niſi prius recognoſcantur fructus, et prouentus Eccleſiæ, ad quam ſummam aſcendant.*

7 *Fructus, Redditus, et Prouentus Eccleſiæ debent excedere ducatos centum detractis annuis collectis, et oneribus*

8 *Ducatos centum, et vltra ſi Eccleſiæ Reditus non excedant, non Parocus, ſed Parochiani ad Eccleſiæ reparationem, et reaptationem tenentur, imò et ad Domorum Eccleſiæ annexarum reparationem cogi poſſunt.*

9 *Epiſcopus, ſeù Ordinarius ſeruare tenetur Tridentini Concilij Taxam pro Parochi Suſtentatione.*

10 *Epiſcopus tenetur habere rationem ad honeſtam Rectoris ſuſtentationem, et an exceſſus Ducatorum, ſeù ſcutorum Centum ſit ſemper tribuendus Parocho? multæ adducuntur circumſpectiones.*

11 *Calculatio ſcutorum centum quomodò veniat facienda, et quod tempus ſit obſeruandum: et an tempus fertile, cum ſterili ſit computandum, et affertur cum declarationibus finis Tridentini cum declarationibus pro dicta Taxa.*

12 *Parochiani tenentur ad reparandam vt ſupra Eccleſiam quamquam ſint Exempti, appellatione etiam remota*

13 *Parochiani nequeunt recedere à Cura pro euitanda Eccleſiæ, et Domorum reparatione, et de intelligentia Conſtitutionis B. Pij Papæ V.*

Vtrùm, in Precibus datis Epiſcopo Parochiani ſi fateantur Eccleſiam Parochialem collapſam, vel ruinas minantem, ex huiuſmodi ſola Confeſsione Epiſcopus poſsit eodem tempore cogere ſupplicantes Parochianos, & Parochum reſpectiuè ad reparandam Eccleſiam collapſam, ſeù Ruinas pateſacientem?

QVÆSTIO IX.

ADuerſus Confitentem in Precibus
1 emiſſam Confeſsionem probare dixi
in 1. *Tom de Confeſsion. lib. 2. quæſt. 1. nu. 17. et ſeqq.* Et ſuper addo *S. Mem. Innocen. X. Pamphil deciſ. 225. num. 1. et 6. et deciſ 438. num. 3. et 4.*

Sed ad trutinam caſu, dè quo agitur, re-
2 dacto, contra neuteam partem confeſsionem
prædictam probare diſſerui *in eodem prima Tom. lib 1. quæſt. 7. effect. 5. num. 63. de Confeſs. et alibi in lib. 2. et latius in ſequenti quæſtione.*

Et quòd talis Confeſsio minimè probet
3 contra Parochianos, qui porrexerunt Preces, liquet ex ratione luculenter adducta in ſequenti quæſtione: ex eo, quòd facta confeſsione ad vnum finem, ſcilicet vt Parochus reſtauret Eccleſiam minantem ruinam, vel collapſam, non operatur ad diuerſum finem per confitentes Parochianos in mente non habitum. Siquidèm Parochianorum finis fuit, vt Parochus repararet, ac reſtauraret
4 Eccleſiam Collabentem, vel collapſam, ad quòd Parochus tenetur dè fructibus, & Prouentibus eiuſdem Eccleſiæ pro rata quartæ portionis deſtinatæ a Sacris Canonibus, *in cap. Vobis enim 23. et in cap. Conceſsio 26 cum quatuor cap. ſeqq Cauſ. 12 quæſt 2. Redoan. dè reb Eccleſ. non alien. quæſt. 57 cap. 5. num. 6. et ſeqq. et Nauar. in Apolog. dè Redit Eccleſ. ferè per tot. diſcurſ. Marc. Anton. Marſil. Colum. Tractat. dè Eccleſia redit. Orig. et Iur. et Sacr. Concil Tridens ſeſs. 21. de Reformat cap. 7. in V. Parochiales verò, Antonell dè Regim. Eccleſ. Epiſcop lib. 1. cap. 2. §. 3. num. 14. pag. mihi 18. in princ. Cal. Bich. deciſ 48. num 22. et par. 3. recent. deciſ. 454. num. 10. et ſeqq. & eadem par. 3. deciſ. 545. num. 1.* vbi ſubdit,
5 teneri Parochum etiam vltra quartam partem redditu um, ſi quarta pars non ſufficiat. Sed verior eſt ſententia poſtmodùm à Iure Canonico ſancita, quòd Parochus dè redditibus, qui ſuperſunt pro ipſius ſuſtentatione tenetur ad Eccleſiæ collapſæ, vel collabendæ reſtaurationem per *Text. in cap. de his 4. dè Eccleſ. ædifican. vel reparan.* Alias tenentur Parochiani, qui in eadem Eccleſia Sacramenta recipiunt, ùt in dicto *cap. dè his, it Ricc. in ſua Aurea Prax. for.* Eccleſiaſt. Tom. 2. *tit.* Prax. *Authorit. Archiep. reſolut. 24. num. 5. et 6. pag. mihi 17. et Collect. 2350. verſ. 3. limitatur, et in deciſ.* Cur. *Archiep. Neapol. part. 4. deciſ 21 num. primo, et ſeqq. et deciſ. 293. per tot. vbi num. 7. cum ſeqq.* redditur ratio, ne aliàs Parochus cogatur deſeruire ſine alimentis: quia Parochus viuere debet dè Patrimonio Ieſu Chriſti, cuius obſequio deputatur *cap. cum ſecundum dè* Præben.

Conſequenter minùs huiuſmodi operatur
6 confeſſio aduersùs Parochum, quia prius eſt dè neceſſè, vt conſtet, quòd fructus, & red-
7 ditus Eccleſię excedant fructus ducatorum centum taxatorum, & deſtinatorum pro Parochi ſuſtẽtationę, detractis annuis collectis, & oneribus, *Trident Concil. ſeſſ. 24. Cap. 13. in verſ. Ad hæc pag mihi 244. dè Reformat.* quo
8 non conſtito, non Parochus, ſed Parochiani ad talem reparationem, & reſtaurationem tenentur non ſolum Eccleſię, ſed Domorum Eccleſię annexarum pro congrua parochi habitatione; & tùnc huiuſmodi Cōfeſſio ex eiſdem Precibus (etiam aliundè ſatis probata deficientia fructuum, & redditu um Rectoris) ex diametro retorquetur contra eoſdem Parochianos, vt ipſi cogantur ad reparationem, & Eccleſię reſtaurationem, iuxta *Concil. Trident. ſeſſ. 21. cap. 7. Iacob. Fontanell. in ſuis reſolut. Canon. de Iur.* Patron. *lib. 5 quæſt. 14. et 15. num 1. et ſeqq Thomat. deciſ march. 5.* Tom. 1. *Rot. recent. parte 3. decis 545. num. 1. in fin. et parte. 4. tom. 1. deciſ. 561. num. 2.* & eruditiſſime *Sperel. in ſuis deciſ. for. Eccleſ. part. 1. deciſ. 67. num. 7. in V. et hoc quidem caſu, cum ſeqq. deciſ. 68. vbi num. 4. in puncto* reſtaurationis Domus Rectoris, & *nu. 18. Verſ. cæterum,* Subdit ibi = Cęterum neceſſaria ad Parochi ſuſtentationem taxata fuerunt à ſacro Concilio Tridentino, vt ibidèm ſupra in ſcutis centum liberis; & ideò
9 puto, Ordinarium poſse, & deberè, ſe cum dicto decreto conformare = Et ad propoſitum, & magiſtealiter reſpondendo cōtrariis fuit deciſum à *Sac. Rot. Rom. recent. part. 19. deciſ 1. Coram. R. P. D. Æmerix. Vallisoletana congrua Luna 11. Ianuarij 1677. et pariter Paſtor. dè Dom. temporal: Eccleſ. acquirend. et Conſeruand. tit. dè Eccleſ. ædifican. reparan. et* conſe-

Digitized by Google

conſecran. lib. 1. *n.* 8. *et ſeq. pag. mihi* 5. *et* 6. ad propoſitum etiam videndus eſt *Antonel. in D. ſuo egregio Tract. de Regim. Eccleſ. lib.* 1. *tit. de Cult. et Priuileg. Eccleſ. cap.* 2 § 4. *n.* 23. pa-
30 riter ibi = Quod ſi fructus Eccleſiæ Parochialis non excederent ſummam centum ducatorum, non eſt grauandus Rector pro reparatione Eccleſiæ, ſed tunc ad omnia compellendi ſunt Parochiani, quià hanc ſummam videtur præſcripſiſſe Concilium ad honeſtam Rectoris Suſtentationem: imò vlterius ſubdit, non ſemper condemnandum eſſe Rectorem ad totam illam quantitatem, quæ dictam ſummam ducatorum Centum excedat, ſed arbitrio boni viri, quia non eſt ità dicta ſumma perſtringenda, quin etiam pro qualitate loci, & perſonæ maiores reditus Parocho debeantur. Calculari etiam debent huiuſmodi Ducati eo modo, quo valor Beneficiorum æſtimari conſueuit, vt videlicet
31 à quinquennio proximè elapſo annus ſterilis cum fertili computetur, deductis expenſis, & oneribus, *vt ibidem etiam n.* 24 = Non obſtat quod idem *Sac. Concil. ſeſſ.* 24. *cap.* 13. verbaliter loquatur in penſionibus, & reſeruationibus: quià aduertenda eſt cauſa, & finis legis *ad l. ſcire leges ff. dè leg.* quià finis per d. Concilium fuit dare congruam vitæ ſuſtẽtationem Parocho, ſicq; ratio eadem vbi militat, ibi etiam eadem Iuris diſpoſitio procedit; Nam vnica ratio plures caſus decidit, & determinat, *l. illud ff. ad leg. Aquil. et Rot. recent. p.* 19. *deciſ.* 18. *n.* 9. *et* 165. *n.* 12.

Ita vt huiuſmodi procedant, quamquam
32 Parochiani ſint exempti, quià cum hoc ſit opus Diuinum, & publicam reſpiciant vtilitatem, tenentur ad reparationem appellatione remota: Ità & taliter, quòd non poſſint cedere vſui Parochiæ, & recedere ab ea
33 ad euitandum onus reparationis, vt idem *Fontanel. in præcitat. quæſt.* 15. *n.* 4. *& ſeqq. vbi n.* 7. etiam ampliat contra Parochianos in terminis reparationis, & reſtaurationis Domorum Parochialium.

Deniquè ad nihilum releuat, quod Conſtitutio B. Pij V. taxet congruam in ſcutis quinquaginta: quia illa loquitur dè Congrua Vicarij, vt optimè *ead. deciſ.* 1. *n.* 15. *Coram Emerix p.* 19. *recent.*

SVMMARIVM.

1 *Non agit Emptor contra Venditorem, ſiuè Hæredem, de euictione, niſi fiat denunciatio.*
2 *Ex denunciatione moleſtiarum cum inſertione libelli illius, qui infert moleſtias, videntur confeſſa omnia in ipſo moleſtantis libello contenta.*
3 *Qui vult conſequens, vult omne neceſſarium antecedens ad illud conſequens.*
4 *Denuncians moleſtias ſuo Authori finem ſolum habet ipſum Authorem ſolummodo certiorandi dè moleſtijs, & vt in ſe aſſumat, & defendat, non autem fatendi ea, quæ enarrantur in libello à moleſtante.*
5 *Amplia etiamſi in tali denunciatione per extenſum inſertus ſit libellus moleſtantis.*
6 *Denunciantis moleſtias Confeſſio reſtricta ad finem denunciationis moleſtiarum ad contrarium non operatur.*
7 *Vnus effectus non operatur ad diuerſum, & inopinatum finem.*
8 *Confeſſio præiudicat quoad Perſonam interrogantis, non quoad alios.*
9 *Finis regulat omnem diſpoſitionem licèt ſit vltimus executione, cum ſit primus intentione.*
10 *Intentione omnes actus humani regulantur.*

Vtrum denunciatio moleſtiarum facta ab Emptore Venditori, ſiuè eius Hæredi inducat confeſsionem omnium in libello enarratorum à moleſtante, ſiuè ſolummodò expreſſorum à Denunciante?

QVÆSTIO X.

1 VT dè euictione agi legitimè poſsit ab Emptore contra Venditorem, lis priùs denuncianda, ſeù intimanda venit ipſi Venditori, vel eius Hæredi; quæ moleſtiarum intimatio, ſeù denunciatio ſi non fuerit expreſſe executa dè euictione agi nequit, *l. ſi vnquam in fin. ff. de Euict. l. Emptor. l. ſi Controuerſia, C. de Euict. Mangil. tract. de Euict. quæſt.* 3. *num.* 1. *cum ſeqq. Burgund. in ſimili tract. dè Euict. cap.* 55 *num.* 1. *& cap.* 59. *nu.* 1. *ferè vſque ad fin. Rot. recent. par.* 1. *deciſ.* 564. *num.* 5. *&* 589. *num* 6. *Cerr. deciſ.* 31 t. *num.* 1. *tom.* 1.

Ex qua moleſtiarum denunciatione cum
2 inſertione Libelli illius, qui infert moleſtias, videantur confeſſa etiam omnia in ipſo Li-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

bello moleſtantis contenta: nàm ex trita Iu-
3 ris regula, qui vult conſequens, vult omne antecedens neceſſarium ad illud conſequẽs, *l. ad rem mobilem cum pluribus alijs congeſtis à Barboſ. in ſuis Axiomat. V.* Conſequens.

Nihilominùs in caſu, dè quo agitur cum
4 moleſtias Denuncians ſuo Authori habuerit ſolummodò finem intimandi moleſtias, vt aſsumeret Author in ſe Litem, & cauſam pro repromiſsa defenſione, & liberatione à quibuſuis moleſtijs: non autem fatendi ea, quæ enarrantur in ſuo Libello à mole-
5 ſtante, conſequenter licet inſertus ſit in eadem moleſtiarum denunciatione Libellus moleſtantis, ex hoc non reſultat confeſsio enarratorum à moleſtante, ſed dumtaxat vt moleſtiæ à Venditore ſiuè ab illius Hærede in ſe aſsumantur: ſicquè nil reſultat approbationis, quæ poſsit à moleſtante eius fundari intentio contentorum ſcilicèt in Libello moleſtantis, ſed ſolummodo ſuper moleſtijs illatis, quæ denunciantur cum ſuo explicito fine exemptionis à moleſtijs.

Et eſt baſua is ratio, quòd confeſsio reſtri-
6 cta ad finem intimandi moleſtias, & ſic ad vnum effectum contrarium, non debet operari pro fundamento Aduerſarij moleſtias inferentis, *Card. Celſ. deciſ.* 183. *num.* 14. *et* 191. *num.* 11. *Manzaned deciſ.* 343. *num.* 6. *et deciſ.* 900. *num.* 9. *et dixi primus in tract. de Confeſſ. lib.* 1. *quæſt.* 7. *effect.* 5. *num.* 63. *et lib.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 33. *et alibi tom.* 1. *et Rot. recent. par.* 19. *deciſ.* 202. *num.* 16. *et à num.* 17. *vſq.*
7 *ad* 19. ſubdit, quòd non operetur diuerſum, & inopinatum effectum,

Sic igitur optimo Sceuola Iuris C. noſter *in l. fin. ff. de interrogat. action.* Sanciuit, quod Confeſsio præiudicat quoad Perſonam Interrogantis, non autem quoad alios, & Cõmuniter concordant D D. ibi ſcribentes. Nam finis regulat omnem diſpoſitionem, &
9 licet ſit vltimus exequtione, tamen eſt primus intentione, *Vermigl. conſ.* 186. *num.* 2. *et* 3. cum qua intentione, & fine omnes hu-
10 mani actus regulantur. Et Deus eoſdem reſpicit actus iuxta Agentium intentionem, vt eruditiſsimè exemplificat, *Theat. Vit. Human. tom.* 4. *lit. I. V. Intentio. ſignanter lit.* C. *&* D.

SVMMARIVM.

1 *Author laudatus quomodò veniat pro defenſione rei conuenti admittendus? & qua Cauthela ſint ſeruandæ, ne detur Iudicij innouatio?*

2 *Author laudatus vt Cauthelatiuè etiam poſsit admitti ad cauſam, quid prius docere debeat?*

3 *Author laudatus ſi afferat, & confiteatur habere intereſſe in cauſa, an eidem ſit, vel ne credendum per ſuam meram confeſsionem, & iuratam aſſertiuam? & an dum requiritur alia probatio vltrà ſuam aſſertiuam confeſsionem debeat eſſe plena, ſemiplena, vel appareat?*

4 *Author laudatus veniens ad cauſam tamquam principalis, an plenè, & concludenter aliunde, quàm ex eius Confeſsione, & aſſertiuae ſit intereſſe probandum?*

5 *Actor an teneatur Authorem laudatum, & in Iudicio cauthelatiuè admiſſum in ſingulis actibus citare? & dantur rationes.*

6 *Sententia, quando citatur, ſeu venit Author laudatus, contrà quem fauore Actoris veniat concipienda, & promulganda?*

7 *Author laudatus tamquam Procurator in rem ſuam ſi fuerit in cauſa admiſſus, quæ facultates ſibi dè Iure competant?*

8 *Author laudatus ſi cum promiſsione, ſeù cautione ſpondeat, vel rem, ſuper qua ſit iudicium, reſtituere, etiamſi non poſsideat, an ſit includendus in ſententia?*

9 *Author laudatus per exceptiones opponendas, vel quas dè Iure opponere poſsit, quid conſequatur; vel nè?*

10 *Author laudatus, ſiuè tertius pro ſuo intereſſe veniens ad cauſam, an poſsit, vel ne appellare? diſtinguitur materia.*

Intereſſe venientis ad cauſam pro defenſione Rei conuenti an probetur ex aſſertione, & confeſsione ipſius Interuenientis? ſeù quomodo, & qualiter huiuſmodi intereſſe probatum reſultet, vt veniens ad cauſam tamquam Author laudatus dicatur legitimus contradictor, & admiſsibilis ad cauſam, vel non? multa alia ad huiuſmodi materiam concernentia &c.

QVÆSTIO XI.

1 MAteria, quam quotidianam aggredior, venit in præcedentis Quæſtionis conſequentiam; & dum Venditor, ſeù Au-

Author laudatus accedit ad cauſam pro de-
fenſione Rei conuenti, vt ſimplex defenſor
Rei admittitur ad cauſam in ſtatu, & termi-
nis, in quibus ipſa cauſa reperitur tempore,
quo ad Iudicium venit: Proteſtatione ta-
men emiſsa ab Actore, quòd per compari-
tionem Venditoris, ſeù laudati Authoris
non intendit idem Actor aliquid innouare,
nec mutare Iudicium, neque perſonam, mi-
nuſuè recedere a perſona poſseſsionis, &
Rei conuenti: & eſt ratio, quia non cogitur
Actor cum Venditore litem ſuſtinere, ſeù
illum animo nouandi recipere, *Honded. Conſ.
25. num. 7. & 12. & per tot. Vol. 1. Scacc. dè
Appellat. quaſt. 17. limit. 6. Memb. 4. num. 49.
verſ. & licet, pag. mihi 351. Scapuc. de Saluian.
Interdict. lib. 1. quaſt. 23. per tot. & ibi Adden.
Mangil. de Euict. quaſt. 7. nu. 8. 9. & 10. Gra-
tian. deciſ. Marcb. 149. nu. 6. Ridolf. in Prax.
A. C. par. 2. cap. 4. num. 91. vſq. ad 135.*
2 Imò debet Author laudatus prius docere dè
ſuo prætenſo intereſſe, quoad cauſam, pro
quà venire ſupponit, quod Intereſſe ex ſua
3 mera aſſertiua, & confeſsione etiam iurata
probari aſſeuerat, *Chartar. deciſ. Genuen. 47.
num. 7. & 8.* At dum agitur dè non modico
præiudicio, tale iuramentum, ſeù confeſ-
ſionem ſolummodo iuratam, ait, non ſuffi-
cere, *dicta deciſ. 47. num. 8.* Cæterum alia
requiritur probatio non plena, ſed apparens,
& concordat *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 26.
num. 2. par. 2.* Vbi etiam per vnicum Te-
ſtem, & per aliquam aliam ſemiplenam pro-
bationem aliunde ſumendam, quam ex Au-
thoris laudati aſsertiua. Veruntamen, *Ri-
dolf. ibid. suprà num. 113. 114. & 121.* tenet
Intereſse huiuſmodi probari ſemiplenè, ap-
parentèr, & qualitercumquè, ſiue coloratè,
vt concordando cum prędictis à Ridolphino
relatis ſanciuit *Rot. coram Recol. mem. Merlino
deciſ. 602. & deciſ. 760. ac Pamphil. deciſ. 192.
num. 4. & 5. & ibi Annot. num. 10. & Rot.
recent. par. 19. deciſ. 398. num. 3. & ſeqq.*
Veruntamen ſi veniret ad cauſam laudatus
4 Author tamquàm principalis tùnc plene, &
concludenter aliundè, quàm ex dicta confeſ-
ſione, ſeù ſemiplenis probationibus reſpe-
ctiue tale intereſse eſt verificandum, *dicta
deciſ. 192. in Annot. num. 11.* quià in hoc ca-
ſu dicitur procedi in figura Iudici, vt benè
animaduertit, *Marc. Angel. Leon. dè Praparat.
Iudic. part. 1. Praparat. 11. num. 14 cum ſeqq.*
& videndus late dè hac materia *ibidem num.
43. cum pluribus ſeqq.* vbi dantur nonnullæ
declarationes, & limitationes ad propoſi-
tum.
Menti igitur tenendum eſt, ſicuti vt ſu-
5 pra dixi de admiſsione Authoris laudati,
quòd Actor laudatum Authorem vt ſupra
in Iudicio admiſsum non teneatur in ſingu-
lis actibus citare; aliàs vitiaretur proteſta-
tio deſuper enunciata, & quaſi inſurgeret
nouatio, *Scapucc. in pracitato loco num. 5.*
Quapropter Iure merito *Mangil. eadem quaſt.
17. num. 10.* ſi mat, quòd ſententia in cau-
ſa proferenda vllo pacto non ſit formanda in
perſona dicti Authoris, ſeù defenſoris, at
Emptoris Rei conuenti: cum multum inter-
ſit proſequi Iudicium cum poſſeſſore, qui
poteſt condemnari ad reſtitutionē rei; quæ
ratio ceſſat in Authore laudato, cum ſolum-
modò teneatur ad æſtimationem, *Scapucc.
pracitat. num. 5. verſ. vlterius.*
Quod non procederet, dum Venditor,
7 ſeù Author laudatus tamquàm Procurator
in rem ſuam pro ſuo intereſse animo no-
uandi Iudicium, & liberandi emptorem
comparet, proinde ac ſi poſsideret, & cum
8 promiſsione, ſeù cautione ſub pœna reſti-
tuendi rem; licèt non poſsideat, *Honded.
eodem Conſ. 25. num. 8. Scapuc. vbi ſupra n. 3.*
Cæterum *Mangil. vbi ſupra num. 5. in fin.*
9 ait, quòd poterit Venditor ſic comparens,
prout Procurator in rem ſuam, & pro ſuo
Intereſse ex perſona propria exceptiones
opponere, non autem comparere animo no-
uandi, & liberandi Emptorem ab inſtantia,
& Iudicio inuito Actore. Et eſt ratio, quià
Author laudatus, ſeù tertius veniens ad cau-
ſam, ſi non poſsidet, nequit retardare inter
litigantes cauſæ expeditionem, *Rot. recent.
par. 19. deciſ. 278. num. 9. & 10.*
Poterit tamen idem Tertius appellare
10 pro ſuo Intereſse, non tantum vero, & cer-
to, ſed etiam propter quale quale pręiudiciũ
etiam leue: dummodo dictus Tertius prin-
cipaliter veniat ad Iudicium, quamquam
ſententia lata contra Reum conuentum trã-
ſitum fecerit in Iudicatum; ſiquidem nec ex
natura cauſæ, nec ratione ſcientiæ dicta ſen-
tentia præfato Tertio principaliter venien-
ti nocet, *Scacc. dè Appellat. quaſt. 5. art. 1.
num. 71. & 73. pag mihi 39. Honded. Conſ.
25. num. 21. & 22. & 23. & 27. Vol. 1. Gra-
tian. deciſ. Marcb. 149. num. 1. & 2.* vbi ait,
quod à die ſcientiæ currit tempus ad appel-
landum, & videndus dictus *Scacc. pracitat.
quaſt. 12. num. 62. & ſeqq. & idem Scacc. cum
Superius pracitat. D. D.* quoad alias intelli-
gentias, & limitationes concernentes hu-
iuſmodi materiam adeundi ſunt, prout me-
lius Lectori expediet.

SVM-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SVMMARIVM.

1 *Venditoris Confeſsio ſuper pecunia manualiter habita, & exſoluta Creditoribus ipſius Venditoris Anterioribus an faciat ſuccedere Emptorem in locum dictorum Creditorum anteriorum?*

2 *Quid ſi fuerit conuentum anterioribus Creditoribus exſoluendi?*

3 *An ſine ceſsione poſsit Emptor agere, vel ſolummodo excipere, & retinere, dum pecunia ipſius fuerit à Venditore ſoluta Creditoribus anterioribus?*

4 *Accollans in ſe Cenſum, & extinguens etiam cum Iurium ceſsione, an poſsit agere per ſubintrationem in locum Creditorum anteriorum Venditoris? vel ſaltem ſit conceſſa exceptio, vel retentio? & redditur efficaciſsima ratio.*

5 *In pari & æquali Hypotheca quomodo, & quando poſsidens præferatur?*

6 *In pari cauſa regula eſt, quod melior ſit conditio poſsidentis.*

7 *Pecunia Emptoris exburſata Creditoribus anterioribus vel ſaltem ex pacto, & conuentione quid operetur fauore exburſantis?*

8 *Solutio facta immediatè Venditori ab Emptore abſque vllo pacto, quos effectus pariat pro, vel contra Emptorem & an ſaltem Emptor acquirat Ius retinendi, vel nè?*

9 *Emptor ſoluens libere Venditori, vel Creditoribus in vna parte anterioribus, & in alia Poſterioribus, pro illa parte Poſteriorum tenetur, aut pati immiſsionem in Saluiano Indicto, aut ſoluere ad impediendam immiſsionem.*

Vtrum Emptor, liberam tradendo Venditori pecuniam, quamet pecunia Venditor ſatisfaciſse fateatur ſuis Creditoribus anterioribus, ſuccedat in locum ipſorum Creditorum per viam actionis, vel exceptionis?

QVÆSTIO XII.

DVm liberam Emptor pecuniam Ven-
1 ditori tradidit tamquàm rei emptæ
præcium, & Venditor poſtmodum ſuis fateatur exſoluiſſe creditoribus anterioribus, indubitatum eſt, quòd in locum ipſorum Creditorum non ſuccedit Emptor per viam actionis, nec per viam retentionis, quià Venditor ſoluiſſe non dicitur dè aliena pecunia, ſed dè propria, *Rot. coram recol. mem. Card. Cerro poſt Merlin. dè Pignor. deciſ. 93. num. 12. & ſeqq. & recent. par. 18. dec. 286. num. 1. cum ſeqq.*

Ab hac tamen Regula receditur, ſi fuerit
2 conuentum dè ſoluendo Anterioribus Cre-
dituribus, eiſque fuerit reuera ſolutum; quia
3 licet ſine ceſsione nequeat Emptor agere:
poterit tamen excipere, & retinere, *l. ſi Potiores 3. C. dè his, qui in Prior. Credit. loc ſucced. Poſt. reſolut. 2. n. 43. & ſeqq. Antonin. dè Amat. reſolut. 7. num. 42. & ſeqq. & 48. Coccin. deciſ. 359. num. 2. & ſeq. Tom. 1. Burat. deciſ. 420. num. 3. Rot. poſt Zacch. dè Obligat. Cam. deciſ. 187. num. 17. & 20. Rot. recent. par. 14. deciſ. 259. num. 7. & 8. & par. 17. deciſ. 53. num. 5. & deciſ. 321. num. 11. & Alex. VIII. prius Octob. deciſ. 129. num. 15.*

Et hanc ſolummodò exceptionem, & re-
4 tentionem habebit etiam is, qui in ſe ac-
collauit, & extinxit cenſum etiam cum Iurium Ceſsione, *Rot. d. deciſ. 286. num. 4. 5. & 6. recent. par. 18. tom. 1.* Et eſt ratio, quia Redimens Cenſum ex pecunia fundi empti, non poteſt contra Venditorem fundi acquirere iurium ceſsionem translatiuè, taliſquè ceſsio etiam reportata eſt nulla, tantumque valet ad effectum excipiendi contra Creditores Venditoris, *Poſt. Reſolut. 16. num. 40. cum ſeqq. Gregor XV. deciſ. 68. num. 5. & ſequitur etiam Rot. poſt Cenc. de Cenſib. deciſ. 559. num. 18. & ſeqq.*

Prò qua retentione in pari, ſeù æquali
5 hypotheca etiam reſpectu temporis præfer-
tur poſsidens, *Poſt. d. reſolut. 2. num. 44.* vbi
6 reddit rationem, quia in ſimili concurſu me-
lior eſt conditio illius, qui poſsidet.

Sed aduerte, quod prædicta omnia ingenuè intelligenda ſunt, ſi ſolutio facta fuerit
ipſis Creditoribus anterioribus, vel ſaltem
7 ex pacto, & conuentione ſoluentis Empto-
ris ad anteriores Creditores pecunia ex venditione redacta peruenerit; ſecus, ſi ſolutio
8 facta ſit immediatè Venditori, & abſque vl-
lo pacto exburſandi anterioribus Creditoribus; quia tunc (licet pretium receptum conuertatur in extinctionem Creditorum Anteriorum) non quæritur Ius Emptori etiam ad effectum retinendi, *Rot. coram recol. mem. R. P. D. Albergato in Bononien. Saluiani Veneris 6 Februar. 1665. impreſ. poſt Additam. Ole. dè Iur. ceſsion. in ordine deciſ. 65. à num. 2. vſq. ad 4 vbi num. 5.* ſubdit, quòd Emptor ſol-
9 uens libere Venditori, vel Creditoribus in
vna parte Anterioribus, & in alia Poſterioribus, pro illa parte poſteriorum teneatur, aut pati immiſsionē in Saluiano, aut ſoluere,

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Prædium venditum, ſed confeſſum non menſuratum, ſi conuentum ſit dè menſura, intra quod tempus ſit menſurandum?*
2 *Quid, ſi actum non ſit dè menſura?*
Quod tempus ad menſurandum conceditur?
3 *Menſura quarè nullo tēporis curſu præſcribatur?*
4 *Actio menſuræ petēda intrà triginta annos præſcribitur, & quarè?*
5 *Limita, ſi fuerit ad menſurandum initum pactum: quià expirat actio, expirante tempore.*
6 *Sublimita exiſtente pacto dè ſempèr attendenda &c. contenta in inſtrumento.*
7 *Terræ non obſtante quantitate expreſſa ſi Partes ſe retulerunt ad menſuram eſt potius attendenda menſura, quàm expreſſa quantitas.*
8 *Dictio in circa excludit certam, & determinatam quantitatem; & quomodò veniat interpretanda? & Iudicis arbitrium an aliquid operetur?*
9 *Menſura quomodò eſt intelligenda?*

In Venditionis Inſtrumento, ſi contrahentes confiteantur Prędium venditū non fuiſſe menſuratum, at paciſcantur menſurari: vel nil actum ſit dè menſura, per quod temporis curſum Emptori, ſeù illius Hęredi competat Ius menſurandi, vel non?

* * *

QVÆSTIO XIII.

1 VEnditur Prędium, ſed Contrahentes immenſuratum confitentur: conueniunt tamèn nullo per pactum prędixo termino dè faciendo menſuram, quę infra ſexaginta dies in Iure conſtitutos exequenda eſt; quibus ſexaginta diebus elapſis, non eſt amplius Locus petitæ menſuræ reintegrationi:
2 Verùm ſi nil ſit actum dè menſura facienda; peti poteſt, vt fiat infrà triginta annos, *Text. in l. Quod ſi nolit, §. ſi quid ità ff. dè Ædilit. edicto, Borgnin. Caualcan. dè Tut. & Curat. num. 264. Mangil. dè Euict. quæſt. 102. nu. 13. & ſeqq. Surd. Deciſ. 64. num. 32. Rot. recent. part. 9. Tom. 1. deciſ. 135. num: 7 quæ in recollect. à Bich. eſt deciſ. 111. Tom. 1.*
Quamquam idem *Mangil. ibidem ſupra num.*
3 *16 & ſeq. cum Hoſtien.* teneat, quòd nullo tempore præſcribatur facultas petendi menſuram ob malam fidem, quę iure Canonico inſpecto, & in foro etiam Cæſareo nullo tèmpore præſcribi poſſe teſtatur, ſed peti etiam valet triginta elapſis annis, etiam quandò expreſſe fuit conuentum, quòd fiat menſura; ſiquidèm ob ſcientiam ſempèr impeditur præſcriptio vigore malę fidei, quę ex ſcientia cauſatur: cum opporteat, vt qui præſcribit in nulla temporis parte rei alienę habeat conſcientiam, vel in aliqua parte maculatam, *Cap. Vigilanti 5. & cap final. Vtrobiquè Barboſ. in Collect. D.D. dè Præſcript. Tom. 1. Rot. recent. part. 19. deciſ. 231. num.* 4 & late videndus *Addens ad Burat. deciſ. 505. nu. 13. & ſeqq.* & hoc ſibi locum vendicant etiam in præſcriptione longiſſimi temporis, *Barboſ. in præcitat. cap. final. num. 10. ergà med.*
4 A qua Hoſtienſis opinione videtur recedere *Rot. in præcitat. deciſ. 135. num.* 10. & quòd tempus ad menſurandum, & reſpectiuè petendum deficientis menſurę ſupplemētum non extendatur niſi vſquè ad triginta annos; quià tanto tempore durant actiones perſonales, *vt in eadem deciſ. 135 num. 11. & 12.*
Verùm ſi fuiſſet appoſitum tempus
5 ad menſurādam rem venditam, vel quomodolibèt in ſolutum datam, elapſo triennio inter partes præſcripto remanet omninò præcluſa actio ad menſurandum, vt notat *Gloſ in cap Per tuas 5. in V. Inuenerunt dè donat. ibiq. Abb. num. 7.*
Non præſcribitur autèm dicta actio ad
6 menſurandum, quandò Venditor, vel quiuis alius cum iuramento promiſerit omnia contenta in Inſtrumento ſempèr attendere, & obſeruare, quia huiuſmodi clauſula renunciationem continent cuiuſcunquè prætenſæ præſcriptioni, & in hoc caſu ſignanter crederem poſſe ſibi locum vēdicare opinionem dict. Hoſtienſis, vt per *Surd. in præcitat deciſ. 64. num. 33.*
Cæterum ſi partes ſe retulerunt ad menſu-
7 ram, non obſtante quātitate Iugerum enunciatorum, eſt potiùs attendenda menſuratio, quàm eſpreſſa in inſtrumento quantitas, quę potiùs dicitur adiecta demonſtratiuè, quā taxatiuè, *Surd. in præcitat. deciſ. 64. num. 16. & ſub num.* 23. alia ad propoſitum videri poterunt, cuius Surdi opinioni adhæret *Rot. coram Clar. mem. Card. Cerro Deciſ. 559. num. 9. Tom. 2.*
Quid quid ſit, quandò adſit dictio, in cir-
8 ca, optimè ſancitum eſt *recent. part. 19. deciſ. 46. Vbi num.* 4. ibi = Dictio in circà excludit certam, & determinatam quātitatem, & *num. 5. cum ſeqq.* ſubdit, quòd Dictio in circa modicam quantitatem ſiuè ſupra, ſiuè infra quātitatem expreſſam deſignat, cum remittatur

tatur arbitrio Iudicis prò negotij qualitate, & quantitate, & ſolet, ſiuè decima pars deficiat, ſiuè excedat, virtute illius dictionis = In circa = contractus ſuſtineri.

Deniquè vide *Afflict. deciſ.* 363. *num.* 5. qui
9 edocet menſuram eſſe intelligendam ſecundum conſuetudinem cuiuſcumq. Regionis, in qua initus eſt contractus.

SVMMARIVM.

1 *Faſsio debiti eſt vnum de Requiſitis, vt Creditori Creditoris competat actio contra Debitorem Debitoris.*

2 *Creditor Creditoris non poteſt agere contrà Debitorem Debitoris, ſi non concurrat quartum de ſubſtantia requiſitum, ſcilicèt, quòd Creditori Creditoris fiat ceſſio talis Iuris agendi.*

3 *Debitor Debitoris rectè non ſoluit Creditori Creditoris ſinè huiuſmodi ceſſione.*

Creditori Creditoris contra Debitorem Debitoris Confeſsio Debiti cum alijs duobus requiſitis an ſit ſufficiens, ſi Creditori Creditoris non fuerit facta Ceſsio talis Iuris agendi contrà Debitorem Debitoris.

QVÆSTIO XIV.

1 HAnc materiam dè Confeſsionibus tractantes diximus alias *lib.* 1. *quæſt.* 7. *affect.* 12. *num.* 16. *& lib.* 2. *quæſt.* 75. *num.* 17. *&* 18. *Tom.* 1.

Et ijs, quæ ibidem adduximus ſuperaddimus *Text. in l.* 2. *&* 3. *C. quand. Fiſc. vel Priuat. l. à Diuo Pio §. ſed vtrum ff dè re iudic. & Scanarol. dè Carcerib. & Carcerat. lib.* 3. *tit. dè Viſit. Carcer. cap.* 5. *num.* 57. *pag. mihi* 408. *& Surd. deciſ.* 305. *num.* 15.

Verum hic prò quarto requiſito opus eſt
2 recenſere, mentiquè tenere, quòd tria requiſita in prçcitatis locis enunciata non ſufficiant, ſi quartum non concurrat, videlicèt, ſi
3 Creditori Creditoris non fuerit facta ceſſio talis Iuris agendi contrà Dèbitorem Debitoris. Secus dicendum eſt, ſi non agatur, ſed excipiatur, aut retentio petatur; quia in hoc caſu locus erit exceptioni, & conſequentèr retentioni ſinè expreſſa ceſſione, vt latè docet *Alphonſ. dè Ole. trac. dè Ceſſ. Iur. & action. tit.* 4. *quæſt.* 3. *per tot. & ſignantèr nu.* 9. *& nu.* 25. *&* 32. *ergà fin & in eod. tit.* 4. *quæſt.* 4. *per totum diſcurſum, & peculiaritèr num.* 38. poſt *med. & aptimè Rot. poſt* 2. *tom. Additam. eiuſd. dè Ole. coram recol. mem. Bich. deciſ.* 7. *num.* 3. *pag. mihi* 6 *&* 7.

Et eſt efficaciſſima ratio, quià debitor Debitoris rectè non ſoluit ſinè tali ceſſione, *Rot. poſt d. tract. dè Iur. ceſſion. Deciſ.* 28. *num.* 3. *&* 4. *& poſt, d. Additam deciſ* 58 *num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit Pauperies, & vndè dicatur?*

2 *Pauperiei quot ſint ſpecies? & ex qualibet ſpecie an diuerſa oriatur actio? quando vna actio operetur in qualibet diuerſa ſpecie? aſſignatur ratio in quacumque reſpectiuè ſpecie, & dantur exempla.*

3 *Interrogatus in Iudicio, an B. ſit Dominus quadrupedis, quæ damnum dedit, & B. confiteatur non eſſe ſuam, ad quid teneatur, ſi de mendacio conuincatur? & durante Iudicio, an poſsit pænitere, redeundo ad alternatiuam?*

Quid ſit Pauperies? A quo dicatur? In quot ſpecies diuidatur? Quam actionem vna ſpecies producat. & quam alia? Et vtrum interrogatus Dominus, Quadrupes ſi ſit ſua, quæ pauperiem dedit, & confiteatur, non eſſe ſuam, ſi aduerſus confeſsionem, ſeù negationem conuincatur, ad quid in pœnam ſeù mendacij teneatur? & an durante Iudicio poſsit, vel nè eſſe locum pœnitentię.

QVÆSTIO XV.

1 EST Pauperies damnum ſinè iniuria facientis a Quadrupede datũ, *Tex. Rotundus in l.* 1. *§. Ait Pretor, & ibi Gloſ. Bald. & D.D. notantes ff. ſi Quadrup. Pauper. feciſſe dicat.* & dicitur Pauperies, quià facit aliquem pauperem, *Nicas. Inſtitut. eod. tit. §. Animalium nomine num.* 5. *& Otnotim. in titu.* 9. *§.* 1. *&* 2. *& ibi in Addit. & Aretin. in d. §. Animalium Inſtit. reſpectiuè eiuſdem tit.*

2 Pauperies huiuſmodi in plures diuiditur ſpecies, & vnaquęquè ſpecies, ex diuerſorum factorum contingentia diuerſam producit actionem.

3 Prima ſpecies Pauperiei eſt, dum Animal nocuit

Digitized by Google

nocuit non culpa hominis, & contra naturam ſui generis, vtputa ſi adſit hortus paratus, vel clauſus, & Bos aliquis laſciuia rupit horti clanſuram, intrauit, & herbam corroſit, *Aretin. exemplificat in præcitata §. Animalium num. 8.* In hoc caſu oritur actio, aut quòd detur animal pro damno, aut damnum ſarciatur. *Text. in d. l. 1. ibiq; Gloſ. Bald. & ſcribentes Aret. vbi ſupra, Oinotom. ibidem §. 1. & 2. & ſeqq. & Addict. pag. mihi 1898. & Nicaſ. ibidem ſupra num. 1. & 5.*

Secunda eſt ſpecies, ſi Bos intrat in hortum, & vt ſupra Dominus fuiſſet præſens, & vetare potuit, & non vetuit, & ex hoc ſecundo caſu proficiſcitur actio inſolidum contra Quadrupedis Dominum, *l. 2. ff. dè Nòxal. & ſequitur Aret. in eodem. num 8. & 9.* Sicquè inſurgit culpa hominis, & conſequēter diſpoſitio legis Aquiliç, vt ex eadem *l. 1. & ibi Gloſ. in figuratione caſus, & Bald. n. 1. & ſeq. & D. D. notantes.*

Tertia eſt ſpecies, ſi Animal damnum commiſerit, ſecundum naturalem feritatem, ſine culpa Hominis; & ex huiuſmodi caſu ceſſat omnis actio; Quia Animal ſenſu carendo, non poteſt dici feciſſe iniuriam, vt per claram diſpoſitionem *d. l. 1. §. Ait Prætor, & ibi Bald. Aretin. in toties præcitato §. Oinotom. d. §. 2. & §. 5. in princip. & ibi in Addit. lit. A. & ſeqq. & Nicaſ. ibidem ſupra num. 3. & ſeqq.* Vbi exemplificat, ſi Cattus piſces comederit, vel Canis carnes aſsatas incuſtoditas: Actio in hac facti contingentia contra Dominum non datur. Cæteras ſpecies, & actiones omitto, & remitto Lectorem ad lecturam totius præcitati tituli. *Si Quadrup. Pauper. feciſſe dicatur, & ad D. D. ſupra citatos*, & ſignanter ad *Aretin. & Oinotom. ibidem ſupra*; cum mihi ſatis ſit prædictas tres ſpecies, & actiones præmiſiſſe pro intelligentia huius breuis præſentis quęſtionis, videlicet, ſi in Iure, ideſt in Tribuna-
3 li interrogetur Dominus, an ſua Quadrupes eſſet, quæ intulit damnum, & confiteatur, non eſſe ſuam; ſi poſtmodum conuincatur, Animal eſſe ſuum, non poteſt ſe liberare dando Animal prò Noxa, ſed ad ſoluendum damnum inſolidum tenetur, dicta *l. 1. §. Interdum, vbi Gloſ. Nicaſ. ibidem ſupra num. 6. erga med. V. opponitur, & optime Oinotom. in toties allegato tit. in 2. Addit. pag. mihi 1902. in 1. Col. §. 8. & 9. vbi in d. §. 8. V. ſicut contra*, ibi = ſicut contra ſi purè ob fraudem actum ſit, licet durante Iudicio pœnitere, & ad noxalem cauſam, hoc eſt alternatiuam redire = & redditur ab *Oinotom.* ratio *in eodem loco ſubſeq. in §. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Subſtantiam, & quidditatem rei ex definitione agnoſcimus.*

2 *Beſtialitas quid ſit?*

3 *Flagitia contra naturam quare ſunt deteſtanda?*

4 *Minus eſt ſui naturam coire, quam contra naturam delinquere.*

5 *Affertur exemplum B. Loth.*

6 *Beſtialitas eſt delictum grauius Adulterio, & inceſtu etiam cum propria Matre.*

7 *Diabolus, poſtquam induxit hominem ad peccandum contra naturam, aufugit.*

8 *Mulier, ſi confiteatur acceſsum ad pecus, vel dè tali acceſsu conuincatur, morte mariatur inſimul cum Bruto, & vnanimiter comburantur, & redditur efficaciſsima ratio, licet Animal ſenſu careat.*

9 *In hoc delicto ſolus Conatus cum Bruto punitur.*

10 *Animalis interfecti pretium ſoluitur Domino ipſius Animalis etiam à Fiſco.*

11 *Inductis ex neceſſitate ad delinquendum, ſeù peccandum, an delinquat, aut peccet?*

12 *Exemplum dè Sancto Loth, & alia adducuntur.*

Mulieris Confeſsio dè acceſsu ad Pecus, ſeù Beſtialitas confeſsata, ſiue conuicta, quà pœna plectatur etiam reſpectu Beſtiæ?

***

QVÆSTIO XVI.

1 A Definitione incipere vtillimum eſt: quia per Definitionem agnoſcimus ſubſtantiam, & quidditatem rei, *Philoſophus ſexto Topicor. & latè Cornel. Benincaſ. Tract. de Paupert. & eius Priuileg. in 1. quæſt. n. 1. & ſeqq.*

2 Acceſsus Mulieris ad Pecus, ſeù (vt vno verbo abſoluam) Beſtialitas eſt coniunctio carnalis cum re alterius ſpeciei, ſcilicet cum Bruto &c. *Bonacc. in ſua Theolog. moral. tom. 1. tit. dè his, quæ pertin. ad Vſu. Matrim. quæſt. 4. punct. 12. dè Beſtial. num. 1. pag. mihi 376.*

3 Ideo flagitia, quæ ſunt contra naturam vbiquè, & ſemper deteſtanda; nam in hoc nefando crimine violatur ipſa ſocietas, quæ cum Deo Nobis eſſe debet, cum eadem Natura, cuius ipſe Author eſt, libidinis peruerſitate polluatur; ſunt oracula *Canon. Flagitia*

gitta 12. *in cauſ* 32. *quæſt*. 7.

Itaút minùs ſit ſecũdũ naturam coire,quã
4 cuntra Naturam delinquere,Exemplum ha-
5 bemus de S. Lotb. in *Canon. Offerebat* 12. *ea-
dem cauſ* 32. *quæſt*. 7. Qui proprias Filias ſtu-
prandas Offerebat, vt tantum ſcelus in alijs
impediret, expreſsè in *d. Canon. Offerebat, et
Cabal reſolut. crimin. p* 1. *Caſ*. 16 *n*. 32. *in V.
6 hinc Beatus*. & eſt grauius Adulterio, &
inceſtu cum propria Matre, vt *in Canon.
Adulterij* 11. *et in Can. Vſus* 14 *eadem* 32.
quæſt. 7. *et Cabal. d. caſ*. 16. *n*. 20. *et* 21. *Vbi*
7 *n*. 26. ait, quòd Diabolus, poſtquam indu-
xit ad peccandum contra Naturam, au-
fugit.

8 Quapropter ſi mulier profligatum, neſa-
riumquè confiteatur acceſſum ad Pecus, vel
conuincatur de acceſſu prædicto, morte mo-
riatur Mulier, & interficiatur pecus: & li-
cet Pecus ratione careat, & a culpa immu-
nis ſit: nihilominùs interficitur, ſicuti &
ipſa Fœmina, quæ ſe ei commiſcuit in dete-
ſtationem tanti criminis: & nè tali flagitio
contaminata indignam refricet facti memo-
riam, *Text. apertiſſimus in Canon. Mulier, quæ*
4. *in ordine, cauſ* 15. *quæſt*. 1. *et ibi optimè Bar-
bos in Collect. D. D. iur. Pontific. vniuerſ. pag.
mihi* 258. *in* 2. *Col. Tom*. 5 *Farinac. de Delict.
Ca n. quæſt*. 145. *n*. 46. *et ſeqq. p*. 4. *et Conciol.
in ſuis Reſolut. Crimin. in V. Sodomia Reſolut*.
3, *n*. 6. Vbi docet, quòd vltra mortem Ani-
mal,& Fœmina, ſeù Maſculus inſimùl com-
burantur, & concordat *Cabal. dicto caſ* 16.
n. 33. *et ſeqq. et Franc. Baron. dè Corpor. eiuſ-
què part. tit. dè ſodom. pag. mihi* 337. *n*. 555.
et 556.

Vndè notandum primò,quòd in huiuſmo-
9 di Delicto ſolus conatus cum Bruto puni-
tur, *Barboſ. ibidem ſuprà n*. 4. *et Farinac. et
Conciol. in locis præcitatis reſpectiuè n*. 7. *in ea-
dem reſolut*. 3. inſerunt etiam ad alia, & Si-
gnantèr quoad præciſam pœnam, & *Baron.
ibidem ſupra n*. 556.

Notandum ſecundò, quòd dum tale Ani-
10 mal interficitur, precium Animalis ſoluen-
dum eſt Domino dè bonis Delinquentis, ſi
ſoluendo ſit defuncta mulier, ſiuè defunctus
Maſculus, alias ex pecunia Fiſci, *Barboſ. in
præcitat. Can. Mulier, quæ acceſſit* 4 *n*. 2.

11 Quid dicendum eſt tandem, ſi aliquis per-
uerſus Homo impelleret huiuſmodi Animal
ad accedendum ad Vuluã Mulieris, & vi ac-
cederet Animal, ſi ipſa Mulier in hoc actu
procaci ſit penitus, penitúſuè aliena à faci-
nore voluntate, & ſenſu, erit etiam à De-
licto, & à peccato prorsùs immunis, & alie-
na? & certè ſic, quia inuoluntariè tantum
ſcelus paſſa fuit, *Can. Aliquos V. Cum Can.
ſeq. Cauſ* 15. *quæſt*. 1. *et ibidem Can. ſi Concu-
piſcentia* 8.

Conſequenter iuremerito talis mulier
cum S. Bernardo dicere potuit. Moleſta eſt
Lucta, ſed Virtuoſa, quia ſi habet pœnam,
habet & Coronam, Non nocet ſenſus, Vbi
non eſt conſenſus: imò quod Reſiſtentem
faticat, Vincentem coronat.

12 Et corroboratur ex *Can. Inebriauerunt in
Ordine* 9. *eadem cauſ* 15. *quæſt*. 1. ibi = Ine-
briauerunt Lotb filiæ eius, & neſcienti Mi-
ſcuerunt. Quapropter culpandus eſt qui-
dèm: non tamen, quantum ille Inceſtus,
ſed quantum illa meretur Ebrietas =

Verum ſi in Foro pœnitentiali talis eue-
niret casùs, & hoc crimen eſſet dè reſeruatis
Epiſcopo, quid agendum? Ego ob facultates mihi delegatas, dum proepiſcopales vices Spoleti gerebam tempore recol: mem: Cardinalis Facchenetti præſcribebam Confeſſarijs, cauſam huiuſmodi proponentibus, vt ſecretò Animal hoc iumentum ſecretò interficeretur ad tenorem dicti *Sac. Can. Mulier, quæ*. Sicquè penitùs à Pænitentis mente exterminaretur tanti Flagitij memoria; & cum pœnitere ſit quaſi ſempèr pœnam tenere, iuxta *Canon. Pœnitentia eſt* 4. *in ordine Diſtinct*. 3. admonebam Confeſſarium, quod ipſe Pœnitenti inſinuaret grauitatem huiuſmodi ſceleris, quod infixum Pœnitens ſemper menti teneret cum ingentiſſimo dolore erga Deum, & condignam delicto imponeret Pœnitentiam regulatam ad formam Sacrorum Canonum, vt ſignanter in *Cauſ*. 33. *quæſt*. 3. *dè Pœnit. diſtinct*. 1. *Can. In actione pœnitentiæ* 84. *cum ſeq*. & peculiariter *Can. Menſuram autem* 86.

Dic vlterius ò Pœnitentiæ Miniſter Peccatori cum *S. Ioann. Chryſoſtom. Homil*. 25. *in* 2. *Cor*. 10. *in Moral*. Siſte iam gradum: verte te in diuerſum. Confitere Deo Gratiam, quòd non in medijs Peccatis te abſtulit: nè quære illud tibi prorogari tempus vt malè opereris. Multi dum malè, ac vitioſè viuerent, ſubitò perierunt, & in manifeſtam damnationem abierunt: time, nè idem tibi accidat, & memoriæ fac vt Peccator recommendet monita *Eccleſiaſt. cap*. 21.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio copula cum Conſanguinea, vel Affine repellit copulatos à Matrimonio.*

2 *Impedimentum ex cauſa copulæ Conſanguinitatis, vel Affinitatis ſpectat ad Pontificem in diſpenſatione.*

3 *Inceſtus ex copula quomodo, & quando contrahatur, & quæ debeant copulatiuè concurrere?*

4 *Vbi non eſt Conſanguinitas, ſeù Affinitas, quæ carnalis copula faciat inſurgere Affinitatem?*

5 *An eadem Carnalis copula, quæ requiritur ad contrahendam Affinitatem, requiratur ad cauſandum Inceſtum? Adducuntur rationes? & Doctores.*

6 *Vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, an æqualiter determinet?*

7 *Ex vno caſu infertur ad alium ſimilem.*

8 *Maior caſus non extenditur, ſed comprehenditur.*

9 *Vtriuſque Copulati ſeminatio requiritur ad contrahendam Affinitatem, & datur exemplum.*

10 *Vir habens copulam cum Conſanguinea Vxoris ſuæ, quando poſſit petere debitum à ſua Vxore?*

11 *Reciproca ſeminatio an habeat locum, quando petitur à Papa, diſpenſatio? & declarantur contrariæ D. D. opiniones, & pro tutamine Conſcientiæ melius eſt inhærere Praxi Romanæ Curiæ.*

12 *De Affinitate legitimè cauſata non ambigitur ex Prolis ſuſceptione.*

QVÆSTIO XVII.

Conſanguinei, vel Affines ſi Confiteantur intèr ſe copulam habuiſſe Carnalem, an talis aſſertio, & Confeſſio ſit Sufficiens ad eos arcendos a Matrimonio? & quumodò dè Iure intelligenda ſit talis Copula? Qua copulà intercesſa, an poſſint porrigi preces Summo Pontifici pro diſpenſatione ad Matrimonium legitimè Contrahendum?

1 Confeſſionem huiuſmodi eſſe Sufficientem ad Matrimonium impediendum eſt clarum in Iure Canonico. Siquidè habens copulam cum conſanguinea, vel Affine cum eadem etiam ex capite Inceſtus à Matrimonio repellitur, iuxta *Text in Can. Si quis Viduam 20. in ordine, cauſ. 32 Quæſt. 7 & Can. dè Inceſtis 8. in ordine cauſ. 35. quæſt. 3. & vtrobiquè Barboſ. in Collect. D.D. Iur. Pontific. Vniverſ. Tom. 5. & Anton Volp. in ſuis reſolut. Moral. reſolut. 111. n 16* Et quando ſit initum Matrimonium, Coniuges ſeparantur. *Barboſ. in dicto Can. Si quis Viduam n. 2. in fin. & in eodem Can. dè Inceſtis n. 3.* Donec ſuper tali
2 impedimento interueniat Summi Pontificis Diſpenſatio, *idem Anton. Volp præfata reſolut. 111. n. 16. in fin.*

3 Sed huiuſmodi repulſa tunc locum ſibi vendicare debet reſpectù Inceſtus, ſi copula intra vas Naturæ penetrauerit, & ſeminauerit: & non ſufficit, quòd vir vas Mulieris penetrauerit, ſed eſt etiam dè neceſsè, quòd in eo ſeminauerit; & eſt ratio, quia ex
4 ſola vaſis Fæminei penetratione, non emiſſo intrà virili Semine, minimè oritur Affinitas inter non Affines, & conſequenter inter Conſanguineos, & Affines, nec inceſtus eo-
5 dem ſeminè vt ſuprà non emiſſo, *Sanch. dè Matrim. lib. 2. Diſput. 21. n. 5. verſ probatur. 1. & lib. 7. Diſput. 64.* ad propoſitum Cauſę *n. 8. & 20.* & optimè *Barboſ. tract. dè Offic. & Poteſtat. Epiſcop p 3. allegat. 51. n. 167. cum ſeqq.* Vbi firmat, quòd ad effectum vt vtraque Contrahatur Affinitas inter non Conſanguineos, & Affines, requiritur copula, quæ ſit ſufficiens ad Generationem, vel qua efficiatur Sanguinis Commixtio, ſeù qua vir, & Fœmina vna caro efficiatur, & *Idem Barboſ. Collect. D.D. in Ius Pontific. Vniverſ. in Can lex Diuina 18. Cauſ. 27. Quæſt. 2. Tom. 5.* Ita & pari ratione, imò maiori inter Conſanguineos, & Affines requiritur eadem Copula deſuper qualificata, vt oriri poſſit Inceſtus; Nam vna determinatio reſ-
6 piciens plura determinabilia, debet æqualiter determinare: cum ex vno caſu inferatur
7 ad alium ſimilem; imò in maiori caſu lex non dicitur ſe extendere, ſed comprehendere, vt
8 benè *Vulp. d. reſolut. 111. n. 15. poſt medium pag mihi 348. in 2. Col.*

Et quoad dictam copulam optimè ratiocinatur Antonell. *dè Regim. Eccleſ. Epiſcop. lib. 8. tit. dè his, quæ ad For. intern. ſpectant cap. vltim. verſ. Obſerua ſecundo* Vbi in verſ. contrarium, allegando inter Cæteros Doctores *S. Thom. in 4. diſtint. 4. Quæſt. 1. art. 1. Quæſtiuncul. 4. ad 2.* firmat, ad contrahendam
9 huiuſmodi Affinitatem, non ſufficere Seminationem viri, niſi etiam concurrat Seminatio Fœminæ; quià ad tenorem præfati

Can. lex diuina; requiritur ſeminis commi-
ſtio; ex quò infert, quòd is, qui habuit co-
10 pulam cum Conſanguinea vxoris, ſi illa
non ſeminauerit nullam contraxerit Affini-
tatem; & ideò poſſit ſinè vlla diſpenſatio-
ne ab Vxore petere debitum; ſed dè prędicta
reciproca Maris, & Fœminæ Seminatione
videtur tenere contrarium *Thom dè Ros. tract. dè Exequtor liter. Apoſtolic. tàm grat. quam iuſt. cap. 4. n. 225. et ſeqq. pag. mihi 94.*
11 Vbi in eodem *n. 226.* in materia diſpenſa-
tionis ait, ſufficere, vt viri intercedat ſemi-
natio intra vas Muliebre & dè hac copula
etiam intèr Conſanguineos, & Affines op-
portet vt fiat mentio in precibus, etiam ſi
alias Oratores ignorabant ſe eſſe Conſan-
guineos, vel Affines; & in hoc mihi non di-
ſplicet diſſenſus *Sanch. præcitat diſput. 21. n. 11. erga fin.* Cui ſolummodò adhærerem,
quoad generationem, vt ipſe ait, & con-
cordat *Leon. in ſuo Theſaur. For. Eccleſiaſ. par. 2. tit. de Sponſal. & Matrim. cap. 9. n. 94.*
Sed quoad diſpenſationem in huiuſmodi fa-
cti contingentia amplector ſententiam *d. Rot. ibidem ſupra, & Corrad. in ſua Prax. diſpenſation. Apoſtolic lib. 7. cap. 1. num. 18. & 19.*
quod ad cau ſandam Affinitatem licet requi-
ratur concurſus vtriuſquè ſeminis, attamen
cauſa vitandi peccatum ius Canonicum, &
S. Mater Eccleſia præſumunt, ex copula
prædicta interceſſiſſe omnia, & tutius ſit
pro Anima inhærere Diſpenſationi, cum ità
in Romana Curia praticetur, *vt idem Corrad. & Vulp. ibidem ſupra reſpectiuè.*

Dè qua Affinitate ex præfata ſeminis ef-
12 fuſione prouenienti non eſt ambigendum in
Foro Fori per ſuſceptionem Prolis, *Rot. coram recol. mem. Ponia ante ſecundum Thomam Conſ. crimin. Farinac. decis. 72. per totam, & ſignanter, n. 7. & 8. pag. mihi 67. cum ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Mulier tàm in ciuili, quàm in criminali ad teſtificandum admittitur iudicio.*

2 *Mulier non admittitur in ciuilibus ad probandam extraiudicialem Confeſſionem, ſicuti nec in Criminalibus, & infra n. 6.*

3 *Ad probandam extraiudicialem Confeſſionem Teſtes tàm in ciuilibus, quàm in Criminalibus debent eſſe omni exceptione maiores, & infra num. 6.*

4 *Confeſſiones extraiudiciales vt plurimum emittuntur inconſideratè, & citrà animum ſe obligandi.*

5 *Iſta qualitas, omni ſcilicet exceptione maiores, debet ſpecificè articulari, & probari, ità vt nulla legitima exceptio Teſtem inductum; ſeù inducendos Teſtes à teſtificatis repellat.*

6 *Confeſſio extraiudicialis in criminalibus per Mulieres non probatur.*

7 *Mulier dè ſui Natura eſt varia, & mutabilis.*

8 *Quot fraudes, quot mala Mulier nutriat: dantur exempla multa ad propoſitum*

9 *Mulier toties periurat, quoties iurat.*

10 *Mulier, aut amat, aut odit, & cum ea nullum datur medium.*

11 *Mulieris dolos, & fraudes quis doceat? & vide benè ad ſaturitatem.*

12 *Mulier, Statim atquè fuit à Deo creata, decepit ſocium ſuum Adam.*

An Mulier in ciuilibus admittatur ad
probandam extraiudicialem Con-
feſſionem? & multa dè
Qualitatibus
Mulie-
ris.

QVÆSTIO XVIII.

1 AD teſtificandum admitti Mulierem in
cauſa Ciuili, & ſuper criminibus ex-
ceptis in criminali cauſa ſancitur dè Iure Ci-
uili per *Text. in l. ex eo 18. & ibi Gloſ. ff. de Teſt.* & in Iure Canonico per *Text. in Can. ex eo 2. in ordine, & ibi Gloſ. in V. Teſtimonium, cauſ. 15. quæſt. 3. Iacob. Egid. dè Teſt. apud recollect. D. D à Zilett dè Teſt. n. 5. Tit. dè Reprobat. Teſt pag. mihi 87. & Lanfranc. dè Orian. n. 3. pag. mihi 456. Farinac. de Teſt. quæſt. 59. Caſ. 1. & caſ. 2. & Conciol. in ſuis concluſ. Crimin. in V. Teſtes quoad Perſonas, Concluſ. 15. pagin. mihi 627. & latè Theat. vit. human. Tom. 5. V. Mulier tit. à Toſtan. Offic. pag. 761. in p. Col.*

2 Cæterum ad probandam in ciuilibus ex-
traiudicialem Confeſſionem Mulier nequa-
quam eſt admittenda, ſi non ſit omni exce-
ptione maior; ſiquidem extraiudicialis Con-
feſſio, vt Confitenti noceat, oportet Teſtes
3 dè ea deponentes eſſe omni exceptione ma-
iores, & conteſtes dè certa, & determina-
ta re, & quantitate, per *Text. in l. Certum ff. de Confeſſ Rot. recent. p. 15. deciſ. 241. n. 3. & optimè pradd. inhærendo Rot. coram R. P. D. Albergato recent. p. 19. deciſ. 19. n. 3. & 4.*
Vbi ſubdit, quod huiuſmodi aſſertiones, &
4 Confeſſiones vt plurimum emittuntur in-
conſideratè, ſinè aliqua deliberatione, &
citrà animum obligandi, & docet dè Mu-
lierculis *Anton. Bar. practicar. obſeruat. in diſcurſ.*

ſcurſ.

Digitized by Google

ſcurſ. dè Confeſſ. obſeruat. 22. *n.* 6. *pag. mihi* 229. *in p.* Col.
5 Ita vt talis qualitas debeat expreſsè articu-
lari, & probari, *Conciol. vbi ſupra V. Teſt.*
Miſcell. reſolut. 9. *et* 10. *pag. mihi* 672. Itaquè
talis qualitas probanda eſt, vt nulla legiti-
ma exceptione repelli poſſit, videlicet, vt
ſit talis, quod nullam prorſus maculam con-
traxerit, *Conciol. præcitat. reſolut.* 9. *et* 10.
prædictasq. ſi patiatur Mulieris confeſſio
6 exceptiones, & reprobationes, in ciuilibus,
& in criminalibus redditur inſufficiens, vt
pluribus adductis authoritatibus comprobo
in meo tractat. *ad Confeſſ. lib. p. quæſt.* 7. *ef-
fect.* 2. *n.* 28. *cum ſeqq. pluribus tom.* 1
Tanto magis, quia Mulier de ſui Natura
7 eſt varia, & mutabilis, *l. Filia, C. de Inoffic.
Teſtam. & prædictis Iacob. Equid. Lanfranc. &
Farinac. ibidem reſpectiuè ſupra.*
Imò habet Mulier Fraudes. & mala, quot
8 ſunt in Aere Volucres, & Æquore Piſces,
Rub. in Annot. ad deciſ. 431. *n.* 47. *&* 48. *re-
cent. p.* 4. *Tom.* 2. *vbi* cum noſtro Propertio

Componere Fraudes
Hoc vnum didicit Fœmina ſemper opus.

& cum Barbon.

Aere quot Volucres inſunt, quot Æquore Piſces:
Tot mala, tot fraudes, mens Muliebris habet.

Ibiquè *d. Rub. in n.* 48. *verſic. & vt*, ſubdit
per *Text. in* §. *Quid verò Auth. vt ſine probibit.*
9 *Matres*, ibi = Mulier toties periurat, quo-
ties iurat, = & eſt certum in Theorica, &
Praxi, quod Mulier aut amat, aut odit, &
10 in ea nullum datur Medium, *Rot. recent. p.*
4. *Tom.* 3. *deciſ.* 739. *n.* 27. *& ſeq.* & dè Do-
11 lo Mulieris, cæteriſquè eiuſdem fraudibus
latè *Theatr. vit. Human. eodem Tom.* 5. *V.
Mulier, Tit. ſunt audac. doloſ. & vendic. appet.
pag.* 756. *in* 2. *Col. & in tit. Inceſt. facil. ſedu-
cunt. pag. mihi* 759. *in p. Col* Et pro Coroni-
12 dè ſufficiat, quod Mulier ſtatim creata de-
cepit ſocium ſuum Adam, *Text. in Can.
Adam* 3. *quæſt.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Debitum, etiamſi neceſſarium ſit, non com-
penſatur cum Legato relicto ob Amorem, & be-
neuolentiam, & propter Benemerita per legantem
à legatario, ſeù legataria recepta.*
2 *Legatum, ſi apparet factum ex alia cauſa
quam debitum ſoluendi, non compenſatur, quam-
uis debitum ſit neceſſarium; & petens in con-
trarium non eſt audiendus.*
3 *In dubio ceſſat compenſandi Animus, & co-
magis in expreſſis cauſis.*
4 *Quid ſit legatum.*
5 *Teſtator legando potius exercet liberalitatem,
quam debitum ſoluat*
6 *Hæredi onus incumbit probandi voluiſſe Te-
ſtatorem, ſeù Teſtatricem compenſare legatum
cum credito Legatarij receditur ex verbis vniuer-
ſalibus.*

Vxor legans Marito ſuorum bonorum vſum-
fructum, ſi fateatur, relinquere Marito tale le-
gatum proptèr Amorem, & beneuolentiam, &
ob diuerſa beneficia, quę ipſa Vxor recepit à
Viro tàm in eius Perſonam, quàm ſuo-
rum coniunctorum, an cenſeatur, vo-
luiſſe legatum huiuſmodi com-
penſare cum dotali lucro,
etiã in vim ſtatutarię
diſpoſitionis de-
bito dè Iu-
re Ma-
rito?

QVÆSTIO XIX.

1 Pertractaui hanc quæſtionem in meo li-
bro dè *Impenſ. & meliorat. dotal. & Bene-
fic. Art.* 24. *ſeù* 25. ſecundum veram ſeriem.
Cæterum, quià non ſatisfeci ibidem plenè,
operæ pretium (Diuino mediante Auxilio)
eſſe duxi, in quantùm poſſum ſatisfacere, &
pro huiuſmodi ſatisfactione exaranda cen-
ſeo, quòd, ſi Vxor relinquat Marito ſuorum
bonorum vſumfructùm, & eidem ſuo viro le-
gare fateatur proptèr Amorem, & Beneuo-
lentiam coniugalem, & ob diuerſa beneficia,
quæ ipſa recepit in eius Perſonam, & ſuo-
rum ſanguine coniunctorum, noluerit huiuſ-
modi legatum compenſare cum lucro dota-
li debito Marito etiam ex diſpoſitione ſta-
tutaria, è qua paritèr arguatur, dotale lu-
crum eſſe debitum neceſſarium, & non vo-
luntarium.
Et eſt ratio, quià dum vigent cauſæ pro-
2 ptèr quas relictum eſt legatum, veriſimile
non reſultat voluiſſe Vxorem teſtantem
compenſare vſumfructum cum tertio, vel
quarto dotali lucro Marito in eius bonis de-
bito, aùt in vim pacti, aùt ſtatuti ſiquidèm
dùm Vxor vſa fuit ampliſſimis formulis in
legando amoris ſcilicèt, & beneuolentiæ, ac
beneficiorum receptorum, ſiuè pro alijs cau-
ſis,

Digitized by Google

fis,in legato expreſſis, & confeſſis, non eſt dè Iure locus compenſationi, *Text. notabilis in l. Vxorem 39. vbi Gloſ. (Bart. caeteriquè ſeribentes ff. dè legat. 3. & Glaſ. in l. cum Pater 79. §. Dulciſſimis, in V. Diſcardijs ff de legatis 3.* & Egregiè diſcuſſis prius articulis inter debitum voluntarium, & neceſſarium *in diſput. 4. Cap. 8. § 2. & 3. limitando* docet *Zamoran. in ſuo recenti Tract. dè compenſat. ad vtrumq. For pertinen. ibidem ſupra §. 4. num. 26. pag. mihi 125. cum ſeq. & prius Menoc lib. 4. Praeſumpt. 110. num. 16. & 41. Mantic de coniect. vltim volunt. lib. 10. tit. 2 num. 4. & Sabell. Var. Reſolut. cap. 10. num. 13. et ſeqq. vbi num. 14. et 15.* ſubdit, quòd dum legatum factum apparet èx alia cauſa, quam òb cauſam ſoluendi debitum, numquam intrat compenſatio,quamuis debitum ſit neceſſarium,& concordat etiam *dè Luc. ad Gratian. Tom. 1. Diſcept. Forenſ. cap. 134. num. 10.* Vbi vlterius ſubdit, quòd legatum qualificatum ob Amorem, & beneuolentiam, vel ob alias ſpeciales cauſas, non intelligitur in compenſatione relictum,

Quibus exiſtentibus cauſis, is, qui petit in contrarium audiri non debet; ſunt Oraeula *Txt. in l. Illis literis 83. in fin. ff. dè condit. et demonſt.*

Et eſt ratio pro noſtra animanda vt ſupra
3 firmata Cunclusione, quò I ſi in dubio ceſſat
compenſandi Animus, eò magis, quandò
4 expreſſè pateſeunt cauſæ: cum legatum nil
ſit, quam donatio; & hæc cum inſit in legatis, ſatis oſtendit Teſtatricem Vxorem volu-
5 iſſe potiùs exercere liberalitatem, quàm debitum legando ſoluere: & Hæredi incumbit
6 onus probandi, voluiſſe compenſare, non autèm creditori; & ità prò legatario, & reſpectiuè creditore Marito iudicandum eſſe conſtituo, vt idem *de Luc. ad Gratian. Diſcept. Foren. cap. 274 num. 10. verſ. Oppoſitum Tom. 2.* Secus iudicandum eſt, ſi Vxor poſt mortem ſui Viri inbeàt à Marito, ſeu eius Hærede omnia ſua bona reſtitui Hæredi proprietario, *Rot. recent part. 13. deciſ. 282. num. 13. et ſeqq. et part. 18. tom. 2. deciſ. 496. nu. 10. et deciſ 541. num. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio Mulieris, vel Alterius Perſonæ aſſertio, qua praetendat, acquiſiuiſſe Ius ſedendi in Eccleſia, vel ſepelliendi, an aliquid ſimpliciter operari poſſit fauore confitentis, et aſſerentis?*

2 *Si hac non ſit ſufficiens confeſſio, huiuſmodi Ius verum probandum ſit per Teſtes, vel alium modum iuridicum?*

3 *An per vnicam vicem habitam in ſedendo, vel ſepelliendo acquiratur Ius ad manutentionem ſufficiens?*

4 *An laicis ſit prohibitum acquirere in Eccleſia Ius ſedendi, ſepeliendi, et ſimilia?*

5 *Diſtinguitur inter vſum, et Dominium; et limitatur, dum ſedilia ſint in Presbiteria.*

6 *In manutentionis iudicio qua probatione ſint ſufficientes ad obtinendum?*

7 *An vnius Teſtis ſatis ſit probatio, imo & fides extraiudicialis cum iuramento?*

8 *Quod tempus attendatur in manutentionis Iudicio, vt cauſa iuridicè expediri valeat?*

9 *An per confeſſionem partis enunciantis aliquem detentorem, & occupatorem, detur manutentio?*

10 *Quid in Confeſſione Prouiſoris, & miniſtri.*

Ius ſedendi in Eccleſijs, & reſpectiue ſepelliendi an per vnicam tantum vicem acquiratur, & probetur ex mera Mulieris confeſsione, vel alterius Perſonæ, quæ talia Iura, vel ſimilia acquiſiuiſſe prętendat, vel aliunde ſit probandum? & quid dicendum, ſi per tale Ius poſsit alleganti, & Probanti dari manutentio?

QVÆSTIO XX.

MEra Confeſsio Mulieris, vel alterius
1 Perſonæ, quæ prætendat Ius ſedendi
in Eccleſia, vel ſepelliendi, non eſt ſufficiēs
2 in Iudicio, ſed tale Ius per Teſtes, vel alium
modum iuridicum probatorium iuſtificandum eſt, & per vnicam vicem acquiritur ad
3 effectum obtinendi manutētionem, *Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 110. num. 1. & ferè per tot. diſcurſ. tom. 1. & 210. num. 35. cum ſeqq. tom. 2. bene Pignatell. tom. 1. conſult. Canonic. 48. in princ.* Capyc. *Latr. 3. dec. 181. num. 37. & ſeqq. & Card. Cerr. tom. 3. deciſ. 955. vbi num. 1.*
4 ſubdit, quod non ſit prohibitum Laicis in Eccleſijs iura ſedendi acquirere, vel ſepel-
5 liendi, aut ſimilia alia Iura quoad ſimplicem vſum, ſecus quoad Dominium; concordatq; cum prædictis *D. D. & deciſ. Rot. recent. par. 18. tom. 2. deciſ. 781. num. 1. & ſeqq. & num. 21. & 22. & Ricc. deciſ Archiep. Neapol. par. 1. deciſ. 68 num. 7 & ſeqq. & num. 9.* dicit, quod tale Ius tranſeat ad Hæredes, & *num. 10.* ſubdit, quod exiſtens in poſſeſsione ſedendi poteſt armata manu reſiſtere ei, qui

vult

vult illum amouere, & *n.* 15. concludit, quod
ſi Aduerſarium reſiſtendo occiderit, puniatur
ſolum pœna extraordinaria, ſed ſi hoc eue-
niret in Eccleſia, non ita ſimpliciter huiuſ-
modi adhærerem opinioni, quia iniuria fit
Eccleſiæ, cui omnis honor, & veneratio eſt
adhibenda, vt clarè in Sacra pagina, & in
vtroque Iure Ciuili, & Canonico, Et hæc
vera eſſe dicerem, ſi in Eccleſia poſita ſint
a Laicis ſedilia extra Præsbyterium; non au-
tem ſi locata ſint in Præsbyterio, licet ſedilia
ſint Principis Laici, & Magiſtratus; quia
in præsbyterio Ius acquiri non poteſt, non
obſtante conſuetudine in contrarium lon-
giſsimi temporis, vt optime docet *Pignatell*,
tom. 1. *conſult. Canon. num.* 18. *et ſeqq. et ſi-
gnanter num.* 27. *et ſeqq. conſultat.* 7.
Et Ius dum in huiuſmodi manutentionis Iu-
6 dicio acquiritur, quę Probationes ſufficiant?
latè docet *Rot. poſt Ludouic. Poſt. dè Manute-
nen. deciſ.* 673. & quod ſatis ſit vnicus Teſtis,
imo etiam Fides extraiudicialis cum iura-
7 mento, docet *Ric. collect.* 4407. *verſ. Amplia
3. et verſ. Amplia* 6. *par.* 9. & bene exempli-
ficando *Ridolph. in Prax A. C. par.* 2. *cap.* 12.
à num. 105. *vſq. ad* 112. *et Gratian. d. ſcept.
Forenſ. cap.* 910. *num.* 23. *to.* 5. *Card. Mantic.
deciſ.* 172. *num.* 2.
Bene verum eſt, & notatu dignum, quod
8 Manutentio datur illi, qui dè tempore litis
motę ſuam probat poſseſsionem, *Gratian. d.
cap.* 910. *num.* 1. *Royas deciſ.* 313. *num.* 1. 2.
9 *et* 3. Imo etiam per Confeſsionem partis
enunciantem, Mulierem, ſeù quamcumque
aliam Perſonam detentricem, & occupatri-
cem, *Thomat. deciſ. Marcb.* 82. *num.* 2. *tom.* 1.
& Ridolph. in eadem part. 2. *cap.* 12. *num.* 117.
10 Et quid dicendum in Confeſsione Pro-
uiſoris, & Miniſtri ad effectum manuten-
tionis in præiudicium Eccleſiæ: latè penes
Card. Cerr. deciſ. 130. *num.* 3. *& ſeqq. tom.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum dotale an conſequatur Maritus ex ſua Confeſſione? & n.* 7. *&* 8.

2 *Dos eſt quid acceſſorium ad Matrimonium, & pro illius oneribus aſſignatur.*

3 *Matrimonium non eſt ſinè Dote.*

4 *Mariti nolunt Carnem ſinè ſapore.*

5 *Mulier Maior dè Iure Communi obligatur ſinè Iudicis Decreto, & ſolemnitatibus.*

6 *Mulier Maior viginti quinque annorum ſi dotem viro ſuo non aſſignauerit, eidem Lucrum dotale non debetur,*

7 *Quod ſimpliciter non operatur viri confeſſio, operatur vxoris aſſertio pro Lucro dotali conſequendo.*

8 *Ex quibus coniecturis, & præſumptionibus fauore Viri eliciatur, fuiſſe aſſignatam Dotem ab Vxore, & an ipſius Vxoris confeſſio extraiudicialis ſit vna dè coniecturis pro dotis aſſignatione.*

9 *Mulier minor quando poſſit, vel non ſinè Iudicis Decreto, & Solemnitatibus ſtatutarys ſe obligare pro Dote tradita, vel tradenda, & quid dicendum in propria Dotatione, & an Confeſſio expreſſa, vel tacita ſuper hoc ſubſiſtat, vel nè? dantur obiecta, & diſſoluũtur cum Iuribus, & rationibus.*

10 *Doctores, & Deciſiones intelliguntur ſecundum allegationes enunciatas.*

Pro Lucro dotali à Viro acquirendo è bonis Vxoris nuptæ in Ætate maiori, aut Minori, an aſſertioni, & confeſsioni Viri ſit credendum vel non, Dicentis omnia Bona fuiſse ab Vxore in Dotem ſibi conſignata?

QVÆSTIO XXI.

IN duas partes diuiditur hæc noſtra Quæ-
ſtio: aut dum Mulier eſt maior vigintiquin-
que annorum: aut dum eſt minor viginti-
quinque, & ad Matrimonium tranſit. Si in
primo caſu Mulier ætate maior nubit,
Viroque prædecedit; velitque Vir poſt prę-
deceſſum è bonis Coniugis Lucrum detra-
1 here dotale, quia ipſemet Vir confiteatur
omnia vxoris bona habuiſſe in dotem, & in
hoc caſu, conſtito dè vero Matrimonio, vi-
detur eſſe locum Lucro dotali, & Viri con-
feſsioni creditur, tamquam Iuris præſum-
ptione munitæ: Nam dato Matrimonio;
conſecutiuè datur & dos fauore Viri, ſicque
ex ea dotale Lucrum, Cum ſatis ſit in Iu-
2 re vulgata regula, quod Dos eſt quid acceſ-
ſorium ad Matrimonium, & prò illius one-
3 ribus datur, cum non ſit Matrimonium ſine
Dote; quo admiſſo Matrimonio, admittitur
& Dos, cum ſequatur acceſſorium naturam
ſui Principalis, *l. Prò oneribus ff. dè Iur. Dot.
l. Dote ff. dè Rit. nupt. l.* 3. *C. dè Iur. dot. cum
aliis adduct. à Menoch. dè Præſumpt. lib.* 4. *Præ-
ſumpt.* 189. *num.* 48. *&* in hoc caſu venit ada-
4 ptabile Axioma, quod Mariti nolunt car-
nem ſinè ſapore, *Paul dè Rub. Tract. dè Vali-
dit. legal. cap.* 64. *num.* 5. *pag. mihi* 100.

Con-

Contrarium autèm dicendum eſt (quod
5 licèt mulier maior vigintiquinque annorum
dè Iure communi obligetur ſine Iudicis De-
creto, ſinè cauſa, & ſolemnitatibus, & habea-
tur, ac ſi eſſet maſculus maior, *l. 2 C. ad Se-
nat. conſult. Vell. l. Aliquandò, l. Nèc intereſt.
l. Debitrix ff. eodem, & Rot. recent. part. 19.
6 deciſ. 297. num. 31.* tamen Mulier maior vin-
gintiquinque ſi Viro ſuo dotem non aſſigna-
uerit, nequit ipſe vir Lucrum detrahere do-
tale, optimè *Bart. quæſt. 7. incipien. Mulier
habens per tot. Ioſeph. Ludouic. part. 2. deciſ. Pe-
ruſ. 99. num. 8. & ſeqq. Sanch. dè Matrimon lib.
1. dè ſponſal. diſputat. 59. num. 3. pag mihì 97.
in 1. col.* Vbi reddit rationem, quod ſibi
vir imputare debet, dùm nullum dè dote tra-
denda pactum inierit, & eiuſdem Bartoli
ſententiæ adhæret *Pereg. deciſ. Patauin. 34.
num. 3. &* Duplicem reddit rationem, pri-
mam ſcilicet per *Text. in l. eius, qui in Prouin-
cia, ff. ſi cert. petat.* videlicet, quòd accidens
non poteſt eſſe ſinè ſubiecto, ſecùndam enun-
ciat rationem per *Text. in l. 3 ff. dè iur. dot.
& l. cum multæ* C. *dè donat. antè nupt.* Nempè,
quòd licèt Dos non poſſit eſſe ſinè Matri-
monio, poteſt tamèn Matrimonium eſſe ſi-
nè Dote.

Nihilominus id, quod ſimplicitèr non
7 operatur Mariti, vt ſupra, emanata aſſertio,
operatur Vxoris maioris, dùm vixit, emiſſa
confeſſio, vt Lucrum dotale vir conſequa-
8 tur, videlicèt, ſi Vxor dixerit, dediſſe, vel
aſſignaſſe omnia bona Viro ſuo; ſiquidèm
verbum do, & Verbum Aſſigno denotat Do-
minij translationem. Vel ſi Maritus publi-
cè, & palam (viuente Vxore) aſſeruit, ſe
poſſidere, & bona retinere ùt dotalia Vxoris
ſuæ, *Menoch. optimè lib. 3. Præſumpt. 8 num.
23. et ſeqq. et num 30. et idem Ludouic. præcitat.
deciſ 99. num. 20. et 24. Vbi num. 19.* ſi Mu-
lier maior confeſſa fuiſſet aliquando præſen-
te, vel abſente Parte, dediſſe in dotem ſua
bona, ſi confeſſio legitimè probetur. Aùt
dùm Vxori relicta fuiſſent à Patre, vel alio
Teſtatore aliqua bona cauſa dotis; quia si
Mulier poſtmodum nupſerit, nulla expreſſa
mentione dotis, cenſentur talia bona in do-
tem aſſignata. *Menoch. eodem lib 3. Præſumpt.
6. num 89. et in dicta deciſ. 99. num.* 14. Vel
quandò adeſſet conſuetudo, ſeù ſtatutum,
quod nulla facta conſtitutione Dotis, vxor
intelligatur, omnia eius bona, vel aliquam
ſuorum bonorum partem dediſse in Dotem,
*dicta deciſ. 99. n. 23. Barbos. Dè Matrim. Tom.
2. in l. ſi conſtante 25. in princ. ff. ſolut. Matrim.
n. 133. pag. mihi 266. in 2. Col.* Aut quandò
Maritus eſſet dignus tanta dote, & Mulier
tali viro indigeret prò conſeruatione bono-
rum, & vir bona recuperauerit, (vxore
ſciente) *Ludouic. in toties citat. decis. 99. num.
25. et Pereg. dict. decis. 34, num. 6.* Aut dum
vxor fuerit aliàs Maritata cum dote, quià
eadem aſſignata cenſetur Dos ſecundo viro,
*vt in eadem decis. 99 num. 15. & ſeqq. Merlin.
decis. 724. num. 1.* Tom. 2. *Rot. recent. p. 18.
Tom. 2. decis. 795. num. 6. et 7, Rot. p. 19. re-
cent. decis 74. n.* 10. Vbi firmatur, quòd licet
cenſeatur renupta cum eadem Dote, primo
viro tradita, tamen non facta ſecundo viro
effectiua ceſſione, directa petitio recuperan-
di ſuam Dotem vna cum fructibus competit
ipſi mulieri; Et quinque etiam alios caſus
enumerat *Pereg. dicta decis 34. num. 6. et 7. et
alios Bart. dicta quæſt. 7. à num. 15 ferè vſque
ad fin.* qui latè diſcutit Articulum, an ſola
Patientia Vxoris, quæ permittat virum poſ-
ſidere, ſit ſufficiens coniectura prò tacita aſ-
ſignatione Dotis, & multa diſtinguit nota-
tu digna, ad quem ſtudioſum remittimus
Lectorem.

Hac prima expleta quæſtionis parte, de-
uenio ad ſecundam: Fœlciſq; Diſtinctione
9 enucleabo; Aut Mulier minor annorum
vigintiquinque, ſe obligat pro dote alicui
tradita, vel tradenda, & obligatio ipſo iure
redditur nulla, & inſubſiſtens, ſi inita ſit ſi-
nè Iudicis Decreto, & ſtatutarijs ſolemni-
tatibus: & eſt ratio, quià in Iure non repe-
ritur cautum Mulierem minorem viginti
quinque poſſe ſe obligare pro dote ſinè De-
creto Iudicis, & Statutarijs Solemnitatibus,
vel conſtitutionalibus, ſicuti poteſt Mulier
maior, *Rot. recent. p. 1. decis. 177. num. 10.
et 11. et decis. 385 num. 7. p. 2. decis. 241. n.
8 et 10. p. 7. copioſiſſime Add. ad Rot. in recent.
decis. 460. num. 1. et ſeqq. et num 54. et num.
217. p. 4 Tom. 2. Card. Caualer. decis. 393.
num. 4. et 5. decis. 600. num. 2. et 3.* et cum
iſta diſtinctione inter maiorem, & minorem
Mulierem tranſiuit *Rot. in Rauenaten. Dotis
11. Aprilis 1644. Coram Recol. mem Cardinali
Corrado, et Royas optimè decis. 450. num 3. et
4. et in Tiburtina Donationis 17. Iunij 1652.
coram recol. mem. Dunozzetto.*

Aut igitur dè cauſa neceſſaria Dotatio-
nis, veluti quià ad id cogi poterat minor
tam maſculus, quàm Fœmina ex diſpoſitio-
ne legis, vel Hominis, & tunc valet dotem
conſtituere, & ſe obligare ſinè Decreto, &
ſolemnitatibus, non ex priuilegio Dotis,
ſed neceſſitatis ratione, *Alexan. VIII. prius
Ottobon. deciſ 126. num. 10. et 11. Rot. recent.
p. 5.* Tom *1. deciſ. 25. num. 13. et 14. et de*
Communi *D. D. calculo, et ſæpe ſæpius Sacræ*

Rotæ

Rota Romanæ promulgata ſententia authorizat Add. ad præfatam decis. 460. à num. 56. vſq. ad 58. *& acutiſſimus Zarat. decis. 75. num* 32. *& ſeqq. vbi num.* 32. ſubdit contrarium in alienatione pro Dote.

Et quamquàm *Narbon. dè Aetat. Tit. An.* 25. *ad Dot. conſtitut. quæſt.* 14. *& Rot. Diuers. p.* 1. *decis.* 588. *num.* 3. huiuſmodi Solemnitates, & Iudicis Decretum ſibi locum vendicare aſſeuerent, etiamſi Mulier minor ſibi Dotem conſtituere velit, alias non ſit iuridicè locus dotali lucro fauore viri.

Attamen cum lex diſponat, quòd Dos data ſit pro oneribus Matrimonij ſuſtinendis, vt in præcitat. *l. prò oneribus, cum ſuperius concordantibus*, crederem, ex eadem neceſſitatis ratione inducta a lege, poſſe Mulierem minorem aſſignare Dotem Marito ſinè Iudicis Decreto, & Solemnitatibus, & ex hac aſſignatione deberi Lucrum dotale; & eſt viuiſſima ratio, non ſolum ex prædictis inſurgens, ſed etiam quià, dùm Mulier dat viro corpus ſuum, moltò magis dat bona ſua, *Fontanell dè Pact. Nuptial. Tom.* 2. *Clauſ.* 5 *Glos.* 8. *p.* 8. *num.* 13. *pag. mihi* 161. cum *ſequen.* & in terminis Statuti Vrbis, *Pic. ad ſtat. vrbis lib.* 1. *cap.* 151. *Glos.* 7. *limit.* 15. *num.* 228. *pag. mihi* 77. Quamquàm *ibidem num.* 231. forſan non reminiſcens Pic. rationis vrgentiſsimæ adductæ *d. num.* 228. recedere videatur; ſed receſſus eſt in inproperium Pici non aſſignata ratione diuerſa à prima: Verumtamen in terminis Statuti multum commendarem, *Cirocb. diſcept.* 35. *num.* 25.

Conſequenter dum Mulier minor poteſt in propria dotatione contrahere ſine Decreto, & Solemnitatibus, poterit etiam tàm expreſſe, quàm tacitè confiteri ſuper Dote à Marito conſignata, quia vbi habet locum Confeſſio expreſſa, habet & tacita, *Ludouic. eadem decis.* 99. *num.* 20. *&* 21. *& Merlin. decis.* 345. *num.* 4. Tom. 1.

Nec obſtat Narbon. ibidem ſuprà, quià àb eodem allegatur *Text. in l. Titia cum eſſet minor* 63. *ff. dè Iur. dot.* ſed lequitur idem *Teſt. & Glos.* in reſtitutionem in integrum, & non in præiudicium Lucri dotalis fauore viri. Minùs releuat præfata *decis.* 588. *num.* 3. quià ibi allegatur Text. *in l. Lex, quæ Tutores* 22. C. *de adminiſtrat.* Tutor. ſed videnda eſt *Glos. in V. vel in Dotem*, quæ non tangit terminos propriæ dotationis; Sicquè concludendum eſt; quòd D. D. & Deciſiones
10 intelliguntur ſecundum allegationes, quas referunt *Cirocch. diſcept.* 4. *n.* 58. *& Rot. decis.* 302. *num.* 9. *recent. p.* 4. Tom. 2.

SVMMARIVM.

1 *Vxoris Confeſſio dè receptis Iocalibus iuncta præſumptione legali obligat ipſam vxorem ad reſtitutionem.*

2 *Mariti Confeſſioni in Mortis articulo ſuper traditione Iocalium facta vxori, vel ſuper amotione ipſorum Iocalium commiſſa ab vxore, an & quandò credatur, vel non?*

3 *Exceptio traditionis, vel amotionis Iocalium imputata vxori à Marito, an poſſit, vel ne retardare vxori Dotis reſtitutionem?*

4 *Retentio, ſeù Compenſatio an denegetur ſinè ſuppoſito credito non confeſſato, vel aliundè non iuſtificato?*

Vtrum Marito in Mortis articulo conſtituto confitenti, & aſſerenti, quod ipſe Iocalia, & alia pretioſa tradiderit in manibus ſuæ vxoris, vel quòd ab vxore fuerint amota, credatur, aut non? ità vt per hanc Mariti aſſertionem vxor dè Iure obligetur ad reſtitutionem, & Hæredes Mariti ob non iocalium reſtitutionem poſſint dotem retinere, vel compenſare valorem Iocalium cum Dote ab Hæredibus Mulieri reſtituenda?

QVÆSTIO XXII.

1 DIximus in noſtro *primo Tom. dè Confeſs lib.* 2. *quæſt.* 64. quòd vxoris Confeſſio dè receptis Iocalibus, cæteriſquè pretioſis ipſam grauare Mulierem ad Iocalium, aliorumque Pretioſorum reſtitutionem, iuncta ſignanter præſumptione, quòd penès eamdem, Matrimonio conſtante, Iocalia, & alia ad ipſius ornatum extiterint, ſicquè, ea diſſoluto Matrimonio, vxor retinuerit, vt *in d. quæſt.* 64. *n.* 3. *&* 4.

Videamus modò dè viro in Mortis articulo conſtituto, qui confiteatur, & aſſerat, Iocalia, & alia pretioſa tradidiſſe vxori ſuæ, eamquè ad reſtitutionem grauare: vel confiteatur ab vxore fuiſſe amota, an huiuſmodi Confeſſioni ſit credendum, & ex ea prò reſtitutione obligetur vxor? Negatiuè reſpondet *Rot. recent. p.* 18. *Tom.* 1. *decis.* 194. *ferè per tot.* & peculiariter *num* 20. *cum ſeqq. vbi num* 21. *&* 22. Subdit, quòd ſit multùm

aduertendum, ſi talis Maritus Teſtator in ſuo Teſtamento, in quo ſit talis Confeſſio, aliquem commiſſerit errorem, in hoc etiam pariformitèr erraſſe dicendum eſt; Cum facilè contingere ſoleat, vt Homo proximæ mortis cogitatione turbatus præteritorum reminiſcentiam amittat, & concordat. *Rot. recent. p. 19. decis. 73. num. 2. & 3.* vbi ſubdit, quòd Linteamina, Argenta, & Iocalia ad vſum Mulieris deſtinata penès vxorem remanſiſſe præſumitur, quandò concludentèr conſtare poſſit, quòd paulò antè obitum viri extiterint apud vxorem, alias perueniſſe præſumuntur ad Hæredes Mariti, *Rot. in eadem p. 19. decis. 86. num. 1.* vbi ampliat procedere, etiamſi talia bona remanſerint in Domo Mulieris, ſi in ea habitant etiam filij; quia in hoc etiam caſu (ſtante filiorum cohabitatione) præſumitur fuiſsè recepta a Filijs, ſi contrarium non probetur.

3 Qui filij hæredes, mediante exceptione amotionis, vel Iocalium traditionis aſſertæ à viro, non poterunt vxori retardare ſuæ dotis reſtitutionem Camerali obligatione, & iuramento informa munitæ ſub prætextu compenſationis, ſeù retentionis, donec ſaltem fiat Iocalium reſtitutio; & eſt ratio, quia legalis præſumptio, quòd Iocalia extare præſumantur, & cenſeantur penes vxorem procedit, quandò illorum Cuſtodia apud ipſam extitiſſe probetur: & hæc probatio
4 debet eſſe certa, & liquida ſaltem in ſubſtantia, itaut, dè ea conſtet vel per Inſtrumentum publicum, vel per partis Confeſſionem, vel per rem iudicatam, alias non eſt locus retentioni, vel compenſationi, vt in terminis caſus, dè quo agitur, *Rot. eadem p. 18. Tom. 1. præcitata in decis. 194 num 12. & 13. & decis. 245 num. 15. & ſeqq. & decis. 378 num 7. & ſeqq.* Quamquàm pro retentione contrarium ſentiat *Galles. dè oblig. Cameral. quæſt. 18. num 8. & ſeqq & ſignanter num. 12.* vbi *Zacch. dè Obligat. Cameral. in dicta quæſt. 18. num. 32.* ſed conciliat & diſtinguit *d. decis. 194 à num. 7. vſq. ad 9. & Rot. poſt. d. Zacch. decis. 130. num 8. & decis. 179. num. 22.* & benè *in decis. 180. num. 36.* quæ concordant cum præcitatis Deciſionibus *eadem p. 18. recent. Tom. 1.*

SVMMARIVM:

1 *Succeſſores ſi confiteantur, & aſſerant, poſſidere aliquid in vno loco, an, & quandò eorum Author in eodem loco poſſediſſe præſumatur, & probetur Bonorum identitas?*

2 *Filij, qui ſucceſſerunt Patri, an præſumantur, alia bona non poſſidere, niſi paterna?*

3 *An, & quandò bona poſſeſſa à Patre in aliquo loco cenſeantur eadem bona poſſideri à Filio, & quandò procedat?*

4 *Quid dicendum in filia fœmina, vel in Filijs Maſculis, ad quorum fauorem non concurrit qualitas induſtriæ, & temporis Diuturnitas? & quæ ſit Diuturnitas? et de tranſactionis Inſtrumento.*

Succeſſores ſi confiteantur in aliqua Regione, ſeù loco bona poſſidere, an talis Confeſſio influat in poſſeſſionem anteriorem ſui Authoris, & eiuſdem Authoris ex hac ſucceſſorum Confeſſione cenſeatur probata bonorum Identitas?

QVÆSTIO XXIII.

1 EST in Iure ſolida Concluſio, quòd ſi ſucceſſores aſſerant, & confiteantur, aliquid in vna Regione, ſeù loco poſſidere, & probetur, in eadem Regione, ſeù loco aliquid fuiſſe prius poſſeſſum ab eodem Authore, tunc iunctis adminiculis, præſumitur vnum, & idem poſſeſſum ab Authore, & poſſeſſum à ſucceſſoribus: Bonorumque identitas ſufficienter probata remanet etiam quoàd Authorem, *Merlin. decis. 776. num. 7. et ſeqq. Tom. 2. Coccin. decis. 1130 num 2. p. 2 et decis. 1987. num. 16 17. et 18. Tom. 4. et Rot. recent p. 2. decis. 706 num. 2 circa fin. Gregor. XV. decis. 575. num. 11. vers. verum in Materia et Rot. recent. p 19. d. 356. n. 19.*

2 Signantèr ſi ſucceſſores ſint Filij, qui non præſumantur alia habere bona, niſi paterna, *Alex cons. 13. num. 24. in fin. lib. 3. et Cons. 31. num. 8. lib. 4. Peregr. dè Fideicom. art. 44. num. 22. Gratian. diſcept. forens cap. 788. num. 15. & ſeqq. Tom. 4*

Et eſt ratio, quia dum coſtat poſſediſſe
3 Patrem in aliquo loco, tùnc aduerſus filium militat vrgens præſumptio Iuris, quòd ſint eadèm Bona, quæ à Patre Fideicommittente poſſidebantur; nec aliter identitas iuſtificanda eſt, niſi quatenùs probetur intermedia acquiſitio facta ab ipſo Filio, ſeù Filijs,

Rot.

Rot. recent. p. 12. decis. 432. num. 15. & p. 13. decis. 263. num. 6. & 7. & optimè Rot. recent, part. 19. decis. 209 num. 40. & 41.

Et hoc indubitanter procedit, ſi verſemur
4 in filia Fœmina, vel in filijs, vbi non concurrat qualitas induſtriæ, & temporis diuturnitas in acquirendo, iuxta notata per *Ferentill ad Burat. deciſ. 641. num. 29.* Tom. 2. *Rot. deciſ. 87. num 14. & deciſ. 258. num. 5. 20. & 21. p. 5. recent.* Tom. 1. vbi *in dicta deciſ 87. num. 14.* concluditur, quòd Decennium ſit modicum tempus in præſumenda Bonorum Acquiſitione, & alias diximus in p. tom. de Confeſſ. lib. 2. quæſt. 56. & in puncto Confeſſionis emiſſæ in Inſtrumento Tranſactionis, quod probet bonorum identitatem dixit *Rot. d. part. 19. decis. 81. num. 7. & ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Quot ſint extrema in ſpolij Iudicio probanda? & ex quibus vtrumq. probatum reſultet? & an ex Confeſſione?*

2 *Extremis in Iudicio ſpolij probatis, Spoliatus ſtatim reintegratur.*

3 *Per Confeſſionem ſpoliati, ſeù rem Iudicatam tollitur actio ſpolij, & reintegrationis intentata ab ipſo ſpoliato, & redditur ratio.*

4 *Spolium, quando eſt Iudiciale vigore ſententiæ, & mandati, an vltrà dicta duo extrema ſit aliud in eodem inſtanti probandum?*

5 *Iudex in ſpolij Iudicio quid ſignanter ſcire debeat, et obſeruare?*

6 *Confitens ſe fuiſſe ſpoliatum inſtando prò reintegratione repellitur, et quarè?*

7 *Inſtanti, ſe reintegrari, an deneganda ſit manutentio?*

8 *Agens Spolio habet ſe pro ſpoliato, et fatetur alium poſſeſſorem, et conſequenter denegatur manutentio.*

9 *Poſſeſſio quando præſumatur, vel non animo continuata?*

10 *Pupillo, ſeù minori adulto, quando concedatur, vel nè reintegratio ad bona alienata?*

11 *Ex quo Interdicto reintegratio Pupillo, et Adulto conceditur ob iniuſtam alienationem?*

12 *Cauſa, quæ requiratur ad diſtrahenda bona Pupilli, et Adulti.*

13 *Cauſa alienationis in contractu Pupillorum, et Adultorum an probetur ex ipſorum Confeſſione, et aſſertione?*

14 *Cauſas in alienatione prædicta, an ſufficiat, eſſe impulſiuas.*

15 *Quot requirantur, vt alienentur bona Minorum?*

16 *Contractus Minorum an ſit ipſo iure nullus, ſi deficiat iuſta, legitima, et ſufficiens cauſa?*

17 *Prædicta non exiſtente cauſa iuſta, legitima, et ſufficienti, an Pupillus, et Minor à ſua Ceciderit, vel nè poſſeſſione, et an reintegratio locum habere debeat in bonis alienatis?*

18 *Allegatio iniuſtæ cauſæ ſufficit ſolummodò pro reintegratione obtinenda.*

19 *Extremum Vtrumquè in hoc reintegrationis Iudicio fauore Pupilli, vel Adulti an ex inſtrumento venditionis facta à minore cum clauſula conſtituti probetur, vel nè?*

20 *Reintegratio, manutentio, vel quodcumquè aliud remedium poſſeſſorium non conceditur illi, qui cecidit à poſſeſſione facto proprio; et quod Interdictum detur:*

21 *Contractus nullus ex defectu ſolemnitatum prohibet Pupillo, et Adulto Interdictum reintegrationis; ſecus eſt ex defectu cauſæ*

22 *Interdictum reintegrationis, ſeù manutentionis an tranſeat, vel nè ad Hæredes Minorum quandò contractus redditur nullus ex defectu conſenſus*

23 *Et an prædictum Interdictum detur Hæredi, et contra Hæredem?*

24 *Iuſta cauſa an copulatiuè requiratur cum vtilitate, et ſolemnitatibus?*

25 *In contractu Minoris licet cauſa debet eſſe vtilis, an prò contractus ſubſiſtentia ſufficiat, quòd non ſit damnoſa?*

26 *Nullitas Contractus an veniat, vel non regulanda à voluntate Minoris? et quid ſi minor obtinuiſſet ſententiam ſuper eadem nullitate?*

Spoliati Confeſsio fauore ſpoliantis quos effectus dè Iure producat in retardatione Iudicij Spolij à ſpoliato intentati? & an reintegratio debeatur illi, qui faſsus fuerit, ſe fuiſſe ſpoliatum, & inſtat reintegrari? & quid dicendum in contractu inito à Pupillo, ſeu Adulto, aut ſine ſolemnitatibus, vel ſinè iuſta, & ſufficienti cauſa in alienatione præſcripta? & quomodò, & quando dicatur cecidiſse facto proprio à poſſeſsione, ità vt reintegrationi, ſeù manutentioni non ſit locus in, & ſuper Bonis alienatis?

QVÆSTIO XXIV.

1 DVo in Spolij Iudicio probanda veniunt neceſſaria extrema. Primò conſtare

 debet

debet dè antiquiori poſseſsione ſpoliati : ſe-
cundò liquere pariter debet dè poſſeſſione
ſpoliantis, *Ridolph. in Prax A.C. par. 2 cap. 14.
num. 91. et Rot coram recol. mem. Pamphilo,
poſtea Innocen. X deciſ. 131 num. 2. deciſ. 303.
num. 2. et 3. deciſ. 412. num. 1. 2. 3 et 6. et
deciſ. 534. num. 1. et 7.*

Quod primum extremum plenè, & con-
cluuenter eſt probandum, *Ridolph. ibidem
ſupra num 96. et 97. Pamphil. deciſ. 41. num.
16. dicta deciſ. 131. num 2. et 7.*

Quod ſatis probatum reſultat, ſi ſpoliatus
allegat, ſe poſsediſse dè tempore, quo fuit
ſpoliatus : ex quo enim probet, ſe prius poſ-
ſediſse, præſumitur continuaſse in poſseſsio-
ne vſque ad tempus ſpoliationis, licèt actum
ſpolij non probet, *Ridolph. ibidem ſupra n. 93.*

Secundum dè Iure liqueſcit Extremum
per litis ſubſtentationem iunctis adminicu-
li, *Ridolph ibidem ſupra Pamphil dicta deciſ.
412. num. 3. et 566. num. 2. et Priol, deciſ. 366.
num. 1. Ottbobon. deciſ 137. num. 20.*

Itaut dictum primum Extremum dicatur
probatum, etiamſi ſpoliatus confeſsus fue-
rit, ſpoliatorem Poſſeſsorem, *Pamphil. deciſ.
prædicta 566. num. 1,*

2 Quibus vt ſupra conſtitis, licet ſpoliatus
ſit ſtatim reintegrandus, *Ridolph. vbi ſupra
num. 94 et 95. Bich. deciſ. 179. num. 16. et
ſeq. et Merlin. deciſ. 775. num. 1.*

Attamen huiuſmodi non obſtantibus, ſi
3 iura ſpoliantis ſcilicèt Dominium, ſeù bona
ſpoliantis canonizata remaneant per con-
feſsionem ipſius ſpoliati, aut per rem iudi-
catam, ceſsat reintegratio fauore ſpoliati,
vt poſt *Ridolph. ibidem ſupra n. 144. et 145.
et optimè Bich. dicta deciſ. 179. num. 17. et ſeq,
tom. 1. et deciſ. 547 num. 20. tom. 2. Priol.
deciſ. 368 num. 3 et Alex. VIII. Ottob. deciſ.
304. num. 22, et ad alia num. 27. et ſeqq.*

Et propterea menti tenendum eſt, quod
4 ſi ſpolium fuerit iudiciale uigore ſententiæ,
& mandati Iudicis, vltrà dicta duo Extrema,
debet ſpoliatus probare, quod Iudex nulli-
ter, & iniuſtè proceſserit : huiuſmodique
nullitas, & iniuſtitia debet eſſe clara, & no-
toria, & deduci ex eiſdem actis, non autem
ex nouiter deducendis, & probandis, vt poſt
multos congeſtos D. D. *idem Ridolph. ibidem
ſupra num. 122. et 127. cum ſeqq. Rot. extra
Poſt. de manuten. deciſ. 518. num. 2.*

Iudexquè vlterius animaduertat, quod
5 magis attenditur, an Actor ſinè iuſta cauſa
ceciderit à poſſeſſione, quam ſi Reus poſſi-
deat cum vitio, vel ſinè, *Sperell. deciſ. 154.
num. 44. par. 2. et Merlin. deciſ. 775. num. 4.*

Animaduertat etiam, quòd talis reinte-
6 gratio non debetur illi, qui faſſus fuerit, ſe
fuiſſe ſpoliatum, & inſteterit, ſe reintegra-
ri; quia videtur, ſe haberè pro ſpoliato,
*Pamphil. decis. 46 num 1. 2. & ſeqq. & decis.
46. num 3 & 5. & decis. 365 num 2. & Rot.
poſt eumdem Poſt. decis. 595.* factoquè ſuo ſic à
poſſeſſione ceceiſſe dicatur, *Merlin. decis.
775. num. 2. Tom 2.*

Ita nec datur manutentio eidem vt ſuprà
7 confitenti, *Pamphil decis. 132. num. 9. 142.
num. 2. & decis. 365. num. 3.*

8 Et eſt ratio, quia Agens ſpolio, habet ſe
pro ſpoliato, & fatetur alium poſſeſſorem :
& ideò non poteſt ei dari manutentio, *dicta
decis. 74. num 3. & 5 & Poſth. dè Manutenen.
obſeruat. 57. num 42.*

Propterea vbi non conſtat, ſe habuiſſe pro
9 ſpoliato poſſeſſio præſumitur animo reten-
ta, & datur manutentio, & reintegratio,
vt *in dicta deciſ. 365. num. 2 & 3. & coram
Recol. mem. Merlin. deciſ. 632 n. 15. & 16 tom. 2.*

Ex his igitur animaduertendum eſse in-
10 fertur, quod reintegratio Pupillo, ſeù
Minori adulto, qui alienauit etiam cum
præſentia ſui Tutoris, vel Curatoris reſpe-
ctiuè, & cum ſolemnitatibus ſtatutarijs bo-
na ſtabilia abſquè iuſta, & ſufficienti cauſa,
ad eadem vt ſupra alienata bona concedi-
tur, *Sabell. var reſolut. cap. 4. num. 15. verſ.
In caſu autem, & n. 20. Thomat. deciſ. Marcb.
88. num. 9. & ſeqq.* & *Rot. recent par. 6. deciſ.
251. & benè Merlin. deciſ. 702. num. 5. et 6.*
11 vbi ſubdit, quod huiuſmodi cócedatur rein-
tegratio vel ex condictione legis, vel ex ca-
none reintegranda, aut ex officio Iudicis, &
inſurgit viuiſsima ratio, quià ad Pupilli bona
12 diſtrahenda legitima, iuſta, & ſufficiens
cauſa requiritur, *l. Minorum 6. l. Ob. Æs 12.
C. de Præd. Minor. et latè idem Sabell. præcitat.
cap. 4. et dicto num 5. vſque ad 20. et egregiè
recol. mem. R. P. D. Priolo deciſ.* 88. *num. 11.*
13 *et 12.* vbi, quod talis cauſa ſit probanda
aliunde, quàm ex aſsertione, & confeſsione
Pupilli, & Adulti, itaut huiuſmodi cauſa,
ſeù cauſæ impellant omnino Pupillum, ſeù
14 Adultum ad alienandum bona ſtabilia, *Rot.
poſt Pic. ad Stat. Vrbis deciſ 60. num. 22. et in
dicta deciſ. 88. num. 15. et ſeq. et bene Ricc.
deciſ. Archiep. Neapol. 226. num. 6. par. 1.*
Vbi dantur octo requiſita pro validitate
15 alienationis bonorum Minoris, & ibi *in
verſ. Attamen* docet, quandò talis alienatio
poſsit fieri ſinè ſolemnitatibus, & Iudicis
Decreto.

Qua vt ſupra iuſta, legitima, & ſufficien-
16 ti cauſa deficiente, certum eſt quod con-
tractus ſtatim dicitur nullus, & quod Pupil-
lus,

17 lus, ſeù Adultus à ſua non eeciderit poſſeſ-
ſione, nec eamdē poſſeſsionem in Emptorē
tranſtulerit, cum ſine iuſta cauſa nequeat
Pupillus, ſeù Adultus ſuam dimittere poſ-
ſeſsionem, & conſequenter reintegratio, ſeù
manutentio in bonis alienatis ſibi locum
omnino vendicat, *Merlin. præcitat. deciſ.* 702.
num. 5. *Thomat. eadem deciſ.* 88. *n.* 9. *& ſeqq.*
18 *& in præfat. deciſ.* 251. & in hoc caſu ſuffi-
cit talem iniuſtam cauſam allegare, abſque
eo, quod aliter probetur, *Ciroсh. diſcept.*
73. *num.* 50. *in medio.*

Et pro vtroque Extremo in hoc reinte-
18 grationis Iudicio probando ſatis ſufficiens
erit Venditionis Inſtrumentum factum a
Minore clauſula Conſtituti in forma muni-
tum, *Thomat. dicta deciſ.* 88. *num.* 9. *& in ea-
dem deciſ.* 251. *num.* 2. *Gregor. XV. deciſ.* 363.
num. 1. *& ſeqq. & ibi Add. lit. A. & Ridolph.
in Prax. A. C. par.* 2. *cap.* 14. *nu.* 101. & red-
dit rationem *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 502.
num. 4. *tom.* 3.

Non obſtat, quod Reintegratio, ſeù ma-
20 nutentio, aut quodcumque aliud remedium
poſſeſſorium minimè detur illi, qui a poſ-
ſeſsione proprio facto eeciderit, ſed debet
poſſeſsionem recuperare officio Iudicis, vt
in puncto etiam Minoris, vel Mulieris,
Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 503. *num* 27. 28.
& 29. *tom.* 3. *Poſt. dè Manutenen. obſeruat.* 57.
num. 2. 37. *&* 38. *& Rot. poſt eumdem deciſ.*
170. *num.* 8. 215. *num.* 27. *&* 324. *num.* 4.

21 Siquidem præcitati D. D. loquuntur, dum
Contractus eſt nullus ex defectu ſolemnita-
tum, quia in hoc caſu potuit Minor, vel
Mulier ſuam in alium transferre poſſeſsio-
nem; ſicque facto proprio à poſſeſsione ca-
dere; ſecus eſt, dum Contractus eſt nullus
ex defectu cauſæ legitimæ, quia tunc non
potuit Minor ab aliqua cadere poſſeſsione,
& conſequenter danda eſt vt ſupra reinte-
gratio, ſeù Manutentio, vt hac ſœderis di-
ſtinctione docet *Honded. Conſ.* 23. *num* 19. 20.
26. *&* 38. *in V. ſed, ſi Contractus, vol.* 1. *&
Conſ.* 23. *num.* 40. *&* 52. *et ſeqq. vol.* 2. *ver-
migl. Conſ.* 488. *num.* 11. *et Gratian. Tom.* 4.
Diſcep. forenſ. 704. *num.* 21. *Add. ad Gregor.
XV. decis.* 194. *num.* 38. *Rot. diuerſor. par.* 2.
decis. 93. *num.* 3 *bene Put. decis.* 277. *per tot.
lib.* 3. *et recent. par.* 6. *decis.* 251 *per tot. et præ-
ſertim num.* 14. *et par.* 7. *decis.* 178. & faciunt
etiam ea, quæ docet *Seraph. decis.* 135. *et*
1200. *et idem Sabell. eodem cap.* 4. *num.* 18. *et
ſeqq. vbi num.* 21. ſubdit, quòd reintegratio-
22 nis remedium tranſit hinc indè ad Hære-
23 des: & ſic datur Hæredi, & contra Hæ-
redem.

Et quamquam in Minoris Contractu pro
24 illius ſolida validitate copulatiuè requiran-
tur Vtilitas Minoris, ſolemnitas, & iuſta
cauſa: itaut vno deficiente, alterum corruat;
quia vnum altero non ſuppletur, ex latè
cumulatis *a recol. mem. Arguell. deciſ.* 13 *num.*
9. *et diffuſe Capyc. Latr. lib.* 1. *Obſeruat. in deciſ.*
19. *num.* 12. *et ſeqq.*

Cauſa tamen pro validitate contractus, li-
25 cet debeat eſſe vtilis, ſufficit, quod ſaltem
non ſit damnoſa, & præiudicialis, *Rot. co-
ram R. P. D. Priolo deciſ* 224. *num.* 8. & 9.

Et quando Contractus Minoris eſt nullus,
26 aduertendum eſt, quòd id ſemper procedit,
ſi ipſe Minor velit, alias, ipſo Minore non
volente, ſtat firmus contractus: quamuis ſe-
mel Minor dixiſſet de Nullitate, & obti-
nuiſſet ſententiam ſuper ipſius Contractus
annullatione, cum poſſit poſtea pænitere,
& dicere, quod vult ſtare dicto Contractui,
vt luculenter *idem Capyc. latr. lib.* 1 *deciſ.* 19.
num. 9. *cum ſeqq. & dixi etiam in meo prim. tom.
dè Confeſſ. lib.* 2 *quæſt.* 13. *num.* 64. *verſ. Quæ
Statutaria, in V. Et tunc.*

SVMMARIVM.

1 *Monialium Conquaſtina Confeſſioni an ſit cre-
dendum, vel non, dum huiuſmodi Confeſſio con-
cernat neceſsitatem famis?*

2 *An pro hac probanda neceſſitate valeat vel nè
aſſertiua Epiſcopi?*

3 *Quid ſit Fames? & an Venter dilationem pa-
tiatur?*

4 *Neceſſitas Legum Omnipotentiam vincit.*

5 *Neceſſitas facit licitum id, quod alias dè Iure
eſt illicitum.*

6 *Imminente famis caſu à quibuſuis Iuris ſo-
lemnitatibus eximitur in Eccleſiæ bonis diſtra-
hendis.*

7 *Et ſignanter dum conſtat de verſione in cau-
ſam famis, vel alterius extremæ neceſsitatis: &
cui incumbat onus verſionem probandi diſtin-
guitur.*

8 *Moniales bona dum diſtrahunt ob cauſam fa-
mis, an peccent?*

9 *Furtum ob extremæ neceſsitatis caſum commiſ-
ſum, an ſit dè Iure punibile, & quid in foro
Conſcientiæ?*

10 *Et vtrum recipiens teneatur ad reſtitutionem
rei furatæ, ſi redeat ad pinguiorem Fortunam?*

11 *Quid liceat comedere, & diſtrahere cauſa
famis?*

12 *Diſtractio bonorum Eccleſiæ an poſſit ab Epiſ-
copo concedi vltrà viginti ſolidos?*

13 *Arbitrium Epiſcopi an operetur in diſtrahen-
dis bonis Eccleſiæ, & quomodò ſit regulandum?*

QVÆ-

Conquæſtiuæ Famis Confeſſioni à Monialibus
emiſſæ an ſit ſimpliciter credendum? &
hac vera exiſtente cauſa, poſſint Mo-
naſterij bona ſinè alijs Cano-
nicis ſolemnitatibus
validè alie-
nari?

QVÆSTIO XXV.

NOn Defertur ſimpliciter Conquæſti-
1 uæ Monialium Confeſſioni ſuper ex-
trema Famis neceſſitate, niſi aliundè ſaltem
ſummatim Epiſcopo Conſtet dè huiuſmodi
neceſſitate, *Redoan dè reb. Eccles. alien. vel
non, quæſt.* 57. *num.* 16. Itaùt nec Epiſcopo ſi-
2 nè dictæ cauſæ probatione ſit credendum;
quia in his, quæ ſinè certa cauſa fieri neque-
unt, actum Gerenti non creditur circa in-
teruentum cauſæ? *Caualer. decis* 439. *num.* 6.
Verum quia exſterius, & interius Fames
3 cruciat, & acutiſſimus eſt gladius, venter-
què dilationem nó patitur iuxta tradita per
Surd. dè Aliment.tit. 1. *quæſt.* 44. *num.* 35. *et* 36.
4 & hæc neceſſitas Legum Omnipotentiam
vincit, & deridet., *Paul. Rub. de Validit. legal
in ſuis controuers. Forens cap,* 43. *num.* 33. *et*
5 34. imò faciat licitum, quod alias eſt dè Iu-
re illicitum, *idem dè Rub. ibidem ſupra cap.*
63. *num.* 91. & alia, *idem num.* 80.
6 Iure igitur meritò huiuſmodi imminentis
famis a Monialibus confeſſus caſus remanet
exemptus a ſolemnitatibus Iuris Canonici,
dè quo caſu ſummariè conſtito, ſubſiſtens
eſt alienatio bonorum Monaſterij etiam ſi-
ne alio aſsenſu Epiſcopali, ſeù Apoſtolico,
& alienatio retractari nequit, *Redoan. in præ-
citat. tract. quæſt.* 19. *num.* 29. *& ſeqq. pag. mi-
hi* 67. *in prima col. & quæſt* 55. *num.* 36. *cum
ſeqq pag. mihi* 232. *in* 2. *col. & Ricc. deciſ.
Archiep. Neap.* 226. *num.* 2. *par.* 1. & dixit
Gloſ. in Can. Terrulas 53. *cauſ.* 12. *quæſt.* 2. *in
V Exiguas, erga finem dicti V.*
7 Et indubitanter procedit, dùm conſtaret,
de verſione in dictam imminentis neceſſita-
tis cauſam, vt latè probaui *in meo primo Tom.
dè Confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 13. *à num.* 69. *vſq. ad*
76. & ſicuti ego ibi diſtinxi, diſtinguit etiam
inter alienationem ex cauſa neceſſaria, &
voluntaria, & dè modis probandi verſionem
Pacion. de locat. & conduct. cap. 14. § 10. *num.*
14. *& ſeqq.*

Quæ verſio in vtilitatem recipientis pro-
batur ex ſola receptione, ſi receptio fiat ex
contractu valido: ſecus eſt, ſi fiat receptio
ex contractu nullo; quia tunc dè verſione
docendum eſt à ſoluente, *Gratian. Diſcept.
Forens. tom.* 4. *cap.* 720. *num.* 24. *et* 25. *et Du-
ran. decis.* 18. *num.* 28. 29 *et* 30. *et Pacion. d.
cap.* 14. §. 7. *num.* 67. *cum ſeqq.* & optime in
vtroque caſu *Sperell. par* 2. *in decis.* 154 *num.*
104. *et* 105. & de hac verſionis materia vi-
denda eſt celebris *decis.* 162 per totam *caræ
recol. mem. Alvergato part.* 14. *recentior.*
Et mihi multùm arridet ſententia *Gloſ. in*
8 *cap. Dilecti* 18. *V. Dilapidatione poſt princ. de
Accuſat. et Inquiſit.* Quod in hoc caſu Mo-
niales non peccarunt; & eſt viuiſſima ratio,
quia Conſcientia non ligat, quos Natura
non obligat, *Nauar Cons.* 9. *dè empt. et vendit.
num.* 6 *et* 7. *lib,* 3. *Duran. Decis.* 18. *num.* 14.
quibus adhæret *Rot. coram R. P. D. Meltio in
Romana Fructuum cenſus, veneris* 14. *Iunij*
1647 § *Non obſtat, quod, in V. cum* Conſcien-
tia.
Et pro huiuſmodi corroboranda ſenten-
9 tia faciunt ea, quæ à Iuriſtis, & Canoniſtis
communiter adducuntur, quòd ob Famis
neceſſitatem extremam furtum in vnoquo-
què Iure redditur impunibile, vt latè *Fari-
nac. Tract. dè Furt. quæſt.* 173. *num.* 68, *& ſeq.*
10 Itaùt nec in foro Conſcientiæ, ſi non aufe-
ratur ab eo, qui ſit in pari neceſſitate, fiat
peccatum, nec ad reſtitutionem teneatur;
quia in huiuſmodi caſu non dicitur furtum
fieri, ſed dè Iure naturæ quis recipit, quod
ſuum eſt, *Laym. in ſua* Theolog. *moral. Sect.*
5. *Tract.* 3. *cap.* 1. *lib* 3. *num.* 7. *et* 8. *pag mi-
hi* 61. *et* 62. *et Bonace. in ſua* Theolog. *moral.
tom.* 2. *tit. dè Reſtit. in particul. Diſput.* 2. *quæſt.*
8. *punct.* 3. *prima propoſit. num.* 1. *& Redoan.
dè Reb. Eccles. alien. vel non, quæſt.* 19. *num.*
69. *vbi num* 70. *et ſeqq.* Subdit, quod pro-
pter neceſſitatem famis Dauid cum ſuis Co-
11 medit Panes Propoſitionis, quos manduca-
re tantummodò Sacerdotibus erat permiſ-
ſum, *et num.* 72. pariter ſubdit, quòd pro-
pter neceſſitatem Famis Pater diſtrahere
poteſt Filium; eoquè igitur magis licitum
eſt Monialibus diſtrahere bona Monaſterij,
ne ipſæ fame pereant.
Et quandò huiuſmodi neceſſitatibus vt
12 ſupra compertis obuiam iuit Epiſcopus, tra-
dendo licentiam alienandi etiam vltra vi-
ginti ſolidos iuxtà terminos *Gloſ. in præcitat.
Can. Tertulas in prædicto verbo exiguas*, ſeù
etiam vltra viginti quimque ſcuta aurea, ſi-
uè ſcuta quinquaginta argentea, iuxta teno-
rem *Epiſtolæ Sacræ Congregationis Epiſcoporum,
& Re-*

& Regularium exarata Epiſcopo Fauentino ſub datum Romæ 22. Maij 1601. pro declaratione dicti Can. Terrulas, eo maximè alienatio ſubſiſtit, quia Epiſcopus prouidere tenetur Monialium indigentijs, *ad Text. in Can. Ad Reatum, diſtin.* 81. & conferunt ea, quæ *Gregorius XIII. ſanciuit in ſua Conſtit.* 8. *tom. 2. Bullar. Roman.*

Et in huiuſmodi Famis emergentibus, cęteriſque neceſsitatibus non reperitur in Iure
13 determinata quantitas, ſed Epiſcopi arbitrium ità ſibi locum vendicat, vt eiuſdem arbitrio remittatur quantitas alienanda, inſpecto ſtatu Eccleſiæ, imminenti neceſsitatis periculo, & Perſonarum Conditione, *Vt Barboſ. ſuper eodem Can. Terrulas num. 3. pag mihi 244. tom. 5. in Collect. Iuris Pontific. Vniuerſ. & latè idem Redoan. in pracitat. tract. quaſt.* 10. *per tot.* & ſignanter *num. 13. & 14. & Ricc. in Prax. tit. dè Alienat. rer. Eccleſ. Reſolut. 36. erga fin. pag. mihi 16. & Nicol. in Floſc. V. Alienatio, in princip. & Pignattel. lib.* 6. *Conſultat. 95. num. 14. & 15. & 16.*

SVMMARIVM.

1 *Verba Laudantis, & Vituperantis ad mentem ſunt intelligenda.*
2 *Confeſſarius ſi in actu Confeſsionis, vel aliàs protulerit Verba ſuper pulchritudine Mulieris Pænitentis, an ex huiuſmodi Verbis elicitur Confeſsio inductiua ad ſollicitandam Mulierem Pænitentem?*
3 *Confeſsio tacita an operetur idem, quòd expreſſa in caſu ſollicitationis, & redditur ratio dè tacito, & expreſſo.*
4 *Veriſimilitudo in Confeſsione quem præbeat intellectum?*
5 *Confeſsio an comprehendat neceſſarium antecedens, vel conſequens?*
6 *Tacitum quando plus non debet poſſe, quàm expreſſum?*
7 *Quæ inſpicienda ſint contra Sacerdotem pro aſſequenda ſollicitatione?*
8 *Quibus pœnis plectantur ſollecitantes Fæminas ad Turpia?*

Confeſſarius in actu Sacramentalis Confeſsionis vel ante, aut poſt ſi laudauerit Mulieris Pœnitentis Pulchritudinem, an ex huiuſmodi prolata laudatione oriatur ipſius Confeſſarij tacita, vel expreſſa confeſsio ad turpem Sollicitudinem influens,

.§.§.§.

QVÆSTIO XXVI.

INter Verba Laudantium, ſiue Vituperantium ex Confeſsione emanata ſem-
1 per ad mentem recurrendum eſt, vt *ex Canon. Inter 55. Cauſ. 11. quaſt. 3.*

Quæ ex Confeſsione declarata Mens ſatis
2 elicitur pro ſollicitatione ad Turpia, dum in huiuſmodi Supremo Pœnitentiæ Tribunali deſtinato ſolummodo ad obtinendam Peccatorum Veniam ergà ipſam Sacerdos Mulierem profert verba ipſius Fœminę Pulchritudinem laudantia: & eſt ratio per *Conſtit. 34. §. 4. Gregor. XV. in 3. tom. Bullar. Roman.* Quià dum dictus Pontifex, cæterique eiuſdem Succeſſores generaliter prohi-
3 bent ſollicitationem in Confeſsione, idem ſit, Verba expreſſa, vel tacita proferre: quia dum verba tendunt ad eumdem finem, taciti, & expreſsi eadem eſt virtus; & Fœmina tenetur Epiſcopo, vel Sacræ Inquiſitionis Miniſtro denunciare ſub pęnis contentis in dicta Sacra Conſtitutione Gregorij, cæterorumq; Succeſſorum Pontificum, vt in his terminis Venuſtatis laudatæ Pœnitentis Mulieris probat *Anton. Volp. Reſolut. moral 183. per tot. & ad caſum num. 7. in V. Sollicitare, pag. mihi* 530. *cum ſeq. ex Dian. in Sum. V. ſollicitantium Denunciatio num.* 13.
4 Et eſt ratio, quia ille intellectus eſt veriſimilis, & applicationi aptior, qui eſt ſubiectæ materiæ, *Fontanell. de Iure Patronat lib.*
5 1. *quaſt. Canon. 3. num* 3. Nam Confeſsio comprehendit neceſſarium Antecedens, vel ſubſequens, *Vermigl conſ. crimin. 216. num. 2.*
6 & tacitū plus non debet poſſe, quàm expreſſum, *Merlin. deciſ. 349. num. 9.* ſicquè implicita Confeſſio ſufficit, & probat, *Rot. recent. part. 9. Tom. 2. deciſ. 363. num. 5.*
7 Itaut, ſiuè inter ſe, ſiue cum alijs quomodolibet perpetranda ſollicitatio inſurgat in actu Sacramentalis confeſſionis, ſiuè antea,

vel

vel poſt immediatè, ſiuè occaſione, vel prætextu Confeſſionis, etiàm ipſa cōfeſſione non ſequta, ſiuè extrà occaſionem confeſſionis in Confeſſionario, aut in loco quocunquè vbi Confeſſiones Sacramentales audiantur, ſiue in loco pro ſacris Cōfeſſionibus electo ſimu-
6 letur Confeſſionem audiri à Confeſſario, procedendum ſit pœnis præſcriptis contra Confeſſarium, ſeù Confeſſarios, tanquàm ſuſpectos de Hæreſi; vt in dicta Conſtitutione Gregoriana, & tradunt *iidem Volp. in eodem V. ſollicitare in Introduct. num. 2. Quaran. in ſum. Bullar. Pontifici in V. Confeſſor, verſ. ſi tenendum eſt autem, pag. mihi 198. & Genuenſ. in in Prax. Archiep. Neapol. Cap. 81. num. 2. pag. mihi 259. in prim. Col.*

SVMMARIVM.

1 *Viſitationis Materia valdè intricata.*
2 *Baſilicæ, quæ per diuerſa loca conſtruuntur, & conſtructa fuerint, ſunt Epiſcopo ſubiecta.*
3 *Epiſcopus ad Monaſteria valet accedere, quoties ipſi placuerit.*
4 *Pluriès in anno valet Epiſcopus viſitare Regularium Monaſteria: intellige num. 8.*
5 *Quotannis Epiſcopi tenentur viſitare etiam totam Diœceſim, dummodò non veniant impediti, ſed contrarium num. 6.*
7 *Viſitandi Facultas per nō vſum nō præſcribitur.*
8 *Epiſcopo Ius viſitandi Monaſteria Regularium quandò competat?*
9 *Ius aſſiſtit Epiſcopis pro viſitatione.*
10 *Abbatis Confeſſio, & aſſertio ad impediendum Epiſcopum, nè Viſitet, tanquàm ipſe Abbas exemptus exiſtat Apoſtolico Priuilegio mediante, non releuat.*
11 *Epiſcopus viſitando etiam corrigit.*
12 *Epiſcopo dandn eſt manutentio ſuper iure Viſitandi, & corrigendi &c.*
13 *Exemptio à Iure viſitandi non inducitur ex nuda aſſertione illius, qui eam prætendit.*
14 *Priuilegium, dicitur, non adeſſe, ſi non producatur.*
15 *Actus in contrarium Facti ab Abbate an impediant Antiſtitem à iuriſditione viſitandi?*
16 *Scientia, & patientia Epiſcopi quid operetur per actus in contrarium Factos ab Abbate, vel alia Perſona exempta?*
17 *Abbatis Confeſſio, quæ in ſui fauorem non releuat, quandò releuet in Epiſcopi fauorem?*
18 *Epiſcopus quomodò habeat fundatam intentionem viſitandi omnia loca ſuæ Diœceſis? & pro ipſo viſitandi Iure an detur manutentio?*
19 *Quaſi poſſeſſio viſitandi acquiſita ab Anteceſſore Epiſcopò, an iuuet ſucceſſores?*
20 *Ampliatur etiam in exercitio aliorum ad Epiſcopum pertinentium.*
21 *Quid dicendum eſt, ſi Iuriſdictio reddatur turbida?*
22 *Vnicus actus an ſit ſufficiens, & quandò ad acquirendam poſſeſſionem viſitandi?*
23 *Exemptio à Viſitatione Epiſcopali per quem modum præciſum doceatur?*
24 *Generalis exemptio non includit viſitationem Epiſcopalem, & quarè? & quid dicendum, ſi priuilegium vigeat fauore Religionis Hieroſolymitanorum? & quandò Populus ſit Epiſcopo ſubiectus?*
25 *Ius viſitandi quid reſpiciat fauore Epiſcopi?*
26 *Exemptionis Priuilegium cui, vel quibus cenſeatur conceſſum? vel cui aut quibus denegatum? & quæ verba inferant in Exemptionis conceſſionem, & quæ in denegationem?*
27 *Priuilegia de Perſona ad Perſonam non extenduntur, nec de locò ad locum.*
28 *Eccleſia ſubiecta Abbati pleno Iure, aut Vtroque Iure, quam ſubiectionis ſpeciē habere dicatur?*
29 *Vnio facta Eccleſiæ pleno Iure, aut Vtroque Iure, quid importet?*
30 *A quo, ſeù quibus denotetur Priuilegium exemptionis?*
31 *Simplex Exemptio non infert ad territorium, & quare? ſignantèr ſi Epiſcopus agat Auctoritate delegata in vim Tridentini Concilij, & quicquid per Priuilegium Exemptionis non admittitur, cenſetur loci Ordinario reſeruatum.*
32 *Ius Viſitandi alieni conceſſum non cenſetur conceſſum priuatiuè quoad Epiſcopum.*
33 *In limine fundationis Eccleſiæ aut loci pij an poſſit aliquis ſibi, vel ſuis cauere, nè valeat Antiſtes Viſitare?*
34 *Conſentiens Epiſcopus in fundatione Eccleſiæ &c. ſuper non Viſitatione ſibi, & ſuis præiudicat ſucceſſoribus.*
35 *Limita, ſi fuerit Ius quæſitum Epiſcopo, quia tunc præiudicium non infertur.*
36 *Epiſcopus dicitur ordinaria Poteſtate exutus in Viſitatione, quandò in Priuilegio fuerit conceſſa Abbati Poteſtas inſtituendi, deſtituendi, Viſitandi, & corrigendi &c.*
37 *Viſitatio in dubio facta præſumitur Iure Ordinario.*
38 *Ab hac legali Præſumptione in quibus caſibus receditur?*
39 *Quaſi poſſeſſio Exemptionis à Viſitatione ex quibus probata reſultet? & acquieſcentia in repulſa Viſitandi, quid operetur?*
40 *Acquieſcentia in Viſitatione ex quibus tollatur?*
41 *Epiſcopus excommunicare poteſt illos, qui audent impedire Viſitationem ſine vitio Attentatorum, & non adhibitis denunciationibus.*
42 *Intellige, ſi procedat vt Pars ad proprij Iuris conſeruationem, non autem, vt Iudex.*

43 Et

43 *Et ſi non ſit facta violentia.*

44 *Trina monitio, ſeù terminus trium dierum quando requiratur, vt Impedientes Viſitationem denuncientur excommunicati?*

45 *Epiſcopus intrà terminos ſuæ Diœceſis ſe continere, dicitur, dum viſitat ſua Loca, & nullius Diœceſis, ſi ipſe Viſitans ſit vicinior Epiſcopus.*

46 *Epiſcopus Vicinior viſitat etiam Hoſpitale; licet ſubiectum Regiæ Poteſtati, & nullius Diœceſis.*

47 *Epiſcopus Proximior dum habet auctoritatem viſitandi Eccleſias nullius Diœceſis, habet etiam facultatem corrigendi, & emendandi &c.*

48 *Intellige per ſe ipſum tantum, & non per alium.*

49 *Extrà viſitationis tempus an valeat Epiſcopus corrigere Exemptos, vtputà Prothonotarios Apoſtolicos, & alios?*

50 *Et quandò poſſit viſitare Societates laicales?*

51 *Abbatiſſæ Monialium an ſit licitum viſitare ſuum Monaſterium, & intra ſui Monaſterij?*

52 *Vtrum Abbatiſſæ tribuatur Ius viſitandi acquiſitum per vnicam vicem, & an detur aduerſus Epiſcopum manutentio?*

53 *Ius viſitandi Monaſterium & Loca ſubiecta competit Abbatiſſæ priuatiuè quoàd Epiſcopum, exceptis his, quæ reſpiciunt curam Animarum.*

54 *Actus facti ab Epiſcopo, & ab Abbatiſſa contradicti non conſtituunt ipſum Epiſcopum in quaſi poſſeſſione viſitandi.*

55 *Beneficiati exiſtentes in Eccleſia Monaſteriali ſunt Abbatiſſæ ſubiecti, & ab ea viſitari poſſunt, & ab Officio amoueri, licet Fæmina ſit incapax Iuriſdictionis. & pro hac viſitatione extrà Monaſterium poteſt alium in ſui vice deputare, & latè ad alia &c.*

56 *Ex pluribus viſitationibus, quæ ſint attendendæ viſitationes?*

57 *Intermedia viſitationes an præſumantur?*

58 *Probatis extremis, media præſumuntur.*

59 *Ex viſitationis libro probantur viſitationes.*

60 *Antiſtites quid agere debeant antè incohandam viſitationem, & quid punctualiter exequtioni demandare debeant poſt viſitationem?*

An Abbas, vel Quiſuis alius confiteatur, & aſſerat, ſe ipſum, eiuſque Eccleſiam gaudere per Priuilegium exemptione ab Epiſcopali Auctoritate (hac mediante Confeſſione, & aſſertione) cenſeatur etiam exemptus à viſitatione Epiſcopo conceſſa in Eccleſijs Parochialibus Regularium in ſua Diœceſi exiſtentibus; & quid dicendum, ſi tale Priuilegium ſit etiam munitum Clauſula = Pleno, vel vtroque Iure? Et multa alia adducuntur opportuna ſuper huiuſmodi materia, etiamſi Monaſterium Abbatiale ad Perſonam ſecularem tranſeat, Et quid in Monialium Abbatiſſa?

QVÆSTIO XXVII.

ASſumo Epiſcopalis Viſitationis mate-
1 riam valdè intricatam, teſte *Gregor. XV. decis. 4. num. 19. & recol. mem. Bich. decis. 397. num. 16. tom. 1.* ſed adiuuante Altiſſimo, à quo omnia procedunt, diſſoluere conabor. Et pro hac diſſolutione facienda præmittendum eſſe cenſeo, quod in Iure Canonico claram habemus diſpoſitionem per hæc præciſa Oracula, *ex Can. Omnes Baſilicæ 10. in cauſ. 16. quaſt. 7.* ibi = Omnes Baſilicæ,
2 quæ per diuerſa loca conſtructæ ſunt, vel quotidiè conſtruuntur, placuit ſecundùm priorum Canonum regulam vt in eius Epiſcopi poteſtate conſiſtant, in cuius Territorio poſitæ ſunt = *Et ex Can. Viſitandi 28. in*
3 *cauſ. 18. quaſt. 2.* ibi = Viſitandi, exhortandi què gratia ad Monaſterium quotiès placuerit, ab Antiſtite Ciuitatis accedatur = Et ex *Can. Non ſemel ſeq. pariter* ibi = Non ſemel, ſed ſæpius in anno Epiſcopi viſitent
4 Monaſteria Monacorum, & ſi aliquid corrigendum fuerit, corrigant =
5 Quæ Viſitatio quotannis vt ſuprà Epiſcopis iniuncta procedit etiam per totam Diœceſim; quia Epiſcopi poſſunt, imò prò ſuo Officio debent quolibet anno, ſi non veniant impediti totam Diœceſim, & cunctas Parochias viſitare, & exquirere, vt in *Cap. Conquerente, de Offic. Ordinar. & in Can. Decernimus 10. quaſt. 1.* cum alijs latè cumulatis *à recol. mem. Merlin decis. 101. num. 2. & ſeqq. & in Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 3.* At

6 *Barboſ. dè Offic. & Poteſt. Epiſc. par. 3. Allegat. 73. num. 39. cum pluribus D. D.* firmat,
quòd nullum certum tempus præſcriptum eſt, intra quod teneatur Epiſcopus Viſitationem concludere, ſed arbitrio ipſius relinquitur, quod tamen tempus debet eſſe diſcretum, & moderatum.

7 Quæ Viſitandi facultas aduertendum eſt
primo, quòd per non vſum Epiſcopo non officiet, nec ſuper ea per dictum non vſum, veniat inducenda præſcriptio, *Merlin. præcitat. in decis. 101. num. 3. & ſeqq.* & latè videndus *Barboſ. de Offic. & Poteſt. Epiſcop. Tom. 3. Allegat. 157. per tot.*

Eſt ſecundò conſiderandum, quòd dicto-
8 rum Sacrorum Canonum vt ſupra enunciatorum Diſpoſitiones hodiè ſolummodò ſibi locum vendicant fauore Epiſcoporum contra Regulares, quandò in Monacurum Cœnobijs non vigeat regularis Obſeruantia, vt ex claris notis *Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 21. cap. 8. de Reformat.* & Canonizzauit etiam *Rot. coram Clar. mem. Cardinale Celſo, decis. 17. num. 11.*

Ex quibus vt ſuprà firmatis, cum clarè
9 liqueat dè Iuris aſſiſtentia fauore Epiſcopi, certum eſt, quòd Abbatis, vel ſuperioris Regularis, aut cuiuſuis Alterius Confeſſio,
10 & aſſertio in, & ſuper prętenſa exemptione Iuris accedendi ad Regularium Monaſteria, & reſpectiuè Eccleſias, illaſquè Viſitandi Epiſcopo competentis non ſubſiſtit, nec
11 ipſum repellit Epiſcopum ab exercitio Viſitationis, & correctionis, cæterorumquè ad Epiſcopum ſpectantium, ſed ſuper præ-
12 dictis danda erit Epiſcopo manutentio; cum in Iuriſdictionalibus fauore Epiſcopi ſola Iuris aſſiſtentia ſufficiat prò legitima concedenda manutentione, *Canaler. decis. 506. n. 4. Coccin. decis. 786. par. 2. & optimè Bich. tom. 1. decis. 160. num. 23. & 24.* Et ad ni-
13 hilum ſuff agatur ſimplex Aſſertio, & Abbatis, vel Alterius Confeſſio pro exemptione; & eſt viuiſſima ratio: quià Priuilegium
14 non adeſt, quandò non exhibetur; cum paria ſint, non adeſſe, & non apparere, *l. in lege 77. ff. dè contrahen. emption & Rot. recent. par. 19 decis. 234 num. 10. & 11.*

15 Huiuſmodiquè fauore Epiſcopi procedit, etiamſi adſint aliqui actus f. cti ab Abbate, ſeù ab alia Perſona Exemptionem prætendeute; qui actus concurrant cum actibus geſtis ab Epiſcopo, ſeù Ordinario Iuris aſſiſtentiam habenti, *Rot. coram R. P. D. Priola dec. 338. num. 18. vbi num. 19.* ſubdit, quòd di-
16 cti Actus nullum parant præiudicium, niſi doceatur dè ſcientia, & patientia Ordinariorum, & prius *Rot. coram Coccino deciſ. 786. num. 6. & 7. par. 2. & deciſ. 832. nu. 9 eadem par. 2. & Bich. tom. 1. deciſ 100. num. 7. & deciſ. 194. num. 6. & 7. & deciſ. 267, num. 20. & 21. cum ſeqq.*

Cæterum prędicta Abbatis Confeſſio, quę
17 ad ſui fauorem non ſuffragatur, ſuffragabitur Epiſcopo, ſi fiat ab Abbate aſſerente, Epiſcopum eſſe in ſuæ Diœceſis limites, & Abbatialem Eccleſiam viſitaſſe, aliaquè in ea feciſſe ad Ordinarium ſpectantia, vt *in d. deciſ. 338. coram Priola num. 4. cum ſeqq.*

Siquidèm indubitatum eſt, quod Epiſco-
18 pus habeat fundatam Intentionem circa Ius Viſitandi omnia Loca exiſtentia intra fines ſuæ Diœceſis: itaut probata ſituatione, competat Epiſcopo manutentio, *Rot. in Iuuenaten. Iuriſdictionis 5. Martij 1677. et 22. Aprilis 1678. coram R. P. D. Bourlumont* & ſequitur *Cardinal. Albic. in annot. ad deciſ. 48. Pamphil. poſtea Innoc. X. num. 7. verſ. Hoc autem eſt*, & copioſe *in annot. ad deciſ. 387. nu. 10. verſ. Iuris aſſiſtentia*; & originatur ex ſententia *in eodem Canon. Omnes Baſilicæ, ibiq; optimè Barboſ. in Collect. D. D. Iuris Pontific. Vniuerſ. tom. 5. & diffuſè Priol. in eadem deciſ. 338. num. 3. & 4. & ſeqq. & Coccin. d. deciſ. 786. num. 1. & ſeqq. & deciſ 810 num. 1. & ſeqq. vbi num. 3.* ſubdit, quod quaſi poſſeſſio
19 deducta ex Viſitationibus factis ab Ordinario anteceſſore iuuet ſucceſſores.

Et non ſolum Viſitandi, ſed etiam omnia
20 alia exercendi quomodolibet ad Epiſcopum attinentia *Poſt. dè Manutenen. Obſeruat. 45. num. 6. & ſeqq. & idem Card. Albic. ad dictam deciſ. 48. num. 6.*

Et hoc procedit, niſi talis Iuriſdictio red-
21 datur turbida, aut offuſcetur actibus, ſeù probationibus contrarijs, vel alius reperiatur in poſſeſſione, *Canaler. deciſ. 656. num. 10. & latè idem Card. Albic. in Annot. ad eamdem deciſ. 48. num. 7. verſ. Et licèt verum*, vbi ſubdit, quod per vnicum actum, ſinè con-
22 tradictione geſtum acquiratur quaſi poſſeſſio Viſitandi. Sed quomodo ſit huiuſmodi intelligendum, an Iure Ordinario, vel Delegato, dicam hic infra in ſuis locis.

Huiuſmodique Viſitandi Ius fauore Epiſ-
23 copi procedit, quamuis Monaſteria, ſeù Loca pia Religioſa ſint alias exempta, dè qua exemptione non docetur (vt diximus) ex nuda Aſſerentis Confeſſione, ſed ab ex-
24 preſſo Apoſtolico Priuilegio: ſiquidèm ſi exemptio ſit generalis non comprehendit Exemptionem a Viſitatione Eccleſiæ, & Populi, cum hæc ſit digna ſpeciali mentione: qua mentione in Apoſtolico Diplomate expreſſè non vigente, tollitur etiam omnis

præ;

Digitized by Google

præſumptio prò Allegante, & roboratur
Iuris Communis aſsiſtentia ſauore Epiſco-
pi prò Viſitatione exequenda, *dictus Card.
Albic. in eadem annot ad deciſ 43. num. 7. verſ.
Quamuis Loca, & Rot diuerſ. par. 1. deciſ. 186.*
cui adheret *R. P. D. Ninot. deciſ. 75. num. 5.
verſ.* Clariora, *num. 6.* & in puncto etiam
Religionis Hieroſolymitanæ magiſtralitec
ſanciuit *Rot. coram recol. mem. Prialo deciſ. 295.
num. 3. & ſeqq.* & in puncto Iuriſdictionis
erga Populum Epiſcopo ſubiectum, *Rot. deciſ.
28. num. 15. & 16. recent. par. 9. tom. 1. &
deciſ. 301. num. 9. eadem par. tom. 2. & Rot.
deciſ. 70. num. 28. & ſeqq. & deciſ. 221. num.
3. & 4. recent. par. 13.*
Itaut Ius iſtud Viſitandi non ſolum reſpi-
25 ciat Eccleſiam materialem, ſed etiam mi-
ſticam Perſonam, nempè Eccleſiaſticos, per
quos Eccleſia repreſentatur eum facultate
emendandi, & corrigendi, ac puniendi, tam
in capita, quam in membra, vt erudite ſta-
tuit *Rot. coram eodem Ninot. deciſ. 54. num. 5.*
à qua Viſitatione introducitur obligatio, vt
mores tam Cleri, quam Populorum perqui-
ſitione reformentur in melius, bonos ſcili-
cet tuendo, malos autem corrigendo, vt ex
cap. 1. dè cenſib in 6. & ex Canon. Cauèdum *eſt 7.
in cauſ. 10. quæſt. 3. Concil. Trident. ſeſs. 24.
cap. 3. & Rot. coram Merlin. deciſ. 84. num. 2.
& 3. tom. 1.*
Et aduerſus dictam prætenſam exceptio-
26 nem ineſpugnabilis inſurgit ratio, quia per
exemptionem Eccleſiæ conceſſam, ipſa Ec-
cleſia, & ipſius Monaci, vel Canonici, Cle-
cici etiam, & Conuerſi perpetuoq; Obla-
ti (non autem Eccleſiæ eiuſdem Præsbyter,
qui Parrochianorum Curam habet, quoad
ea, quæ ad Curam eamdem pertinent, nec
ipſi etiam Parrochiani) intelliguntur exem-
pti. Verum ſi Canonici alicuius Eccleſię exi-
mantur, ipſi ſoli Canoniei, non autem Ec-
cleſia, vel alij eius Cleriei ſunt exempti. Si
autem Clerici cu ſuis Eccleſię eximantur;
tunc iam Canonici, quam alij Clerici exi-
muntur, non tamen Eccleſia, niſi aliud in
exemptionis Priuilegio exprimatur: prædi-
cta ſunt propria Verba *Text. in cap. Per
Exemptionem 9. & ibi Gloſ. & Canoniſta notan-
tes & ſignanter ibi Barboſ. per tot. de Priuileg.
in 6. tom 4. & in præcitata deciſ.* Prioli 295.
num. 4. & 5. cum ſeqq. & deciſ. 338. num. 14.
Siquidem Priuilegia numquam extendun-
27 tur dè Perſona ad Perſonam, nec de Loco
ad Locum, niſi ſpecifica ſit facta mentio, *Io:
And. in eodem cap. Per Exemptionem num. 4. &
ad propoſitum etiam in cap. Si Papa. X. & ibi
pariter Gloſ. & Barboſ. per tot. eodem tit. dè
Priuileg. in 6. Ninot. deciſ. 64. num. 7. & Text.
in l. 2. C. dè Leg. & Conſtit.*
28 Ex quo diſtinctiuo, & declaratiuo Priui-
legiorum Methodo originato ex *dicto cap.
Per Exemptionem 9. cum cap. ſeq.* regulatur
etiam Interpretatio, quando Eccleſia Ab-
bati, & Monacis eſt ſubiecta pleno, vel v-
troque Iure. Nam quando habet pleno Iu-
re: aut Populus eſt ſibi ſubiectus pleno Iure,
habet tunc ſibi Inſtitutionem liberam, &
Deſtitutionem. Si verò Eccleſia eſt pleno
Iure ſubiecta, ſed non Populus, tunc Abbas,
cæterique Religioſi habent ſibi Inſtitutionē
collatoriam tituli, ſed Inſtitutio Authorabi-
lis quoad Curam Populi ſpectat ad Epiſco-
pum, *Abb. in cap Cum plantare, ſub. num. 6.
poſt medium verſ. vltimo caſu, ibique Barboſ.
num. 26. dè Priuileg. & exceſs. Priuileg. & idem
Barboſ. in Ius Pontific. Vniuerſ. tom. 3. cap.
Quoniam 21. num. 2. & Viuian. in ſuo rational.
Iur. Pontific. lib. 3. tit. 25. dè Stat. Monac. &
Canon. Regul. cap. 1. in V. à Lege pag. mihi 178.
& in d. cap. Quoniam 21. pag. mihi 116. &
Priol deciſ. 295. num. 4. cum ſeqq.*
Infertur igitur primò, quod ſi Pleno Iu-
29 re, vel vtroq; Iure, ſcilicet tam in Spiritua-
libus, quam in temporalibus fuerit aliqua
Eccleſia Parochialis Vnita Eceleſiæ, ſeù
Monaſterio Regularium: aduhc talis Vnio
vt ſupra Pleno Iure facta nō repugnat exer-
citio Iuriſdictionis Epiſcopalis, quin non
poſsit exercere ea, quæ prius Epiſcopus in
eadem Eceleſia vnita exercebat: Card. *Cerr.
deciſ. 858. num. 2. & 3. tom. 3. & Rot. recent.
par. 14. deciſ. 293. num. 2.* Vbi dicitur, quod
ſtent ſimul Vnio Parochialis Pleno Iure
apud Monaſterium, & Iuriſdictio Epiſcopi,
vt ſuper dicta Vnione Pleno Iure ſanciuit
etiam *Rot. recent. par. 16. deciſ. 93. num. 10.
11. & 12.*
Ideoque notandum eſt, quod ad hoc vt
30 Priuilegia ſuffragentur, prętenſo Exempto,
requiritur, quod appareat, fuiſſe conſtitu-
tum Exempto ſeparatum Territorium ab
Ordinarij Diœceſi cum translatione Iuriſdi-
tionis quaſi Epiſcopalis, & ſe gereret Exem-
ptus tamquam Epiſcopus, vt eruditiſsime
Card. *Ottbobon. poſtea Alexand. VIII. deciſ 82.
31 num. 16. & 17.* Itaut Priuilegiorum Verba
debeant eſſe clara, & indubitata, alias ex
ſola Exemptionis conceſsione ad diſtinctio-
nem Territorij inferri non poſsit; cum ſuc-
cedat Regula, quod quicquid per Priuile-
gium Exemptionis non admittitur, cenſetur
loci Ordinario reſeruatum, vt egreg è *Rot.
recent. par 13. deciſ. 70. num. 28. cum ſeqq.
& deciſ. 220. num. 3. cum ſeqq.* & ad alia etiā

inſert *Caualer. deciſ.* 506. *num.* 3. & cum hoc
meo ſubſtantiali diſtincto Themate veniunt
intelligenda ea, quæ prolixè refert *Pignattel.*
in ſuis Conſultat. Canonic. tom. 7. *Conſultat.* 8.
num. 89. *cum ſeqq.* & prius ibidem in antece-
dentibus numeris quoad ea, quæ ſuperius
diximus.

Prædictaque peculiariter procedunt, ſi
ab Epiſcopo agatur authoritate delegata,
iuxta *Sac. Concil. Trident. ſeſſ.* 7 *cap.* 3. *& ſeſſ.*
14. *cap.* 4. *& ſeſſ.* 14. *cap.* 21. *De Reformat.*
& ſequitur d. deciſ. 70. *num.* 26. *&* 27.

32 Infertur ſecundò, quod Viſitandi Ius ali-
cui conceſſum, non cenſetur conceſſum pri-
natiuè quoad Epiſcopum, ſed cumulatiuè,
Leon. in ſuo Theſaur. For. Eccleſ. par. 2. *tit. De*
33 *Viſitat. cap.* 16. *num.* 36. Niſi expreſsè can-
tum ſit in Limine fundationis alicuius loci
Pij, quod Epiſcopus viſitare nequeat, vt
bene aduertit decidendo *Rot. Coram Gregor.*
XV. deciſ. 8. *per tot. & ibi in annot.* Dè quo ſi
34 fuerit vt ſupra expreſsè in fundatione a Te-
ſtatore cautum (Epiſcopo conſentiente) non
ſolum ſit ipſi Epiſcopo conſenſienti præiu-
dicium, ſed etiam ipſius Epiſcopi Succeſſo-
35 ribus: Quibus tamen Succeſſoribus nullum
affertur præiudicium, ſi Viſitationis Iuri
quæſito fuerit ab Epiſcopo renunciatum;
Quia Iuri Eccleſiæ quæſito renunciari ne-
quit ab Epiſcopo in præiudicium Succeſſo-
rum, *idem Gregor. deciſ.* 4. *per tot. & ſignan-*
ter num. 12. *cum ſeqq.* Et alia ad causam di-
ſtinguuntur *num.* 20.

Redeundo igitur ad Exemptionis Priuile-
36 gium, dicimus, quod ſpecifica facta Men-
tione, videlicet quod ad Abbatē Monaſterij
ſpectet Inſtituere, Deſtituere, Viſitare, Cor-
rigere, & confirmare, tunc Epiſcopus erit
exutus Poteſtate Ordinaria, & ſolummodo
vti poterit Auctoritate ſibi delegata à *Sac.*
Conc. Trident. vt in ſeſſ 20. *cap.* 8. *Dè Refor-*
mat. Sicque inter vtrumque caſum diſtinguit
optime *Priol. deciſ.* 252. *per tot vbi num.* 12.
ampliat procedere, quamquam Eccleſia
Regularis, Abbatialis fuiſſet translata in
Abbatiam Sæcularem: cum Regularis Ec-
cleſia Sæcularizzata retineat omnia Iura
antea ſibi competentia, & *Coccin. deciſ.*
832. *num.* 6.

Vnde notandum, quod Viſitatio, licèt in
37 dubio facta præſumatur Iure Ordinario, ut
per *Zarat. deciſ.* 21. *num.* 3. *& per alias deciſ.*
adductas à Card. Albit. in Annot. ad d. ◊tam deciſ.
48. *num.* 7. *Verſ. vlterius, & Rot. recent. part.*
18. *deciſ.* 383. *num* 7. *& ſeqq.*

Nihilominus ab hac regula receditur, ſi
38 fiat viſitatio in loco aliàs Exempto, vel ex
tranſactione, vel ex Priuilegio Apoſtolico,
vel ex alia iuſta, & competenti cauſa; quià
in hoc caſu non Iure Ordinario, ſed potius
Delegato a Sacro Concilio Tridentino Viſi-
tatio facta præſumitur, præſertim ſi facta
appareat poſt facultatem vt ſupra ab eodem
Concilio Delegatam, niſi in contrarium le-
gitime appareat, *eadem Annot. ad præfatam*
deciſ. 48. *Late d. num.* 8. *vſque ad fin.* & in
vtroque caſu *Zarat. dicta deciſ.* 21. *d. num.* 21.
fere vſque ad finem, & Coccin. deciſ. 706. *nu.*
7 *& ſeq. tom.* 2. *& deciſ.* 832. *& ſignanter*
num. 7. *&* 8.

Verum ſi aliquis probare velit quaſi poſ-
39 ſeſſionem Exemptionis: talis quaſi poſſeſſio
probata non dicitur ſolum ex eo, quod non
conſtet, Superiorem exercuiſſe Iuriſdictio-
nem in illum, qui ſe aſſerit exemptum, niſi
vlterius probetur euenisſe caſus exercendi
Iuriſdictionem, & Ordinarium volentem
illam exercere, fuiſſe repulſum, ac repulſum
acquieuiſſe, vel alias habuiſſe, ſe pro ſpo-
liato, *Poſt. dè Manutenen. Obſeruat.* 45. *& ſe-*
quitur d. Card. Albit. in annot. deciſ. Pamphil.
387. *num.* 10.

Qui Ordinarius, ſeù Epiſcopus acquie-
40 uiſſe non dicitur, ſi impeditus in actu Viſi-
tationis legitimè indictæ, & ſibi competen-
41 tis Impedientes excommunicauerit pro de-
fenſione ſui Iuris: quia in hoc caſu abſque
vitio attentatorum Epiſcopus Impedientes
excommunicare potuit *Ninot practicat. deciſ.*
54. *num.* 7. & *Late deciſ* 63. *num.* 1. ibi etiā
non adhibitis monitionibus Canonicis, &
num. 2. ſubdit etiam remota quacumque ap-
pellatione, & inhibitione, & ibi *num.* 3.
dummodo tamen intra Viſitationis ſuæ ter-
42 minum, ſe continendo, procedat vt Pars
ad proprij Iuris conſeruationem, non au-
tem vt Iudex ad Ordinariam Delicti vindi-
ctam; nec propterea modum in corrigen-
do excedat: ſecus eſt, ſi violentia facta non
43 ſit in ipſo actu Viſitationis; quia tunc re-
quiritur trina præcedens monitio, ſeù vna
44 cum termino trium dierum, vt *in dicta deciſ.*
63 *num.* 4 *cum ſeqq.*

Et intra proprios ſuæ Diœceſis terminos
45 ſe continere dicitur Epiſcopus non ſolum
viſitando intrà fines ſuæ Diœceſis, ſed etiam
viſitando Loca, quæ ſint nullius Diœceſis,
& ad ipſum Loca prædicta ſpectent tamquā
viciniorem Epiſcopum, vt ex diſpoſitis *per*
Sac. Conc. Trident. ſeſſ. 24 *cap.* 9. *dè Refor-*
mat & Coccin. in vtroque caſu firmauit *par.*
2 *deciſ.* 786. *num.* 2. *&* 8.

Conſequenter ſi in eius Diœceſi, vel in fi-
46 nibus nullius Diœceſis exiſteret Hoſpitale,
licet

licet ſubiectum Regiæ Poteſtati, attamen Epiſcopus vicinior poſſet tale Hoſpitale ſic vt ſupra ſubiectum Regiæ poteſtati viſitare Iure Delegato a Sac. Concil. vt diffusè examinat Articulum, & examinando concludit *Pignattell. in ſuis Conſultat.Canon. Tom.* 1.*Conſultat.* 113. *num.* 17. *& ſeqq. pag. mihi* 205. *cum ſeqq. & Barboſ. dè Offic. & Poteſt. Epiſcop. par.* 3. *Allegat.* 74. *num.* 5. *& ſeqq. pag. mihi* 275. & ad propoſitum etiam *in Allegat.* 75.

Itaut talis Epiſcopus vicinior habens fa-
47 cultatem viſitandi Ecclesiam Parrocchialem nullius Diocesis, habeat etiam facultatem emendandi, corrigendi, & puniendi tam in capita, quam in membra ex quauis cauſa, vt latè docet pluribus etiam Rotalibus Reſolutionibus idem *Barbos. in ſuperius proximè citata Allegat.* 74. *num.* 6. *& ſeqq. vbi num.* 13. Subdit, quod talis proximior Epi-
48 ſcopus in hoc caſu poterit viſitare Eccleſias exemptas per ſe ipſum tantum. Et an extra viſitationis tempus poſſit corrigere Clericos
49 à ſe exemptos, & etiam Prothonotarios Apoſtolicos, cæteroſque exemptos, & Priuilegiatos? diffusè docet *idem Barbos. in eadem par.* 3. *præcitat. Allegat.* 74. *num.* 1. 2. 3. *&* 4. *& per tot.* ad quam Allegationem, &
50 ad ſequentes Allegationes, etiam quoàd ſocietates laicales, & Hoſpitalia, ſtudioſum Lectorem remittimus pro ampliationibus, declarationibus in cauſa.

Huc vſquè diximus dè viſitatione debita Epiſcopo, vel Abbati, & Epiſcopo; modò
51 reſolutiuè videamus dè viſitatione ab Abbatiſſa etiam per vnicam vicem facta in vim Concordiæ, ſeù &c. à Sancta Sede Apoſtolica Confirmatæ in ſuo Monaſterio, ſeù Iuribus ſui Monaſterij: qui etiam vnicus viſi-
52 tandi actus ab Abbatiſſa factus eſt ſufficiens prò manutentione Iuris Viſitandi fauore Abbatiſſæ pro tempore; cum ad hunc effectum viſitationis vnicus tantum actus ſufficiat in corporalibus: & eſt ratio, quià Ius
53 viſitandi Monaſterium, & loca ſubiecta cōpetere poteſt Abbatiſſæ priuatiuè quoad Epiſcopum exceptis ſolummodo his, quæ curam Animarum reſpiciunt. Quibus fauore Epiſcopi Exceptis, vt ſup. cæteri actus viſi-
54 tandi facti ab Epiſcopo ſi fuerint ęquiuoci, & contradicti ab Abbatiſſa, ipſum Epiſcopum non conſtituunt in quaſi poſſeſſione viſitandi Monialium Monaſterium Exemptum; & eſt ratio, quia poſſeſſio debet eſſe pacifica, vt Epiſcopo ſuffragetur, in terminis *Rot. coram recol. mem. Bich. tom.* 1. *decis.* 194. *per tot. & decis.* 267. *pariter per tot.* vbi *num.* 14. *cum ſeqq.* ſubdit, quod Abbatiſſæ bonum Ius in concordia aſſiſtens excludit non ſolùm Præſulem vt ſuprà, ſed etiam ſubijcit Beneficiatos in Eccleſia Monaſteriali Iuriſditioni ipſius Abbatiſſæ: ſicquè ratio-
55 ne ſubiectionis quæſitum fuit Ius Abbatiſſæ viſitandi Beneficia ſibi ſubiecta, etiamſi Fœmina ſit incapax Iuriſdictionis Spiritualiū, & Clauium; Ideòque non poſſit Beneficiatos cogere ad obedientiam mediante Interdicto, vel ſuſpenſione; quià hoc procedit in ſuſpenſione propriè ſumpta, ob quam contraueniens Irregularitatem incurrit, ſed non in ſuſpenſione improprie ſumpta], quæ ſit ſubtrahendo reditus, & prohibendo Beneficiatis ſibi ſubiectis exercitium officij, ac celebrationem Miſſarum, donec ſatisfecerint, cum hoc non ſit propriè Iuriſdictionis ſpiritualis, & Clauium Fœminis prohibitæ, vt *Rot. etiam Coram eodem Bichio in decis.* 295. *ferè per tot.* vbi *num.* 29. concludit, quòd Abbatiſſa poteſt mediante Perſona à ſe deputanda facere ea, quæ ſibi competunt, etiamſi extrà clauſuram verſentur.

56 Ex viſitationibus, quę nam ſint attendendā? Poſteriorem viſitationem, dixit *Rot. coram eodem Bichio decis.* 86. *num.* 15. *& Card. Otto-*
57 *bon. decis.* 179. *num.* 20. Benè verum eſt, quod viſitationes Intermediæ præſumuntur probatis viſitationibus antecedentibus, & ſubſequentibus, vt *in dicta decis.* 295. *num.* 18. *&* 19. *& num.* 20. redditur ratio; quià
58 prohibitis extremis, media præſumuntur; & ex viſitationis libro plenè viſitationes
59 probatæ remanent, *Bich. decis.* 397. *num.* 8. *& latè Barbos. dè Offic. & Poteſt. Epiſcop. par.* 3. *Allegat.* 73. *num.* 42. *&* 43.

Antè igitur incohandam Viſitationem
60 ſtudeant Epiſcopi, obſeruare ea, quæ ingentiſſimo Zelo ad peremnitatem exarauit *Clemens VIII. in ſua Conſtitut.* 8. *tom.* 3. *Bullar. Roman.* ſicque omnia in viſitatione facienda fæliciter euenient: & ſciant Antiſtites, quod non ſufficit actus viſitandi, ſeù ad nihilum vſitandi actus prodeſt, niſi ſequatur Ordinamentorum in viſitatione realis exequtio, illorumquè puntualis obſeruantia *ad Text. in Diſtinct.* 4. *Can. In iſtis* 3. *& ibi in Addit. ſeù Annotat. in calce dicti Can.* alias Ordinamenta deſeruiunt dè vento, licet his, quæ fiunt viſitationis tempore, ſit multum deferendum, *Bich. decis.* 312. *num.* 17. *tom.* 2.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Conquaſtiua Confeſſio filij de tranſitu ad ſecunda vota facto à matre, an operetur relictum in teſtamento minus legitima eſſe validum, vel nè?*

2 *Aſcendentibus in bonis Deſcendentium debetur legitima, & in qua portione?*

3 *Non aſſignata legitima in legitima, ſeù iuridica portione, detur actio in ſupplementum?*

4 *Lex prima, cum ſeqq. Cod. dè ſecund. nup. an hodiè ſit in valida obſeruantia?*

5 *Matri Binubæ, an poſſit filius relinquere quicquid velit? & quando procedat?*

6 *Dè pœnis ſecundo nubentium quid hodiè ſit in vſu, obſeruantia?*

7 *Confeſſione conquaſtiua non obſtante, an Mater admittatur ad Filij ſucceſſionem, etiamſi intrà annum luctus ſecundo nubat?*

8 *Et an procedat inuitis filijs reſpectu legitimæ?*

9 *Pœna Binubatus non aufert à matre legitimam.*

10 *Legitima priuatio non eſt reſpectu filij præmorientis, ſed filiorum ex primo Matrimonio remanentium*

11 *Mater conſequitur id, quod in teſtamento relinquitur, & in reliquis agit.*

12 *Filijs primi Matrimonij exiſtentibus, è quibus bonis Mater conſequatur legitimam? diſtinguit, & conciliatur articulus.*

13 *Vigilantia legum, vt ſeruentur bona paterna pro Filijs primi Matrimonij, enucleatur.*

14 *Matrimonium eſt Sacramentum, & per huiuſmodi Mater non infert iniuriam, nec crudelitatem deſerendo filios.*

15 *Quot bona eueniant è matrimonio?*

16 *Filijs primi matrimonij non præiudicandum.*

17 *Remota cauſa, remouetur & effectus cauſæ.*

An ex conqueſtiua filij Confeſſione dè tranſitu Matris ad ſecunda vota tempore ſuæ imbecillis ætatis, in qua Materno indigebat auxilio, ſit ſatis, vel nè, vt mater teneatur ſtare relicto à filio in teſtamento, etiamſi non aſcendat ad portionē ſuæ legitimæ? & multa de Binubato, & de fauore filiorum primi Matrimonij adducuntur, & fœderis diſtinctione firmantur.

QVÆSTIO XXVIII.

QVidam filius ægrè ferens Matris ſuæ tranſitum ad ſecunda vota, ſignanter quia talis tranſitus fuit à matre factus tempore, quo ipſe filius imbecillem agebat ętatem, eoipsò quòd ad ætatem legitimam teſtandi peruenit, ſuum vltimum, cum quo obijt, elogium condidit, in quo matri ſuæ quamdam reliquit ſuorum bonorum pro le-
1 gitima portionem, & plus dè bonis ſuis petere prohibuit; & prohibendo faſsus fuit, & aſſeruit, iniuriam, & crudelitatem expertam à matre, tempore ſuæ infantilis, ſeù pupillaris ætatis, in qua per Binubatum fuit derelictus; hoc à filio viuente conqueſtiuo in ſuis vltimis Tabulis iactato fundamine ad normam *Tex. in l. p. cum ſeqq. C. dè ſecun. Nupt.* & optimè etiam notat *Barbos. ſup. Collect. D. D. C. in l. fœmina 3. num. 5. eod. tit.* ex hac vita ipſe decedit filius, eiusdemq. Hæres ſcriptus interpellat Matrem ad recipiendam portionem ab eodem ſuo filio in teſtamento relictam; ſed reſpuit mater, & ad ſupplementum agit. Præmiſſo igitur, quòd de Iu-
2 re ſit inconcuſſum deberi Aſcendentibus in bonis ſuorum Deſcendentium legitimam, quæ eſt triens *Gras. de ſucces. § legitima, quæſt. 9. & plena manu Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 2. quæſt. 12. num. 7. & Rot. poſt. eundem decis. 38. num. 7.* Certum eſt (integro non exiſtente
3 Triente) Dari Aſcendentibus actionem ad ſupplementum, *Gras. ibidem ſupra quæſt. 34. & Merlin. in præcitat. quæſt. 12. num. 6.* ſicquè
4 euaneſcunt leges ſuperius allegatæ de ſecund. nuptijs, & præfatæ conqueſtiuæ confeſſiones non afficiunt.

Et quamquam Matri binubæ filius poſſit
5 quicquid velit in teſtamento relinquere, *Merlin. in præcitat. tract. de legitim. lib. 4. tit. 2. quæſt. 1. num. 10. vers. 2 probatur, & lib. 4. tit. 2. quæſt. 2.* Hoc tamen dè Iure procedit in Matre Binuba, dum adhuc exitant Filij primi Matrimonij, vt idem *Merlin. in præfata quæſt. 1. num. 17. verſ. Filijs autem, & Sperell. par. 1. deciſ. 32.* & optime *deciſ. 33. per tot.* Vbi declaratur Merlin. opinio *d. libro 4. tit. 2. quæſt. 2.* & ad propoſitum *Rot. recent. par. 19. deciſ. 308. num. 6. & 7. & melius num. 12. & 13.*

Et viuiſsima aſsignatur ratio, mentique tenenda, quod dè pœnis ſecundo nubentium hodie nil aliud dè Iure Canonico remanſit, niſi quicquid concernit factum Filiorum primi Matrimonij; his enim non exiſtentibus,

bus, Mater etiam intrà annũ luctus ſecundò nubens ad Filij ſucceſsionem admittitur, *cap. fin. et ibi Glaſ. de ſecun. nupt* vbi latè *Barboſ. Collect. Iur. Canon. tom 2. et idem in Collect. C. tit. de Secund. Nupt in l. ſi qua Mulier p. nu. 27. tom. 2. pag. mihi 358. in ſecunda Calum. Vitian. in Rational. Iur. Pontific in eod. cap. fin. lib. 4 tit. 21. de ſecund. Nupt. pag mihi 79. Ioan. Bapt. Coſta dè fact. ſcient et ignorant. diſtinct. 52. Cent. 2. pag. mihi 464. num. 1. et ſeqq. Alex. conſ. 3 num 4. lib. 7. idem Graſ §. Succeſſ. ab Inteſt. quaſt. 25 à num. 1. vſq. ad 3. Celſ. decis. 72. num. 15. Rot. recent. par. 18. tom. 2. deciſ 759. num 2. et 3. Merlin. deciſ. 534. num. 10. tom. 2. et Priol. deciſ. 421. num. 2 et videndæ eſt Rot. in eadem par. 18. tom. 1. deciſ. 244 num 2. et ſeq. et Burat. deciſ. 82. et ibi annot.* quę deciſiones ampliatiuè loquũtur etiam fauore Poſteritatis. Ita vt procedat (circumſcripta quacumq; prędicta con-
7 queſtione) etiam innitis filijs quoad legi-
8 timæ portionem, *Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 140. num 23. tom. 1. et diſcept. 519. num. 55. tom 3. Bich. deciſ. 414. num. 15.*

Repetiturque ratio, quià legitima Matri
9 Binubæ dè Iure debetur; cum Binubatus pœna non auferat à Matre legitimam in bonis filij præmortui, minùſq. (quod notatu eſt dignum) indicta dicitur priuatio legitimæ fauore filij præmorientis, ſed dumtaxat ad fa-
10 uorem filiorum primi Matrimonij exiſtentium, & ſuperuiuentium; *Michalor. tract. de Fratrib. cap. 15. num. 58. et 63. Mart. de ſucceſs. part. 1. quaſt. 5. art. 2. num. 1. et ſeq. Tom. 1. Gratian. ibidem ſuprà reſpectiuè proximè, et Bich. eadem deciſ. 414. num. 15. 28. et 29.*

Imò ſtat ſimul, quòd Mater per ſcriptu-
11 ram, hòc eſt teſtamentum conſequatur partem relictam: ſi quid verò legitimæ deeſt, obtineat auctoritate legis, condictione ex lege, *Bich. d. deciſ. 114. num. 28. et 29.*

Eſt tamen aduertendum, quod ſi vult Ma-
12 ter Binuba cõſequi legitimam filij ex primo Matrimonio nati (ſuperſtitibus alijs Filijs primi Matrimonij) conſequitur ſolummodo è bonis aliunde a filio mortuo quæſitis, quam à Patre, quia paterna bona ſunt propria in omnibus reſeruata filijs primi Matrimonij. Cæterum ſi Mater velit dictam conſequi portionem, nullis amplius exiſtentibus filijs primi Matrimonij, & tunc Matri integra debetur Legitima et à è bonis Patris à Filio acquiſitis, & debitis ab hæreditate paterna: quia in hoc caſu vnicum eſt Filij patrimonium, à quo tota debetur Legitima, vt optime perpenſo articulo docet *Bich. d. deciſ. 414. & Magiſtraliter coram recol. m. Card. Celſ. deciſ. 72. à num. 14. vſq. ad 19. egregie in recent. par. 6. deciſ. 242. num. 4. & ſeqq. &* Card. Cerr. deciſ. 953. num 3. tom. 3. & prius firmauit *Graſ. de Succeſſ. quaſt. 25. num. 4. Michalor. Vbi ſupra d. cap. 13. num. 58. & 63. & Gratian. diſcept. For. cap. 140. num. 23. tom. 1. & 519. num. 55. tom. 3.*

Et inconcuſſa eſt ratio, quià Leges, & ſignanter Canonicæ præuigili ſtant oculo,
13 ne bona Patris perueniant ad Matrem Binubam, non ratione Matrimonij, quod eſt Sacramentum, & per huiuſmodi non adhibetur crudelitas, nec inſurgit in Filios aliqua iniuria, *Michalor. ibidem ſupra num. 6.* & qui contrarium diceret a fide aberraret;
14 quia Sacramentum eſt Matrimonium, & præſtat Gratiam, vt latè *ex Sac. Conc. Trident. ſeſſ. 24. in princip. de Sacram. Matrim. & ibi in Can. primo, & Diuus Auguſt. lib. de Nupt. & concup. cap. 11.* Scriptum reliquit, quod Sacramentum hoc ſit coniunctionis
15 Chriſti, & Eccleſiæ, & ex huiuſmodi tria eliciuntur bona Proles, Fides, & Sacramentum. Sed nè Filij primi Matrimonij in ali-
16 quid ſpolientur bonis Paternis, diſpoſuit, vt ſupra diximus, conſequenter remota cau-
17 ſa, remouetur aduerſus Matrem effectus cauſæ, ſcilicet legis diſpoſitio, vt eruditè tradit *Gratian. in terminis ibidem ſupra locis reſpectiuè allegatis.*

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio emiſsa in Inſtrumento à Filio familias de Patre Carcerato excarceranda, & obligatio ex cauſa prædicta, vel dè liberando Patrem ab imminenti carceratione, vel excarceratione, & bonorum ſubhaſtatione eſt valida in Iure, & Filius familias obligatur ſub pœna exhæredationis.*

2 *Procedit tam in Filio familias Maiore, quam minore, ſed maior obligatur ſine ſolemnitatibus; minor verò cum ſolemnitatibus à Iure etiam municipali præſcriptis.*

3 *Obligatio facta à Filio familias metu exhæredationis incuſſo à Patre, an valeat?*

4 *Statutum, quòd Filius fam. non poſſit ſe obligare ſinè certis ſolemnitatibus non procedit vrgente cauſa carcerationis in Patrem.*

5 *Læſionis exceptio, ſinè Patris decoctio probanda eſt de tempore contractus, alias Filiofamilias non ſuffragatur, ſignanter ſi ſit I. V. Doctor.*

6 *Confeſſio, & obligatio Filijfamilias minoris ex cauſis prædictis valet ſinè ſolemnitatibus expleta ætate decem, & octo annorum.*

7 *Filiusfamilias expletis annis decem, & octo ...*

pro

Digitized by Google

pro delicto, poſſit condemnari?

8 *Non eſt locus exequutioni ſententia, dum ſit locus appellationi, ſicquè nan eſt locus obligationi Filijſamilias, cum non ſit imminens carceratio, nec exequutio contra Patrem, & conſequenter obligatio redditur nulla.*

9 *Non ſit locus exhæredationi, dum per ſententiam in Iudicatum tranſactam non ſiat locus Patris excarcerationi.*

10 *Reſtitutio in integrum Minori habito pro maiori non datur, & quarè.*

11 *Datur ſi pauperaretur filius familias, ità vt ex ſuis bonis non poſſet amplius ſe alere.*

12 *Enormiſſima qua dicatur læſio?*

13 *Obligatia filijſamilias, & vxoris à pari procedunt.*

14 *Vxor enarmiſſimè læſa in obligatione pro marita non obligatur, et quarè?*

15 *Vxoris reſcinditur obligatio reſpectu congrua alimentorum perceptionis.*

16 *Decretum interpoſitum à Iudice in contractu filij, et reſpectiuè vxoris ab plures cauſas, vna corruente cauſa tota euaneſcit obligatio.*

17 *Decretum Iudicis eſt indiuiduum, et in vna cauſa falsum totum eſt falsum*

18 *Quid autèm ſi in Inſtrumento cauſæ ſint alternatiuè enarratæ?*

Filiusfamilias ſi in Inſtrumento confiteatur, & aſſerat, ſe ſuaquè bona obligare pro liberando Patre ab imminentis carcerationis, ſeù exequtionis, ſiuè bonorum ſubhaſtandorum periculo, vel pro ipſo met Patre carcerato excarcerando àn in vim talis confeſſæ cauſæ filiusfamilias Maior, & reſpectiuè Minor validè obligetur ſinè reſpectiuè Iuris Cummunis, & Municipalis, ſiuè Conſtitutionalis ſolemnitatibus in ſimilibus contractibus præſcriptis: & pro hac ineunda obligatione, in quo anno minor vigintiquinque euadat Maior? & quomodò ſit conſideranda carceratio, vel imminens carcerationis periculum? & an filio detur, vel nè reſtitutio in integrum, & quandò ob enormiſſimam læſionem? Et an idem, quod diſpoſitum eſt in filiofamilias, locum habeat fauore vxoris facientis conſimilem obligationem fauore creditorum ſui viri.

QVÆSTIO XXIX.

1 HViuſmodi confeſſa cauſa pro excarcerando Patre, ſiuè pro liberando ab im-
minentis carcerationis, vel exequutionis, & ſubhaſtationis periculo eſt efficaciſſima in
2 Iure, & ſtrictè obligat non ſolum Filiumfamilias maiorem, ſed cum ſolemnitatibus etiam Minorem ad præciſam ſuę obligationis
3 obſeruantiam, tàm òb Pietatem, quæ vrget filium ad ità ſe obligandum pro Patre, quam ad euitandam exhæredationem, qua aduersùs filium maiorem, vel minorem vti poteſt Pater, ſi filius nolit huiuſmodi facere obligationem, vt in terminis filijſamilias Maioris Text. *in l. filiusfamilias 8. et ibi Gloſ. in V. teneatur, et D. D. ſcribentes* Cod. *de Fideiuſſor et Rot. recent. part. 18. tom. 1. deciſ. 87. num 6. et deciſ 183.* niſi a Patre fuiſſet filio metum expreſſè incuſſum exhæredationis, ſi obligationem pro excarceratione non feciſſet, quia tunc ob metum prædictum expreſſè incuſſum nulla eſt filij obligatio, *Rot. poſt Additam, Ole de Iur.* Ceſſ. *decis. 64. num. 12. & 13. coram Albergato in Anconitana Pecuniaria lunæ 16. Iunij 1664.*

Et hoc procedit reſpectu filij familias ma-
4 ioris, etiamſi vigeat Statutum in contrarium, quòd ſcilicet filius familias non poſſit ſe obligare ſinè certis ſolemnitatibus in eodem ſtatuto præſcriptis, *Grattan. Diſcept. Forens. cap. 108. num 28. & 29 et num. 40 et 41. et ſeqq. tom 1.* cum infraſcriptis deciſionibus, quia in hoc caſu obligationis factæ pro Patre vt ſupra non habet locum ſtatutum, nec læſionis exceptio, ſiuè decoctio
5 Patris, ſi non probetur dè tempore contractus, peculiariter, ſi filius familias ſit Iuris Vtriusq. Doctor, qui pro ſe Iuris ignorantiam allegare non poteſt, cum eſſet contrà propriam turpitudinem, *Rot. recent. par 16. decis. 236 et par. 17. decis. 305. et melius in d. decis. 183. par. 18.*

Et in terminis filij familias minoris eſt *tex. in l. p. C. de filiis fam. minor Rot. coram recolmem Zarate in Recollect. per ipſum Zarat. decis. 29. num. 4. 5. et 7. cum ſeqq pluribus, et decis. 58. num. 9 et ſeqq. ferè vſq. ad fin. et decis 82. num 32. et ſeqq. et decis. 109. num. 1. 10. 14. et 15. et Rot recent. par. 12. decis. 232. num 9.*
Quæ maior ætas (aduertendum eſt primo)
6 quod euaneſcit eoipsò, quòd filius familias decimum octauum annum compleuerit: & in hoc caſu fauore Patris, & Contrahentium cum Patre, & filio dicitur filius familias Maior, æqueac ſi vigeſimum quintum annum egiſſet, & tanquam cum maiore dicitur eſſe contractum, *Rot. in præcitat. par. 18. recent. decis. 59. à num. 20. vſq. ad fin* & Magiſtraliter *decis. 136. num. 1. vſq. ad fin.*

Et an idem dici poſsit in criminalibus, viden-

7 dendus eſt ad faturitatem *Eminentiſſimus dè Luca in ſuo Conſeliſt. legal. tom. 2. in firmana Homicidij, quaſt. An, et quando Minori tempe-randa ſit pœna perpatrati Criminis ad obſeruat.* 11. qui ſemper doctiſſimus, & eruditiſſimus inter Doctores eſt prædicandus.

Aduertendum eſt ſecundo, quod à ſenten-
8 tia Iudicis Ordinarij ſi appellare licuerit, dici nequit locum eſſe exequtioni Sententiæ, ex qua imminens carceratio ſequi poſſit. Nam quoties datur actus intermedius, carceratio proxima non intelligitur, & proindè Minoris filijfamilias non ſuſtinetur obligatio, *Rot. coram eodem R. P. D. Zarate præcitata in deciſ.* 109. *num. 9. et* 10. Vnde ex præallegata *Diſcept. Gratian. cap.* 108. *num.* 19. *et* 20. notandum venit, quòd filius non poterit exheredari, ſi ſtatim Patrem non li-
9 berauerit, quia debet expectare Sententiam, & vt illa tranſeat in Iudicatum, & ſi carceratus interim moritur, tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento ſucceditur.

Et quamquàm, vt diximus, filiusfamilias quandò expleuerit decimum octauum annum, habeatur pro Maiore, & ipſo inuito
10 bona vendi poſſunt abſque ſpe reſtitutionis in integrum, ea ratione, quià dum lex diſponit, Minorem in certa ætate, vel in certis caſibus reputari maiorem in omnibus, aliqua reſtitutio in integrum ipſi filiofamilias non detur, ob eam rationem, quià iſta ætas decem, & octo annorum ſit legitima in prædictis caſibus vt ſupra apprimè probauimus: abhorrendum tamen eſt à di-
11 cta Concluſione, quandò Filius familias depauperetur, & in bonis proprijs non haberet alimenta ſufficientia ad ſuæ vitæ ſuſtentationem; quià tunc interueniſſe dicitur æ-
12 normiſsimam læſionem, & conſequenter inſuſſiſtens eſt obligatio Filij familias etiam maioris, vt *in præcitat. tom. 1. par. 18. recent. deciſ.* 59. *num.* 20. *vſq. ad fin et luculenter in eadem par. præcitata deciſ.* 136. *à num. 1. ferè vſq. ad fin. vbi num.* 15. *cum ſeqq.* idem dicit de Vxore, quæ ſe obligauit pro excarcerando Viro ſuo, in qua Iura idem ac in Filijs diſponunt, & adducit alia *Gratian. dicto cap.* 208. *per tot.* & peculiariter *num.* 23 *et ſeqq.*

Cæterum ſi ænormiſsime læſa ſit Vxor in
13 eius Vitæ ſuſtentatione (vt ſupra dictum eſt dè Filio familias) idem concludendum pro Vxore remanente penitus indotata pro-
14 pter obligationem factam ad fauorem excarcerationis viri; ſicq. talis obligatio non
15 ſuſtinebitur in præiudicium congruæ portionis, ex qua vxor alimenta percipere valeat, vt firmauit etiam *Ciriac. controuerſ.* 295. *num.* 50. *tom. 2. Salgad. in labyrinth. credit. concurrent. par. 2. cap 4. num. 75. et 76. Cenc. dè Cenſ quæſt. 15. num. 43. et ſeqq. et Rot. poſt eumdem deciſ. 32. num. 8. deciſ. 33. num. 5. et apud Pacific. de Saluian. Interdict. deciſ. 56. nu. 20. 171. num. 8. Rot. apud Mончin. dè Iuram. par. 4. effect. 202. coram Card. Arigonio, et optimè Rot. par. 4. in recent. in 2 tom. deciſ.* 304. *num.* 5. & pro quinta par. firmauit *Royas deciſ* 244. *num. 9. pag. mihi* 208. *in ſecund. Col.* & optimè ratiocinatur *Merlin. dè Pignor. lib. 2. tit. 1. quæſt. 18. num. 70. et ſeqq. Ricc. in ſua Collect. 3979. per tot. par. 9. et paſſim, ac latiſſimè penes Picum ed ſtat. vrb. deciſ. 15. num. 2. deciſ. 17. num. 1. et per tot. et deciſ. 70. num. 5. et ſeqq. et ipſe Pic. Gloſ. 23. cap. 151. num. 8. lib. 1.*

Aduertendum eſt tandem tam in obliga-
16 tione ſuperius enucleata reſpectu filijfamilias minoris, quam vxoris, quod ſi Iudex decretum interpoſuerit ob plures enunciatas cauſas, ſi vna ex prædictis cauſis non ſubſiſtat, tota corruit obligatio; quia vna exiſtente falſa cauſa, non ſufficit, quòd aliæ enarratæ verificentur, vt optimè *in eadem decis. Zarat.* 109. *num.* 15. *et decis.* 383. *num.* 6. *et* 7. *et* 8. *par* 12. *recent.* Et eſt ratio, quià Decretum Iudicis ſi ſub cauſa falſa in vna
17 parte emanauerit, & ſub alia vera, tamquam Decretum indiuiduum in nihilo ſubſiſtit, *Rot. eadem par.* 12. *decis.* 63. *num.* 12. *et* 13. *et coram R. P. D. Priolo decis* 88. *num.* 21. & in præfata toties citata *decis.* 109. *num.*
18 15. ibiq. in fine enunciat, quid eſſet dicendum, ſi cauſæ alternatiuè fuiſſent narratæ? remittimus lectorem ad Deciſiones ibidem allegatas.

SVMMARIVM.

1 *Quæ nam ſit correſpectiuorum contractuum natura originatorum è reciproca repromiſſione Confeſſione emiſſa in inſtrumento?*

2 *In dubbio ſemper prò correſpectiuitate iudicandum eſt.*

3 *Obligatio correſpectiua quomodò, et quandò reſoluatur?*

4 *Obligatio contracta intuitu rei eatenus durat, et ſupereſt, quatenus res ipſa exequatur.*

5 *Ceſſante cauſa, qua facta eſt obligatio, ceſſat et ipſa obligatio.*

6 *Correſpectiuitas inter contrahentes perſonas, quæ ſeſe obligarunt procedit, ſecus inter diuerſas. Quid in capitulis ſeparatis? et quid in connexis procedat?*

7 *In correſpectiuis quando habeat, vel non lo-*

G enus

cum exceptio non adimplementi?

8 *Exceptio adimplementum reycitur in capitulis ſeparatis, et quarè?*

9 *Connexa capitula operantur pro correſpectiuitate, et ſic pro adimplemento, et num 10. in fin. de dote, et vxore pro viro obligata.*

10 *Longiſſimum tempus in non reclamando, an faciat hanc exceptionem deperire.*

Obligatio confeſſata correſpectiua ad aliquam rem repromiſſam an reſoluatur, ſi res repromiſſa non exequatur? & quomodo preſumatur talis correſpectiuitas; vel non? & quid ſentiendum ſit in capitulis ſeparatis, vel connexis, ſi excipiatur ſuper adimplemento.

QVÆSTIO XXX.

CO. reſpectiuorum Contractuum reciproca mediante Confeſsione, & promiſsione
1 ad aliquam rem in Inſtrumento, vel alia
ſcriptura à contrahentibus emanata natura
eſt, quod vno, eodemque Iure; non autem
diuerſo reguletur: adeò vt vnus Contractus
alteri ineſſe, & in vno diſpoſitum locum habeat etiam in alio, *Rot. recent. par. 9. tom. 2. deciſ. 812. num. 14 tom 1 par 10 deciſ 223. num. 15. et 16. et par. 11 deciſ 261. num 8.* Ita vt vnus dicatur actus, & contractus, & vnus in alio ineſſe *Crroch. diſcept 67. num 69. et 78. et prius diſcept 51. num. 58. Bald. Nouell. dè Dot. par. 6. Priuileg. 13 Merlin. deciſ. 313. num. 5. et recent. par. 1. deciſ. 428 num.*
2 *6.* Pro qua correſpectiuitate ſi in dubio ſemper iudicandum eſt, eo magis in expreſsis; *dicta deciſ 213. num 17.*

Quæ obligatio ex partis Confeſsione
3 proficiſcens reſoluitur, dum reſpectu alicuius
rei contracta eſt; & ratio vireſcit: quia obligatio contracta intuitu rei eatenus durat,
4 & ſupereſt, quatenus res ipſa repromiſſa
exequatur: Conſequenter cauſà ceſſante;
cuius intuitu quis ſe obligat, ceſſat, & ipſa
obligatio ad fauorem quomodocumque in
5 Inſtrumento nominatorum, *Cenc. dè Cenſib. quæſt. 77 num. 7. optimè Rat poſt Zacch dè obligat Cameral. deciſ. 80 num. 1. et ſeqq. et deciſ 183. num 3. et ſeqq.* Cum obligatio ſit ſtricti Iuris, nec debet vnius ſpeciei extendi ad obligationem diuerſam ab ipſa ſpecie. *Rot. poſt d. Cenc. deciſ. 549 num. 9.*

Et hæc procedunt inter perſonas, quæ ſe
6 ſe è proprio obligarunt, ſecus inter diuerſas, & in capitulis ſeparatis: in capitulis autem annexis pariter hæc Concluſio procedit, ſcilicet, quod correſpectiuitas præſumatur, ita vt a capitulis ſeparatis non autem à connexis exceptio non adimplementi remoueatur, *Rot. recent par. 4 tom 1. deciſ. 498. num. 4 et ſeq. Mantic deciſ 2 8 num. 2. Gregor. XV. deciſ. 261 num. 6. et deciſ 41. num. 2. cum alijs adductis à Rot. coram Eminentiſſimo Celſa in ordine 28. §. Et eodem modo in Aſculana Dotis 24. Ianuarij 1648 et coram Amato Dunozzetto in ordine deciſ 928. et in Aſculana Dotis, ſeù pecuniaria, Ven. 24. Ianuarij 1653. §. Non Obſtat repetita exceptio, cum ſequenti, et ibidem in fine* redditur ratio, quia capitulum ſeparatum, & diſtinctum habetur pro contractu diuerſo, & allegat *Belon. Sen. Conſ. 46. num. 2 et Surd deciſ. 176 num 8.* A qua pariter elicitur ratio, quia correſpectiuitas conſideratur reſpectu contrahentium tantum, non autem reſpectu Tertij, *Seraph. deciſ. 547. num. 2* & de huiuſmodi ſeparatis, vel connexis capitulis videri etiam poteſt *Rot. recent. par. 4. tom. 1. deciſ. 498. num. 4. et ſeqq.*

Propterea ſi quis adimplementum exci-
7 piat non admittitur in capitulis ſeparatis,
etiamſi dè eodem agatur Contractu, ſed ſolummodo in connexis; & eſt ratio, quia hu-
8 iuſmodi exceptio ſolum operatur circa idem
9 capitulum, vel connexum; non autem cir-
10 ca diuerſum, & ſeparatum; *Rot. recent. par. 15 deciſ. 16. num. 9. et deciſ. 184. num. 5. et par. 16. deciſ. 26. num. 7.*

Huiuſmodique exceptio multum deperit, ſtante non reclamatione per longiſsimum tempus vt *Rot. recent. par. 17. deciſ. 134. num. 22.*

Cætera tandem ad materiam contractus correſpectiui, ſeù contractuum correſpectiuorum ad ſaturitatem videri poterunt etiã ea, quæ diffusè ſcripſit *Mantic. dè Tacit. et ambig. conuent. lib. 3 tit. 15. num. 47. et ſeqq. et ab initio vſq ad finem, et Menoch. lib 6. Præſump. 12. per tot. Gratian. diſcep. Forenſ. 92. num. 34. et 143. num. 48. tom. 1. et diſcept. 796. num 32. tom. 4. et antecedenter in eodem tom. diſcept. 786. num. 19. et tom. 5. diſcept. 853. num. 32. et Greg. XV. deciſ. 492. num. 13.* Et circa dotem *Merlin. deciſ. 555. num. 1. et ſeqq. et benè recent. par. 19. deciſ. 65. à num. 9. vſque ad 16. et deciſ. 352. num. 7. et ſeqq.* Et in alienatione facta cum Viro ab Vxore, ſeù alia obligatione, vide penès *Merlin. deciſ. 351. tom. 1.*

SVM-

Digitized by Google

ſVMMARIVM.

1 *Computorum ſolidatio, et ſententia ex ſolidatione profecta an ſit inter ſolidantes Confeſsio?*

2 *Pro calculatis, & ſolidatis datur exequtio parata.*

3 *Vſuræ ex negocijs geſtis ſcilicet è bonæ fidei Iudicijs debentur.*

4 *Sed quomodo, & quando debeantur diſtinguitur.*

5 *Iudicis officium circa Vſuras poſt pronunciatam ſententiam expirat.*

6 *A Iudice ſuper principali negocio ſi fuerit habita cognitio, dè acceſſorio, nempe dè Vſuris tractari non poteſt.*

7 *Vſuræ ex cauſa Iudicati quomodo, & quando debeantur? & quo nomine appellantur? & n. 11.*

8 *Mora in vſuris conſequendis à quo tempore contrahatur?*

9 *Quadrimeſtre tempus pro Vſuris excludendis appellanti non currit, niſi à die confirmatæ ſententiæ.*

10 *Vſuræ ex re iudicata currunt ſolummodo è ſorte.*

11 *Vſura centeſima vt currant è ſorte, opus eſt, vt nulla poſsit euenire dubitatio.*

12 *Mora debet eſſe inexcuſabilis vt debeantur vſuræ.*

13 *An quilibet caſus excuſet ab Vſuris?*

13 *Vſuræ non debentur ex calculo etiam in aliqua parte errōneò.*

15 *Pro calculo præſumitur, & conſequenter pro ſententia in vim calculi emanata, eique ſtandum eſt donec contrarium probetur.*

16 *Vſura centeſima definitur quæ ſit, & quæ pars in creditoris fauorem remaneat diſtinguitur.*

17 *Aſſeritur ſententia Pet. de Onat. ſuper vſura centeſima in ſua præciſa quantitate, ſed Author recedit.*

18 Procurator reſtituere tenetur confeſſas exactas pecunias.

19 *Procurator, qui confeſſas exactas pecunias non reſtituerit, furti actione tenetur.*

20 *Actio directa mandati infamat.*

21 *Procurator exactas pecunias non reſtituens tenetur ad intereſſe, & num. 24.*

22 *Procurator ſi vſuras per ipſum pecuniarum exactarum perceperit, an ad vſuras vſurarum teneatur?*

23 *Rota Romana eſt omnium I.C. Auriga, & Magiſtra, & laud de laudibus eiuſdem Rotæ.*

25 *Pro pecunia à Procuratore exacta inueſtienda indubitanter debentur vſuræ, ſeù fructus, & redditur ratio.*

25 *Procurator in mora conſtitutus per interpellationem ad pecunias exactas reſtituendum ſi non reſtituerit, tenetur abſque dubio ad fructus, & intereſſe.*

26 *Fructus, & intereſſe debentur ob defectum non adimplementi.*

In Actione negociorum geſtorum an Confeſſio, & ſolidatio calculi, vel in vim dicti calculi lata Sententia inducat Confeſsionem dè his, in quæ adminiſtrator remanſerit debitor? Et à quo tempore ob non reſtitutionem reliquatus circa adminiſtrata vſuræ currant fauore Creditoris, & ad quam rationem? Et an Appellanti currant, vel non vſuræ centeſimæ? & hæc ad quam ſummam quotannis debeantur. Et an vſuræ currant etiam aduerſus Procuratorem conſtitutum ad exigendum non reſtituentem exactas confeſsas pecunias ſuo Domino debitas?

QVÆSTIO XXXI.

1 COmputorum ſolidatio, & conſequenter ſententia ex dicta ſolidatione profecta eſt confeſsio inter calculantes vt diximus in noſtro *tract. dè Confeſſ. lib. 2. quæſt. 74. num. 1. cum ſeqq. tom. 1.*

2 Pro quibus calculatis, & ſolidatis dari executionem paratam non ambigimus, vt ibidem ſupra, & firmauit etiam *Rot. in Romana Supplementi Legitimæ 6 Iulij 1646. coram recol. mem. Card. Cerro §. nec dubitari poteſt.*

3 Nam in Bonæ fidei Iudicijs (quale eſt negociorum etiam geſtorum) Vſurarum rationem haberi certum eſt, *Text. expreſſus in l. in Bonæfidei 13 vbi Gloſ. Bart. Bald. & Paul. de Caſtr. C. de Vſuris, & Leotard. tract. dè vſur. par. 2. ſect. 3. num. 13. pag. mihi 10. & quæſt. 27 num. 39. pag. mihi 152.*

4 Hoc tamen adhibito diſcrimine ſecundum præfatam *Gloſ. in caſus figuratione* ibi = Tenebaris mihi ad decem actione negociorum geſtorum, quia geſſeras negocia mea, fuiſti in mora, & conueni te: Iudex condemnauit te ad decem, & dè vſuris nihil dicitur, an poſsim petere vſuras quæritur? dicitur

qnod non, niſi à ſententia fuerit appellatum:
nec eas quæ cucurrerunt a tempore latę ſen-
tentiæ ante quadrimeſtre, quod datur con-
demnatis, ſed eo elapſo, niſi iudicatis ſatiſ-
faciat, vſuras centeſimas petere potero =

Vnde iure optimo Bart. in eadem lege
5 ſcripſit, quòd lata ſententia Iudicis officium
circa vſuras expirat, *& Bald. in eadem l. In*
6 *Bonafidei* docet, quod cum ſuper Principali
exijt cognitionem Iudicis, dè acceſſorio tra-
ctari non poteſt.

Et iuſta ratione tractari nequit, niſi qua-
drimeſtre tempore expleto, vt ex lectura
7 eiuſdem Text. ibi = condemnatio facta eſt
non adiectis Vſuris, nec prouocatio ſequuta
eſt: finita retractanda nun ſunt, nec eius
temporis, quod poſt rem iudicatam fluxerit,
vſuræ vllo Iure poſtulantur, niſi ex cauſa
iudicati =

Cui iudicati cauſæ ſi non fuerit ſatisfa-
ctum, vſuræ centeſimæ poſt ſententiam, &
d. quadrimeſtre tempus debentur, vt ex
*Paul. de Caſtr. ibidem ſupra num. 2. et Lèotard.
in præcitatis locis;*

Et eſt ratio ex dicta Gloſ. & D. D. ſupe-
rius ſcribentibus, qu à pronunciata Senten-
tia, & expleto quadrimeſtri tempore cepto
8 à die ſententiæ pronunciatæ contrahitur
mora, ex qua centeſima debetur Vſura, ob
non factam iudicati ſolutionem; *Text. Ro-
tund. in l. 1. Cod. dè Vſuris rei iudic. & ibi Az-
zo in Sum. Capyr. Latr. deciſ. 59 num 24. lib.
1. Bald vol 3. conſ 338. & 440. vol. 5. Bar. Pract.
obſeruat Obſeruat. 45 pag mihi* 118. *Rot. recent.
par. 18 deciſ. 350 n. 7. cum ſeqq. & deciſ.* 401.

Et hoc procedit, ſi ſuper crediti liquida-
tione nulla poſsit euenire dubitatio *Capyr.
Latr. & Bar. ibidem ſupra reſpectiuè*.

Vndè Iuſtinianus noſter in l. 2. *Cod. de Vſur.*
9 *rei Iudic.* concluſit, quod non appellanti à
die ſententiæ currit tempus quadrimeſtre,
Appellanti verò à die confeſsionis ſententię:
& poſtea currunt Vſuræ centeſimæ, omni
10 alia vſura ceſſante. Ita vt intelligatur ex
ſorte tantùm, non ex priori vſura, licèt in
condemnatione cum ſorte ſit deducta *l. 3.
Cod. de vſur. rei iudic.*
11 Eſt igitur valdè notandum, quod mora ſu-
pradicta debet eſſe inexcuſabilis, quià ſi dif-
12 ficultas, ſeù quiuis caſus aduerſus impediat
obligatum, nè adimpleat obligationem, ex-
13 cuſat enim a mora, & tarditate, vt his præ-
ciſis verbis Teſtatur *Barboſ. in Collect. D. D.
Codic. ſuper eadem l. In Bonafidei num. 6. & 7.*

Et conſequenter vſuræ non debentur: pe-
14 culiariter ſi calculus, cuius vigore fuit ſen-
tentia pronunciata comperiatur in aliqua
parte erroneus, quià in cæteris talis præſu-
mitur, & probauimus in *d. noſtra quæſt.* 74.
15 *num.* 8. ſed donec contrarium concludenter
non probetur, ſtandum eſt calculo, & con-
ſequenter ſententiæ per calculum pronun-
ciatæ, *Rot. recent. par. 19. deciſ. 54. num 7.*
& faciunt quæ dixit *Rot. poſt Munoz dè Eſco-
bar. tract. de Ratiocin. deciſ 1.*

Quam vſuram per *Gloſ. in figurat. caſus*
16 *dicta legis In Bonæfidei, & eiuſdem l. 1. Cod.
dè vſur. rei Iudic.* appellatam vt ſupra cen-
teſimam tradit *Lotard. par. 1. ſect 2. num.* 33.
& ſeqq. pag mihi 8. eſſe beſsē, & ſemiſſem, ſed
par. 2. ſect. 10. num. 22. & 23. pag. mihi 73.
ſe reſtringit, & dicit, vt talis vſura minimè
comprehendat quicquid Creditor conſequi
potuiſſet. ſed tantùm partem, quia ęquum
eſt, nudam pecuniam tantum afferre emolu-
menti, quantum induſtriam cum pecunia
coniuncta afferre æquum eſt;

Verumtamèn *Petr. de Onat. tract. de Con-*
17 *tract lucrat. tom 2. diſput 41. titul. de Dot.
reddic. tri 31 dub. ſect. 7. num.* 115 *pag.* 573.
in 1. vol. firmat, quòd vſura centeſima ſit il-
la; in qua ſingulis menſibus vnum pro cen-
tum ſoluitur, & ita ſingulis annis duodecim
pro centum; tertia verò centeſimæ ſignifi-
cat quatuor pro centum; quæ paruiſsima
vſura eſt, & valdè moderata, & per hanc
ſententiam amplecti crederem qualitates vt
ſupra perpenſas ab eodem *Leotard. præfata
ſect. 10. num. 22. & 23:*

Hiſce tandem non obſtantibus, quià ex-
perientia nos docet, quod fructus curſu tem-
poris variantur, *Gregor XV. deciſ. 76. num. 7.
& Burat. deciſ. 538. num. 15.* quos cum alijs
ſequitur *Card Cerr deciſ. 61. num. 11.* exiſti-
marem melius eſſe eaſdem regulare vſuras
iuxtà temporis curriculum, vt in legali prę-
ſumpta ſtabilium taxa ſcutorum quinque
pro centenario, & anno, dum fructus pro-
bentur percepti in minori quantitate ad mi-
norem ſummam iuxta ſcilicet annuos habi-
tos reditus reduxit *Rot. coram Rerol. mem.
Priolo deciſ* 415. *num. 15. & prius deciſ.* 156.
num. 12. & ita paſsim Rota Romana ſeruat,
vt ego diſtinguendo, & declarando dixi *in
meo tract. dè Impenſ. & meliorat. art. 4. n. 71.
& ſeqq. pag. mihi* 32.

Firmauimus hucuſquè de Adminiſtro, qui
in ſua adminiſtratione debitor remanſerit,
ſuæq; adminiſtrationis reliquatum non re-
ſtituerit. Videamus modò dè Procuratore
18 ab aliquo ad exigendum conſtituto, & in-
dubitati Iuris eſt, quòd huiuſmodi Procura-
tor confeſſas exactas, habitaſque pecunias
reſtituere tènetur per regulam *Text. in l.*

Pro-

Procuratorem 8 *§. Dolo, & tato titulo ff Mandat. & Golin tract. dè Procurat par* 5. *cap.* 4. *num* 30. *cum ſqq. & ibidem Carol. Anton. dè Luran* 13. *& Rot. recent. par.* 9. *tom* 2 *deciſ.* 475 *num.* 2. Alias etiam furti actione Pro-
19 curator aſtringitur, dum pecunias ſibi ſolutas in ſuos vſus conuertit, & Domino non
20 reſtituit, & in hoc caſu actio directa mandati infamat, *l Furt. §. penult. dè his. qui notant infam.* & diffusè comprob t *idem Golin. in in practitatâ pár.* 5. *cap.* 4. *num* 37. vbi in
21 fine *dicti num.* 37. ait; quod teneatur etiam ad intereſſe, ſi pecunias non reſtituit, itaut ſi
22 vſuras d. d. pecuniarum exegerit, ad vſuras vſurarum teneatur ad Tex. *expreſſum in l. Idemq;* 10. *in ordine §. ſi Procurator ff. Mandat. ibiq Gloſ in V. Vſuras*, & puntualiter dixit *Rot. deciſ.* 475. *num* 3. & 4 *par.* 9. *recent. tom.* 2. *& coram recol. mem. Coccino deciſ.* 1709. *num* 3 & 7.

Quamquàm *Cyriac. tom.* 3. *controuerſ.* 540. *num.* 9. & 10. *cum ſeqq. & ſignanter num.* 13. 14. & 15 aduerſetur dictæ diſpoſitionis. *ſi Procurator*, & firmet, vſuras non deberi tāquam de iure Canonico prohibitas; cui non adhærerem, dum habemus dictis deciſiones Rotæ Romanæ in terminis, vt docet *Cardinal de Luca de iſ.* 17. *num.* 47 *part.* 2. Et eſt ratio;
23 quia Rota Romana eſt omnium Iuris Conſultorum Auriga, & Magiſtra, vt latè *Rub. ad deciſ.* 132. *num.* 56 omnium Orbis Tribunalium Vertex, Iuriſque Lucerna totum illuminans Orbem, ibiq. ſupra *par.* 9. *recent. tom.* 1. & prius *in eadem par.* 9 *idem Rub. ad deciſ.* 150. *num.* 170. & *præfatus Rub. par.* 7. *recent* in diſcur. *ad l. V. D. D. num.* 87. *verſ. Videmus*; & melius *num.* 211. *cum ſeqq. pluribus*.

Et d. Rotæ Romanæ ſententiam eo ma-
24 gis pro indubitata haberem, ſi pecunia à Procuratore exacta eſſet inueſtienda; ſiquidem in hoc caſu pecunia conſideratur tamquam ſpecies, debetq; dè ea vti de ſpecie, non vti de quantitate iudicari, itaut fructus de pecunia peti poſſunt, ad tradita per *Gratian. diſcept. Forenſ.* 559. *num.* 5. 6. & 7. & 9.10. *num.* 26. & 27 & 31. *Sabell. var. reſolut. cap.* 50 *num.* 4 & *Rot. deciſ* 227. *num* 15. *recent. pár.* 17 *cum pluribus ibidem allegatis*.
25 Et in offenſo pede procedendum eſt contra Procuratorem ad Vſurarum præſtationem (data interpellatione, & mora) *Rot. recent. par.* 18. *deciſ* 350. *num.* 7 *cum ſeqq. & deciſ.* 401. & videndus *Bald vol.* 3. *conſ* 338. & *conſ.* 440. *vol.* 5. itaut ob defectum nō adim-
26 plementi fructus, & intereſſe debeantur etiam in vltimis voluntatibus, *Rot. recent. par.* 19. *deciſ.* 307. *num.* 1. & 2.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio declaratiua facta ab Epiſcopo, ſeù Vicario Generali de Sacerdote in Eccleſia Vicarium ob mortem Parochi probat.*

2 *Hæc confeſsio nocet Epiſcopo & Vicario Generali Epiſcopi, qui poſtmodùm nequeunt controuertere congruam ſubſtentationem.*

3 *Congrua Eccleſiæ Vicarij ſubſtentatio quomoda ſit conſideranda.*

4 *Congrua aſsignata pro Vicarij Eccleſiæ ſubſtentatione eſt duorum aureorum pro ſingulo menſe. Quid ex conſtit. B. Pij V.?*

5 *Congrua aſsignatio debetur ex fructibus Eccleſiæ ſtabilium; & aſsignatur ratio.*

6 *Funeralia. & Manuaria non comprehenduntur in portione congrua, & quare?*

7 *Onera quæcumq; Beneficio annexa pro rata temporis, quo Eccleſia vacauit ſpectant ad Cameram Apoſtolicam.*

An declaratiua, ſeù deputatiua Confeſsio facta ab Epiſcopo: ſeu eius Vicario Generali dè aliquo Sacerdote in Eccleſiæ Vicarium per mortem Eccleſię Parochi conſtituat ipſum Vicarium in omnibus, & per omnia in locum mortui Eccleſię Rectoris? & quod Emolumentum ſit eidem Vicario Eccleſiæ debitum, & è quibus bonis?

QVÆSTIO XXXII.

1 ELectionem alicuius Sacerdotis pro Vicario Eccleſiæ Vacatæ per obitum Parochi probari ex Confeſsione deputatiua emiſsa ab Epiſcopo ſeù eius Vicario Generali, non ambigimus per Oracula *Sac. Conc. Trident. ſeſſ.* 6. *cap.* 2 *erga fin. & ſeſſ.* 24. *cap.* 18.

2 Taliſque Confeſsio, ſeù declaratio, & electio nocet non ſolum declaranti, & eligenti Epiſcopo, & eius Vicario, ſed etiam ſucceſsoribus, *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 1. *deciſ.* 378 *num.* 3.

Cui Eccleſiæ Vicario deputato ex fructi-
3 bus eiuſdem Eccleſiæ a tempore, quo inſeruiuit, congrua portio ad ipſius ſubſtentatio-

tionem debetur, iuxta præcitata per *Sac. Concil. Trident. Decreta*, penſata tamen qualitate perſonæ, & fructuum annuo reditu, vt ad mentem eiuſdem Concilij notat *Nauarr lib. 1 dè Offic. Iud. e. Ordinar. conſ. 5. Barboſ. dè Offic. & Poteſt. Epiſcop. Alleg. 59. num. 26. pag. mihi 492. in ſecund. Col. & in tract. dè offic. & Poteſt. Paroch. par. 1. cap. 1. num. 53. pag. mihi 34.* Vbi in eodem *num. 35.* ſubdit,
4 quod talis congrua aſsignatio eſt duorum aureorum ſingulis menſibus, *Rot. autem recent. par. 19. deciſ. 1. num 15. & ſeqq.* in vim conſtit. B. Pij V. dicit, huiuſmodi Vicarij congruam eſſe in ſcutis quinquaginta, quæ eum debeantur vt ſupra ex clara Con-
5 cilij diſpoſitione de fructibus, intelligitur de fructibus prouenientibus è fundis, & terris Eccleſiæ; ſiquidèm fructus ſunt illi, qui ex fundo naſcuntur, & renaſcuntur, *Monet. tract. de diſtribut. quotidian. par. 1 quæſt 6. n. 7. pag. mihi 23 & Io: Ga. ſ. dè expenſ. & meliorat. cap. 23. num. 1. in v. Hac eſt huius*.

6 Funera autem, & Mortuaria in eodem Sac. Concil. decreto comprehenſa non veniunt, cùm à perſona inſeruientis, & non ex beneficio proueniant, & ratione laboris ipſius Deputati Vicarij. & ad inſtar diſtributionum quotidianarum eidem debentur, vt optimè declarat *Monet ibidem ſupra eadem par. 1. quæſt 7. num. 7. pag mihi 27. in 2. col. Emanu Roderic. in compend. quæſt Regul tit. dè Benefic Eccleſiaſt eceſ lat. 15 num. 18. pag. mihi 8.. in 1. col. & idem Barboſ de offic. & Poteſtat. Paroc. par. 2. cap 24. num. 8. pag mihi 319. & Iur. Eccleſ. vniuerſ. lib. 3. tit. dè oblat. cap. 23. num. 8.*

7 Denique in hac facti contingentia nota, quòd onera quæcumque Beneficio annexa pro rata temporis, quo Eccleſia vacauit & pro rata fructuum perceptorem a Camera Apoſtolica ſolui debent; quæ vacanſe Eccleſia fructus percepit, *Pius IV. Conſt 32. §. 7. tom 2.*

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio Percuſsionis, vel repulſionis facta à Laico familiari in Clericum, an faciat Laicum excommunicatum, vel non?*

2 *Percutiens Clericum vim vi repellendo. quandò incidat, vel non in excommunicationem?*

Confeſsa Percuſsio, vel reſpectiuè repercuſsio à Laico familiari illata in Clericum prius proferentem conuicium, vel prius percutientem, an faciat, vel ne ipſum Laicum excommunicatum? & quid ſi vim vi repellendo fiat?

QVÆSTIO XXXIIII.

CONuicium ſi ioco, vel ſerio Clericus proferat in familiarem Caium, qui ex ſubita-
1 neo motu, & abſq; plena aduertentia Clericũ percuſsiſſe, vel repuliſſe cõfiteatur, vel Caius inuaſus a Clerico, Clericum poſtmodũ repercuſsiſſe, vel repuliſſe fateatur, huiuſmodi actus, aut motus ſic vt ſupra reciprocè intercesſi non reddunt Caium excommunicatum; & eſt ratio quia ſubitus motus inter familiares conſuetudinem inter ſe familiariter habentes non magni penditur, nec ad mortale imputatur, & conſequenter non datur excommunicatio. *Bonac. in ſua Theolog. Moral. tom 3. dè Cenſur. Eccleſ. tit. dè Excom. in particular. extr. Bull. Cæn. diſput. 2. quæſt. 2. punct. 6. ſect. 4. num. 3. verſ. Addo hoc, erga med. pag. mihi 236. Cerol. dè Graſ. tract dè Effect. Clericat effect. 9 num 27. & 28. pag. mihi 3 2 & num. 235. cum ſeqq pag. mihi &c. 352. & Antonell. de Regimin Eccleſ. Epiſcop. lib. 8. tit. de his, quæ ad for. intern. Spect. cap. 5. num 10. verſ. Vnde in pag mihi 474. in 2. col.* Vbi ſubdit, niſi repercuteret Clericum, quandò non haberet amplius animum repercutiendi; quia tunc vocatur vindicta, non violentiæ repulſio, & concordant etiam ſupracitati ibidem Doctores.

Verè percutiens Clericum vim vi repel-
2 lendo cum moderamine inculpatæ tutelæ ad defendendum ſe ipſum, vel rem ſuam, aut proprium honorem, non eſt excommunicatus; & aſsignatur ratio, quia huiuſmodi percuſsio non cenſetur vis, aut vltio, ſed defenſio, quæ cuilibet iure naturæ licita eſt, dummodo non excedatur modus inculpatæ tutelæ, cum aduertentia, & deliberatione; & hoc procedit etiamſi percutiens fugere potuiſſet, ſi fuga fuiſſet illi ignominioſa, *cap. ex tenore, cap. ſi verò, cap. cum voluntate, in V. Voluntate. dè Senten. Excommunicat. cap. Significaſti 2. in V. Moderatione, dè Homicid Bonac. in dicta Theolog Moral. tit. dè Excommun. Diſput. 12. quæſt. 4. punc. 4. num 13 Antonell. ibidem ſupra.*

SVM.

ŜVMMARIVM.

1 *Cauſa non probata, non pronunciatur excommunicatis.*

2 *Ad pronunciandam excommunicationis Sententiam, Excommunicandus debet eſſe aut conſeſſus, aut conuictus:*

3 *Sententia excommunicationis non pronunciatur ex indicijs etiam indubitatis:*

4 *Limita, ſi offenſio Eccleſiaſtici nocturno tempore euenerit.*

5 *Indicia, probationes leniores, & teſtes inhabiles admittuntur in delictis nocturno tempore factis:*

6 *Ad probandum ea, quæ ſunt difficilis probationis, receditur à regulis ordinarijs, & eo modo, quo haberi poſſunt, probationes recipiuntur:*

7 *Delicta occulta, & difficilis probationis dicuntur eá; quæ nocturno committuntur tempore.*

8 *Occulta Crimina pro excommunicationis declaratoria pròbantur etiam ex probabilibus argumentis, & nulla reſtrictione adhibita.*

9 *Peculiariter, ſi corpus delicti ſit benè probatum, & concurrant acclamationes, & publica vox, & fama.*

10 *Prædictis concurrentibus adminiculis, viles, vel infames; & domeſtici etiam teſtes admittuntur in cauſa excommunicationis.*

11 *Amplia, ſi ſpecialiter infames probent contrà infamem, & de crimine contra Crimiroſum, & de excommunicata contra excommunicatum.*

An ſit Aliquis nominatim excommunicandus, ſi dè crimine non ſit conuictus, vel confeſſus, ſed ſolummodò dè crimine conſtet ex indicijs? Et quæ indicia eſſe debeant, præſertim ſi delictum in Eccleſiaſticum ſit cômiſſum nocturno tempore, vt deueniri poſſit ad Excommunicationis declaratoriam?

QVÆSTIO XXXIV.

1 NVllus eſt excommunicandus, ante quam cauſa probetur, vt ex *cauſn. de illicita 6. in ordine 24. quaſt. 3. vbi Glo. & Canoniſta notantes.*

Quæ probatio reſultat, quandò quis dè crimine, prò quo venit excommunicandus,
2 eſt conuictus, vel confeſſus: Et tunc excommunicandus eſt, *text. in Can. Multi corriguntur 18. in ordine cauſ. 2. quaſt. 1.* & ſcribentes vnanimiter concordant.

Conſequenter excommunicationis decla-
3 ratoriæ locus non erit ex indicijs etiam indubitatis, *Ric. decis. Archiep. Neapol. 87 num 1. & ſeqq. par. 3. Nouar. dè Priuileg. Miſerab. Perſonar. Priuileg. 49. num. 4. & Sperell. decis. for. Eccleſ. par. 1. decis. 48. num 23 & 24.*

Nihilominus ſi excommunicationis declaratoria pronuncianda veniat, eo quia ali-
4 quis Clericus, ſiuè ſacerdos, aut Regularis fuerit Domi a Birruarijs nocturno tempore percuſſus, aut vulneratus, ad probandas percuſſiones, aut vulnera in nocturno tempore inflicta, vt poſtmodum declaratoria ſequatur, ſufficientes etiam erunt probationes antecedentes ex indicijs, licet leniores
5 etiam per indicia, & teſtes inhabiles, vt plena manu *Polydor. Rip. tract. de nocturn. tempor. cap. 56. num. 1. & ſeqq. pluribus, Phylip. de Rict. in Epyt. & Prax. cauſ regular. tit. dè teſt quaſt. 40. num. 1. & ſeq. pag mihi 123. Cabal. Caſ. 282. num. 12. & optimè Anton. Conciol. reſolut. crimin. V. Probatio, reſolut. 3. num. 10.* Vbi rationem reddit, quòd in his, quæ
6 ſunt difficilis probationis, receditur a regulis ordinarijs, & recipiuntur probationes eo modo quo haberi poſſunt, & *num. 11.* Sub-
7 dit, quòd delicta occulta, & difficilis probationis ea dicuntur delicta, quæ nocturno tempore committuntur. Sicquè iuremeri-
8 tò huiuſmodi occulta crimina pro excommunicationis declaratoria ex probabilibus etiam argumentis probata reſultant, *Text. in cap. 1. in V. Et poſt quam dè Homicid. in 6. Iacob. Pignattell. Conſult. Canon. tom. 1. Conſultat. 134. num. 4.* & in terminis etiam excommunicationis nulla reſtrictione adhibita ſcripſit *Genuens. in Prax. Archiep. Cur. Neapol. cap. 23. num. 21.*

Signanter, ſi in huiuſmodi caſu delicti no-
9 cturno tempore perpatrati adſit benè probatum corpus delicti, concurrant acclamationes, & publica vox, & fama, ex quibus
10 adminiculis viles etiam, vel infames, ac domeſtici teſtes admittuntur, *Farinac. quaſt. 56. num. 114. & 398* eò maximè, ſi infamis probet contra infamem, & de crimine contrà
11 criminoſum, & de excommunicato contra excommunicatum, vt docet *Alberic. de Malet. tract. dè Teſt. cap. 3. num. 7. penes Zilet. in recollect. de Teſt. pag. mihi 380.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Aſſertiua Notarij dicentis taſtis &c. an probet iuramentum fuiſſe delatum?*

2 *Notarius, ſi dicat = Teſtis iuratus, citatus, & interrogatus, an probet, vel nè iuramentum fuiſſe præſtitum, ſaltem præſumptiuè?*

3 *Scriptura tactus, quandò ſit, vel nè in iudicio neceſſarius, & an ex atteſtatione Notarij reſultet, vel non? diſtinguitur, & declaratur materia.*

An Notario aſſerenti, & confitenti Teſtem inductos iuraſſe, ſit credendum vel nè?

QVÆSTIO XXXV.

1 IVramentum Teſtis probatum non dicitur in aſſerta enunciatius Notarij dicentis, & confitentis teſtis &c. ſed in diſpoſitiua tactis ſcripturis &c, *Farinac. in ſuis decis. crimin. decis. 215. num. 3. ante cons. crimin. lib. 2.* Sicuti nec ſufficit ſſertio Notarij, dicentis = Iurstus &c. = Niſi Notarius ſubdat = & ſuo iuramento teſtis depoſuit &c. = *Rot. antè dictum 2. librum decis. 4. ferè per totam.*

2 Nihilominus, ſi Notarius diceret = Teſtis citatus, iuratus, & interrogatus = Hæc verba, licet iuramentum non probent, tamen faciunt adminiculum, & in dubio iuramentum præceſſiſſe præſumitur prò validitate depoſitionis, vt poſt *Farinac. dè Teſt. quæſt. 74. num. 36. & ſeqq. Caualer. decis. 334. num. 3.* quos vltra Iaſonem ſequitur *Gratioſ. Vbert. de Citat. tom. 3. cap. 13. num. 655. & num. ſeq.* ſubdit per diſpoſitionem *Text. in cap. & ſi Chriſtus, vbi Gloſ. & Canoniſtæ, de* 3 *Iureiuran.* quod ſufficiat Teſtes verbis iurare abſq; tactu ſcripturarum, & conſequentèr non eſt dè neceſſe; quod Notarius dè ſcripturarum tactu teſtetur, *Rot. recent par. 2. decis. 504. num. 7. cum alijs concordantibus penes d. Vbert. ibidem ſuprà.*

Minimeq; talis atteſtatio tactus eſt dè neceſſe, quandò teſtes fuerunt recepti in Iudicis præſentis, vel quandò ſtylus loci, aut Tribunalis ità ſe habet iurandi ſine dicta atteſtatione teſtis &c. vt optime *Bich. tom. 2. decis. 79. num. 15. cum ſeqq.*

Verum quia huiuſmodi quæſtio adamuſſim ſolita ſua erudita veritate examinatur à *Mancin. dè Iuramenti. par. 4. effect. 235.* nè ea, quæ ſunt bene contexta contextam, ſtudioſum remitto Lectorem ad eumdem Mancin. vt ſupra allegatum, qui profuſe intelligentias omnes, & limitationes patefaciet, & ad *decis. coram Caputaq. in ordine 283. lib. 1. in calce eiuſdem effectus impreſſam, & ad Galleſ. penes Zacch. dè obligat. Cameral. quæſt. 25. num. 10.* vbi concludit, quod tactus ſcripturæ in iuramento ſolum requiritur in caſibus, in quibus iuramentum defertur à Iure, vel vbi defertus à Iudice, vel à parte ex neceſsitate: in cæteris ſufficit verbalis iuratio, *Farinac. de Teſti. quæſt. 74. num. 73. & ſeqq. & Caputaq. decis. 123. & 346. par. 2. & decis. 295. par. 3.*

SVMMARIVM.

1 *An Notarius rogans inſtrumentum teneatur cognoſcere perſonas contrahentes?*

2 *Quas notitias ſufficit, quod acquirat Notarius dè contrahentibus Inſtrumentum? & de quo tempore ſatis eſt tales acquiſiuiſſe?*

3 *Contrahentium nomina ſcripta de conſenſu partium à Notario rogante, an ſufficiant pro validitate ſtipulandi contractus?*

4 *An ſit de neceſſe, quòd Notarius cognoſcat teſtes in Inſtrumento deſcriptos: diſtinguitur, & declaratur materia.*

5 *Prædicta procedunt de Iure communi: ſecus in ſtatu Eccleſiaſtico dè iure reformatiuo.*

6 *Conſtitutio Paulina prohibet Notarijs rogitum Inſtrumentorum, ſi Contrahentium non habeant Notarij cognitionem*

7 *Pœna Notarij rogantis Scripturas ſinè dicta cognitione.*

8 *Pœna non infligitur Notario ſi abſit dolus, & falſitas, & ſpontanea rei geſtæ confeſſio concurrat.*

6 *Pœna ſi non irrogatur Notario afflictiua, an irrogetur pecuniaria?*

Nota-

Notario Confitenti, & aſſerenti habere notas perſonas contrahentes, an, quandò, & quomodò de Iure credatur? Et quid dicendum in vim Conſtitutionis Paulinæ? Et quas pęnas Notarius incurrat ob inobſeruantiam?

QVÆSTO XXXVI.

1 INſpecta Iuris Communis Diſpoſitione
inconcuſſum eſt in hac prima quæſtionis
parte, quod Notarius Contrahentes Perſo-
nas cognoſcere non teneatur; niſi ex eorum
ſolummodo aſsertionibus, vel ex eo, quòd
ſic audiuerit tales Perſonas contrahentes itâ
2 nominari, ſicuti ipſe Notarius in Inſtrumen-
to expreſsit, cum alioquin nimis adſtringe-
retur rogandi Inſtrumenta Poteſtas in ſolis
perſonis per prius cognitis, & ex huiuſmo-
di reſtrictione ſequeretur, illa rogari non
poſse inter Ruſticos, Mulieres, & Extra-
neos, vt his præciſis verbis ſe præſefert
Vermigl. conſ. crimin. 253. num. 1. vbi num. 2.
3 ſubdit, quod dè Iure ſatis ſit, hanc notitiam
à Notario acquiri dè tempore contractus eò
modo, quo poteſt, nempè videndo Perſo-
nas paciſcentes, & audiendo eorum nomi-
na; & cognomina, quibus aſſerunt ſe voca-
ri, & benè etiam *Gratian. deciſ. Marth. 116. num. 3. cum ſeqq. & Burat. deciſ. 211. num. 17.*

Ita vt procedat non ſolum circa nomen
deſignatiuum ſubſtantiæ, vel corporis, ſed
etiam circà nomen deſignatiuum officij: &
in hoc caſu Notarius non delinquit, ſcriben-
do tale nomen dè Partium conſenſu ad *Text. in l. optimam, dè Contrahen. ſtipulat. an. cum alijs Congeſtis ab eodem Gratian. præcitata in deciſ.*
116. *num* 10. vbi *num.* 11. refert, non eſſe
neceſsè, quòd Notarius cognoſcat teſtes de-
ſcriptos in Inſtrumento, niſi quando debet
4 deſcribere in eo certam eorum qualitatem,
puta, quod ſint idonei poſſidentes ſubſtan-
tiam, & ſimilia, *ibiq. num.* 12. *cum ſeqq. vſq. ad fin.* illatiuè ad alia conſimilia exemplifi-
cat, ſed *ibidem num.* 10. *in Addition. & num.* 11. *pariter in Addit.* ſuper materia cognitio-
nis Teſtium nonnulla excipit, limitat, & de-
clarat, ad quem remittimus Lectorem.

Quò verò ad ſecundam huius quæſtionis
partem reſpectu *Paulinæ Conſtitutionis in ter-*
5 *minis reformationis ſub tit. dè Not. Tribun. Vrb. num. 37. verſ. Notarij Prohibentis rogitum abſq.*
6 *cognitione ipſius Notarij, vel vnius ſaltem ex*
7 *teſtibus ſub pęna emendationis intereſſe partis*
vltra pœnas pecuniarias infligendas, vt ibidem
8 *num. 63.* concludendum videtur, Notarium
eſſe excuſandum, ſi dolus, & falſitas abſit,
& concurrat ſpontanea rei geſtæ confeſsio:
nàm Notarius ignorans Perſonæ ſuppoſi-
tionem contrahentis, ſi nullam reportet vti-
9 litatem, non punitur pęna corporis afflicti-
ua, ſed pecuniaria ob inobſeruantiam Con-
ſtitutionis, ſiuè ſtatuti, vt optimè *idem Vermigl. præcitato Conſ. 253. num. 3. & ſeqq. & Gratian. dicta deciſ. 116. num. 1. & 2.* ſi dolus
tamen exiſtat; quo non exiſtente, vacat à
pęna ſtatutaria; ſed ego non recedo à diſtin-
ctis per *Vermigli. ibidem ſupra proximè.*

SVMMARIVM.

1 *Notarijs magna adhibetur fides.*

2 *Qualitates Notarij quæ eſſe debeant?*

3 *Notario atteſtanti, & confitenti Inſtrumentum à ſe rogatum non creditur, niſi appareat aliundè, & datur ratio.*

4 *Notarij rogitus ſine teſtibus non valet.*

5 *Sola Notarij Confeſsio in rogitu non ſufficit, ſine teſtibus.*

6 *Fides Notarij ſuper Inſtrumento à ſe rogato non probat, Inſtrumentum ab ipſo fuiſſe rogatum, niſi ipſius met Inſtrumenti copia exhibeatur.*

7 *Notario aſſerenti citationem eſſe exequutam quare non credatur?*

8 *Notario non præſtatur fides confitenti Nuncium ſibi retuliſſe, citaſſe B. prout in ſchedula.*

9 *Notarij non eſt tuta fides atteſtantis, ſe de teſtamento non fuiſſe rogatum, vel eſſe falſum?*

10 *Fides Notarij in examinibus quandò ſit tuta, vt Teſtis in repetitione ſi neget, non ſit ipſi teſti credendum, tàm ſi agatur in Ciuilibus, quàm in Criminalibus, & vide alia in numeris ſequentibus.*

11 *Teſtis contradicens ſemel dictis an, & quando puniatur de falſo?*

12 *Quid ſi Iudex examini non interfuit?*

13 *Notario aſſerenti congregatos eſſe de maiori parte vniuerſitatis, an ſit credendum?*

An Notario aſſerenti, & confitenti, ſe de aliquo Instrumento eſſe rogatum credatur? ſi de instrumento non doceatur eam Teſtium interuentu? & alia circa non fidem, vel fidem Notario adhibendam.

QVÆSTIO XXXVII.

MAgna Fides Notarijs præſtatur: ideo
1 omnis ratio poſtulat, vt Notarij ſint
2 Viri ſufficienti peritia, morum probitate,
& honeſtis Natalibus præditi. Oracula
ſunt, quæ extrata reliquit *Card. de Luc. in*
ſuis Decreto, & Proviſion. Congreg. Reformat.
Tribunal. de mandat. SS. DD. N. Innocentij XI.
Palic. Recor. in tit. de Notar. §. V. ex princ. pag.
3 *mihi 9.* Attamen ab hac fide receditur, Notarioq; non creditur atteſtanti, & confitenti de aliquo Inſtrumento, licet Notarius aſſerat, ſe dè eo rogatum fuiſſe, niſi aliunde
conſtet; cum regula ſit vniuerſalis, quòd non
creditur referenti, niſi conſtet de relato; eo
4 magis, quia ſine teſtibus non datur Notarij
rogitus: & ſi ſola ſufficeret atteſtatio, & Notarij aſſertio, Teſtes deſeruirent de Vento,
Cyriac. Contr. 444. num. 44. & ſeqq. tom. 3. &
Contr. 687. num. 61. & 62. tom. 4. Grattan.
diſcept. for. cap. 693. num. 1. & ſeq. & 736.
num. 33. tom. 4. Vermigl. Conſ. 230. num. 15.
Farinac. lib. 2. Conſ. crim. 171. num. 2. & 9.
& Conciol. reſolut. Crim. in V. Corpus delicti,
reſolut. 4. num. 2. pag. mihi 187. & alia inferuntur *in deciſ. 535. num. 3. & ſeqq. recent.*
par. 1.
5 Sicuti idem dicendum eſt, dum Notarius
ſuper aliqua re fidem faciat, ſe fuiſſe rogatum dè Inſtrumento inter B & N. quia huic
6 atteſtationi non creditur, dum non exibeat
rogati Inſtrumenti copiam, *Mantic. deciſ. 62.*
num. 3. cum alijs, quos copioſe congerit
Vbert. tom. 3. tract. de citat. cap. 13. num. 218.
orga med.
7 Nec creditur Notario aſſerenti, & confitenti citationem eſſe executam, cum deponat dè actu à ſe non geſto, nec a ſe rogato:
imò aſſerenti, Nuncium ſibi retuliſſe citaſ-
8 ſe N. prout in ſchedula, non valet citatio,
niſi conſtet dè ſchedula, *Rot. recent. par. 1.*
deciſ. 492. num. 3.
9 E conuerſo ſi Notarius atteſtetur, ſe non
fuiſſe rogatum de teſtamento, operatur non
tuta ſit ſides eiuſdem teſtamenti, *Rot. coram*
recol. mem. R. P. D. Priolo deciſ. 144. num. 7.
Cæterum ſi confiteatur Notarius falſum
conſcripſiſſe teſtamentum, talis confeſſio
tertio non præiudicat, niſi confeſſio eſſet
veriſimilis, & adminiculata, vt late docet,
& videndus *Merlin. deciſ. 209. num. 1. & ſeq.*
tom. 1.
10 Verum tuta erit fides Notarij, ſi teſtis
fuerit examinatus a Notario, & Iudice, &
deinde quando repetitur, negat, ſe non dixiſſe prout Notarius ſcripſit; & tunc nihil
11 ipſi Teſti credendum eſt, & ſtandum erit
primæ depoſitioni, non ſolum in Ciuilibus,
& ſic ad effectum vt probet, ſed etiam in
Criminalibus ad effectum, vt ipſe Teſtis dè
falſo puniatur, optime, multiſq; coegeſtis
D. D. docet *Farinac. tom. 2. conſ. 139. num. 1.*
& 8. pag. mihi 170. in 2. col. & luculenter
Conciol. vbi ſupra V. teſt. Miſcell. reſolut. 11.
num. 5. cum ſeqq. ad quem ſe conferat Lector
pro declarationibus, & limitationibus etiam
in ciuili cauſa.
Et quando in examine non interfuit D.
12 Iudex, an teſtes plures in repetione negãtes
ſcripta à Notario non eſſe vera, poſſint eorum depoſitiones nocere Notario, vt puniatur dè falſo, diffuſe ratiocinatur *Conciol. ibidem ſupra proximo à num. 1. vſque ad 4.*
Denique an ſit credendum Notario, qui
13 aſſerat, congregatos cum ſuis Syndicis, &
Officialibus eſſe de maiori parte vniuerſitatis?
affirmatiue tenendum, & parti opponenti
incũbit onus probandi contrarium, *Grattan.*
tom. 4. diſcept. Forenſ. 721. num. 1. & ſeqq.

SVMMARIVM.

1 *Confitenti ſcriptura, ſeù Inſtrumenti deperditionem, non creditur, niſi probetur caſus, & tenor Inſtrumenti, ſeù ſcriptura deperdita.*

2 *Prætenſus Debitor non moleſtatur, donèc Inſtrumentum, ſeù ſcriptura reperiatur, aut tenor ipſius legitime probetur.*

3 *Amiſſio Inſtrumenti non præſumitur, & alleganti onus probandi incumbit, cum ſuis qualitatibus?*

4 *Pro legitima Inſtrumenti, ſeù ſcriptura amiſſione probanda quæ dè Iure iuſtificanda veniant, & cum quibus circumſtantijs?*

5 *Deperditione Inſtrumenti, ſeù ſcriptura probata per Iuramentum, an probetur tenor ipſius ſcriptura? &c.*

6 *Notarij iurata aſſertioni dè tenore Inſtrumenti, ſeù ſcriptura an ſit ſtandum, ſi omiſſio allegetur*
ab alio

ab alio, quam à Notario? & ab hac opinione recedetur.

7 *Allegant ?elle gaudere beneficio ſcripturæ deperditæ, quæ extrema debeat præciſe, & concludenter probare, vt huiuſmodi beneficio fruatur?*

8 *Forma à Iure tradita probandi Inſtrumentum, ſeù ſcripturam deperditam eſt ad vnguem ſeruanda.*

9 *Talis forma non adimpletur per æquipollens, & hac non ſeruata, actus deſtruitur.*

10 *Sixtina Conſtitutio, & Bannimenta ſuper Archiuiis.*

11 *Erectio Archiuij ex duplici ratione: aut ob emolumentum aſſequendum; aut ob fraudes euitandas.*

12 *De Notarij conſtita legalitate, Inſtrumentum non deperit, ſi non ſit Archiuiatum.*

13 *Ad probandam amiſſionem Inſtrumenti per teſtes, quæ requirantur in perſona teſtium?*

14 *Mulieres quare non probant Inſtrumentum deperditum?*

An Notario, ſeù alteri Perſonæ aſſerenti, & confitenti, Inſtrumentum rogatum eſſe deperditum, ſeù ſubtractum, ſit, vel nè credendum & quando?

QVÆSTIO XXXVIII.

Simplici verbo, & Confeſſioni non ſta-
1 tur illius, qui aſſerit, Inſtrumenti, vel
ſcripturarū deperditionem, niſi caſus, & tenor
deperditi Inſtrumenti, vel ſcripturarum
deperditarum probetur: ſicq. non debent,
2 qui dicuntur Debitores ad ſolutionem cogi,
Text. clar in l. ſicut in ordine 5. & ibi Gloſ. & D. D. ſcribentes C. de Fid. Inſtrum. &c. Rot. poſt. 2. vol. Conſ. Crim. Farinac. deciſ. 278. nu. 6. in fin. & recent. par. 7. deciſ. 18. num. 22.

Et eſt ratio, quia Inſtrumenti, ſeù alterius
ſcripturæ amiſſio non præſumitur, &
parti illam allegantī incumbit nedum onus
probandi caſum ſequtæ amiſſionis, ſed etiam
iuſtificandi, quòd ſinè ſua culpa contigerit,
Card. Cerr. deciſ. 262. num. 7. tom. 1. & Recent. par. 10. deciſ. 182. num. 7. & 8.

4 Imò vlterius requiritur, vt teſtes probantes
Inſtrumenti, ſeù ſcripturæ tenorem deponant,
quòd audiuerint legi Titium debere
N. decem, vt per *Gloſ. in d. l. ſicut in V. Quòd Titius, & ibi Barboſ. in collect. D. D. ſuper C. num. 5.*

5 Et quamquam *Mancin. dè Iuram. par. 4. effect. 121.* teneat, quòd amiſſione Inſtrumenti,
ſeù ſcripturæ probata, eius tenor iure iurando
probatus remaneat: *& Poſt. de manuten. obſeruat. 69. num. 29.* quòd dè non reperitione
ſcripturæ, ſeù actorum, ſiuè de amiſ-
6 ſione dum agitur, iuratæ notarij aſſertioni
credatur, quandò amiſſio, ſeù non reperitio
non allegatur ab ipſo, ſed ab alio.

Has tamen dictorum D. D. opiniones
non admitterem aduerſus expreſſam diſpoſitam
formam a *dicta l. ſicut. l. Emancipatione XI. C. de Fid. Inſt. l.* Teſtium 14. *§ ſin verò facta C. de Teſt.* & a Iure Canonico *in cap. Cum olim 12. vbi optimè Barboſ. num. 1. & 4. 5 & 6. in Collect. D. D. Iur. Pontific. Vniuerſ. tit. de Priuileg.* quos Text. vna cum D D. ſequitur, *Rot dicta par. 10. recent. Coram Card. Corrado deciſ. 58. qua num. 7.* cum clarè diſpoſitis
a prædictis legibus ciuilibus, & Canonicis
firmat, quòd is, qui intendit gau-
7 dere beneficio ſcripturæ amiſſæ, debet antè
omnia probare, illam in rerum natura extitiſſe,
eaq. forma & tenore conceptam, vt
ſi hæc ſcriptura, ſeù Inſtrumentum exiberi
poſſet, ſit illi, qui ſupponit amiſſam, ſeù
amiſſum, omnino talis ſcriptura profutura;
deindè verò probari debet, caſu fuiſſe ſcripturam
amiſſam; & eadem *deciſ. 58. num. 8.*
Subdit, quod non ſufficiat, ſi teſtes deponant,
ſcripturam, ſeù inſtrumentum fuiſſe
factum, ſed exprimerè debent, ſic fuiſſe factum,
ſic fuiſſe ſcriptum, & ſic fuiſſe lectum,
alias d. Teſtes Fidem non facerent; & *Barboſ. in citat. cap cum olim num. 6.* dicit, eſſe dè
neceſſe, quòd Teſtes probent etiam diem,
Conſulem, & annum; & in *eodem num. 6. poſt med.* Subdit, ibi = debent igitur ijdem
Teſtes Deponentes de amiſſione, vel alij deponere
etiam de eo, quod in inſtrumento deperdito
continebatur; nequè enim oportet,
quod ijdem, qui de amiſſione deponunt, deponant
inſimul de tenore, ſed ſufficit, quod
ex pluribus Teſtibus alij dè vna deponant
qualitate, alij de altera, itaut ex omnium
dictis ſimul iunctis perficiatur probatio =

Quæ probatoria formula, ſic vt ſupra in
8 hoc caſu a iure præſcripta, eſt adunguèm
ſeruanda, & ad nihilum valet Notarij iurata
prædicta aſſertio; & eſt ratio potentiſſima,
quia forma reſpiciens modum, & ordinem
perficiendi actum, eſt omninò ſeruan-
9 da, nec adimpletur per æquipollens, *Rot. cum alijs concordantibus recent. par. 19. deciſ. 21. num. 5. & 20.* & in minimò non ſeruata
forma deſtruit actum in totum propter illius
indiuiduitatem *dict. par. 19. deciſ. 338. nu.*

9 & hic ad corroborationem benè, & ad propoſitum adaptantur ea, quæ ſupra diximus in antecedenti quæſtione 37. eoq maximè ſi tale Inſtrumentum, vel ſcriptura non reperiatur in Archiuio ad tenorem *Con-*
10 *ſt. Sixti V. 83. tom. 2. Bullar. Rom. & Bannimen t. gener. ſuper Archi.*

Et indubitanter pro adimplemento dictæ probatoriæ formulæ à Iure præſcriptæ eſt tenendum, ſi Inſtrumentum, ſeù ſcriptura in Archiuio non reperiatur exhibita ad tenorem *dict. Conſtit. vel Bannimentorum, aut Reformationis Clariſſ. mem. Card. de Luca tit. de Var. Prouiſion. §. 21. pag. mihi 17*

Siquidèm Archiuium, ſeù Archiuij Bulla
11 ex duplici ratione fuit neceſſariò edita, vel ratione emolumenti Archiuio applicati, vel ad euitandas fraudes, vt in vtroque casù conſuluit *Vermigl. Conſ.* 412. Si ad euitandas fraudes, cum coſtare debeat de rei veritate, conſequenter apparete etiam debet dè qualitate identificatiua Inſtrumenti, ſeù ſcripturæ, *Vermigl. dict. Conſ.* 412. *num* 2. *&* 3. Quibus non iuſtificatis, nec iuſtificatur le-
12 galitas Notarij, ſinè qua Archiuium ſemper eſt in ſuo robore, & fraudis inſurgit ſuſpicio, ſi allegetur ſcriptura non probetur ſaltem cum requiſitis vt ſupra probandis, *dict. Conſ.* 412 *num.* 4. vel probata etiam ſcriptura, deficiat legalitas Notarij in caſu non exibitionis in Archiuio.

Concludendum eſt deniquè, quòd vltra
13 prædicta requiſita legitimè a Teſtibus probanda; probandum eſt etiam in caſu deperditi Inſtrumenti, ſeù ſcripturæ deperditæ, quòd Teſtes ſint periti, boni, & idonei, nullamque patiantur exceptionem, vt in ante
14 cedenti *quæſt.* 18. & quòd Mulier non admittatur in Teſtem ad probandum tenorem inſtrumenti, ſeù ſcripturæ deperditæ, iuxtà ea, quæ luculenter ſcripſit *Farinac. de Teſtib. quæſt.* 59. *caſ.* 2. *num.* 44. *pag. mihi* 77. *à tergo, & ego in citata quæſt.* 18. *in hoc tom.*

SVMMARIVM.

1 *Accuſator, ſeù damni dati Guardianus ſi accuſando ſemel confiteatur coram Iudice, & Notario aliquem inueniſſe inferendo damnum, an poſſit poſtmodum contrarium teſtificare?*

2 *Legalitas Notarij non læditur per contrariam accuſantis confeſſionem, & teſtificationem.*

3 *Signanter ſi Notarius non habeat commodum.*

4 *Notarius in his terminis accuſatus de falſo abſoluitur, & dantur rationes.*

5 *Quandò abſoluatur, & an ex capite Innocentiæ*

6 *Huiuſmodi abſolutio ex quo capite robur accipiat, an ex bona fama Notarij, & mala Guardiani?*

7 *Notarij ſcriptura an præualere debeat, & quandò, & quid ſi vterq. eſſet malæ famæ, præſertim ſi Notarius toleraretur in officio? & alia ad propoſitum.*

An Guardiano, ſeù damnorum datorum Accuſatori, qui ſemel coram Iudice per acta Notarij accuſando faſſus fuit, Aliquos inueniſſe damnificantes in bonis, ſit credendum non obſtante atteſtatione poſtmodum in contrarium facta, & rogata ab alio Notario?

QVÆSTIO XXXIX.

Reſolutiua eſt hæc quæſtio, & Guardianus, ſeù damnorum Accuſator,
1 qui coram Iudice, & Notario accuſando faſſus fuit nonnullos inueniſſe damnificantes in bonis B. nequit poſtmodum contrarium refateri, ſeù deponere in præiudicium fidei habendæ ſcripturæ prius à Notario factæ, etiamſi talis contraria depoſitio, ſeù confeſſio fiat coram eodem, vel diuerſo Iudice per alium Notarium; & eſt ratio; quià ſe-
2 cundæ ſcripturæ non eſt credendum in præiudictum legalitatis primi Notarij, ſignanter pro excludendo à Notario falſi crimen, *Clar. in Prax crimin. §. Fin. quæſt.* 53. *verſ. quintus eſt caſus, pag. mihi* 145. *à tergo, Boſſ. in Prax. crim. tit. de Falſ. num.* 16. *& ſeqq. pagina mihi* 194. *& Ciazz. diſcept. Crim.* 9. *de reo, num.* 393. *cum ſeqq. & diſcep. crimin* 24. *num.* 29. *cum ſeqq. tit. de Pratenſ. Falſit. Not.*

Eoquè maximè, dum Notarius nullum
3 habeat commodum, *Conciol. Allegat.* 89. *nu.* 19. *& Allegat.* 91 *num* 23. *& Ciazz. dicta diſcept.* 24 *num.* 37. *cum ſeqq.*

Conſequenter Notarius querelatus ne-
4 quit falſi pœna puniri, ſed tanquam Innocens à querela porrecta venit abſoluendus, *Clar.* §. *Falſum, verſ Pene Teſtis pag. mihi* 9. *à tergo, Ciazz. eadem diſcept.* 9. *num.* 411. *& ſeqq. & dicta diſcept* 24. *num.* 20. *&* 21. *& Ric. Collect.* 651. *verſ. intel ige* 3. *par.* 3.

5 Et dè tali abſolutione danda non eſt ambigendum, peculiariter dùm vigeat bona
6 fama Notarij, & mala Guardiani, cum ſemper præualere debeat Notarij ſcriptura prius ro-

ns rogata, & in officio exiſtens, & hoc procedit ampliatiuè loquendo etiam ſi vterque
5 eſſet malę famæ; quia ſemper credendum eſt Notario, maximè dum toleratur in officio, *Ciarz. practicata diſcept.* 24. *num.* 29. & 30. & dum in vim ſcriptorum factorum a d. Notario damnificantes, licet non omnes, ſed nonnulli pœnas perſoluerint, vt benè aduertit *Conciol. Allegat.* 91. *n.* 30 41. & 42. *vbi num.* 43. *cum ſeq.* docet, quòd omnis ſubtilitas eſt adhibenda, vt falſitas euitetur, & ſemper quæcumq. interpretatio ſumenda eſt excluſiua falſitatis: & indubitanter, dum Notarius ſcripſerit coram Iudice, vt firmaui in antecedenti *quæſt.* 37. *num.* 10. & *ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Nurus, & Socer in quo loco de Iure habeantur?*

2 *Nurus in quibus caſibus petat alimenta à Socero?*

3 *Confeſsio dè dote recepta facta à Socero fauore Nurus contra Socerum conſtituit obligationem præſtandi alimenta.*

4 *Confeſsione nulla melior eſt probatio.*

5 *Alimenta fauore Filij, & Nurus non præſtantur à Patre, & reſpectiuè Socero extrà Domum.*

6 *Filio proprijs induſtrijs viuenti Pater non præſtat alimenta.*

7 *Vt Pater non præſtet alimenta Filio, quid primus probare teneatur?*

8 *Sententia in taxandis alimentis quomodò ſit concipienda, & qua ſit habenda circumſcriptio? eſt materia valde notabilis.*

9 *Et quid dicendum in Filio Doctore?*

10 *Quot ſunt caſus, in quibus grauatur Pater ad ſubminiſtrandum Filio, & Vxori alimenta extra Domum?*

11 *Taxatio, ſeù alimentorum æſtimatio, quibus inſpectis, ſit facienda, & ad quam ſummam?*

12 *Matrimonium an ſit cauſa ſufficiens ad petenda alimenta à Patre extrà Domum?*

13 *Pater an ex iuſta, vtili, & neceſſaria cauſa poſsit abſque conſenſu Filij, & ſine Iudicis decreto alienare bona Filij?*

14 *Iuſta cauſa non concurrente, Pater dilapidans bona Filiorum aduentitia, an priuetur adminiſtratione; ſi non ſidetabeat.*

15 *A Patre non abdicatur dominium, ſed adminiſtratio in caſu dilapidationis.*

16 *Pater ob decoctionem, & dilapidationem an Vſufructu in bonis Filiorum priuetur?*

17 *Pater ſi malè vtatur ſubſtantia ſua, itaut abuſus cadat in prodigalitatem, an eidem Patri conſtituendus ſit Curator?*

18 *Pater ſi malè vtatur dote, vtputa quià fundum dotalem vendat, an Filij poſsint reclamare, & eiſdem Filijs an in vita, vel poſt obitum Patris competat aliqua actio, ſaltem per Iudicis officium?*

19 *Pater, ſi ſubuertit, & diſsipat bona Fideicommiſſo ſubiecta fauore Filiorum an priuetur, vel ne poſſeſsione bonorum, & ſubingrediantur Filij?*

20 *Pater ſi diſsipat bona propria libera, nullaq. reſtitutioni obnoxia, an in hoc caſu Filij inſtare valeant aduerſus Patrem, vt congrua dè Iure legitima portio aſsignetur?*

21 *Vſq; ad quod tempus Pater teneatur Filio ſubminiſtrare alimenta? & an alimenta varientur variato tempore, vel auctis ſubſtantijs paternis, vel illis diminutis?*

22 *An, et quandò, et quomodo Filij poſsint, vel non reuocare pro eorum legitima, et reſpectiuè alimentis alienationem bonorum factam à Patre? Diuerſis modis diſtinguitur dè Iure vtilliſsimus articulus.*

A Patre Filius pro ſe, & Vxore ſua, cuius Pater fatetur recepiſſe dotem, ſi Alimenta extra paternam Domum expoſcat, vtrum poſsit, vel non vtrique denegare, & quando? & multa de Patre diſsipante bona Filij, & propria, & quandò Patri permittatur (inſcio Filio, & quandò non alienatio bonorum Filij? & quando Filio detur, vel nè actio reuocatoria contra bona à Patre alienata?

QVÆSTIO XL.

1 EST verum, quòd Nurus habetur pro Filia, & Socer locum Patris tenet; & ex Iuris diſpoſitione etiam dote non habita,
2 conſequitur Nurus alimenta à Socero, Matrimonio conſtante, *Rot. recent. par.* 18. *tom.* 1. *deciſ.* 30. *ferè per totum diſcurſum, et deciſ.* 349. *pariter per totum.*

Et multo magis ipſe Socer alimenta præ-
3 ſtare tenetur conſtito legitime dè Vxoris, ſeù Nurus dote ab ipſo Socero recepta. Vel ſi Socer dotem recepiſſe (etiam conſtante Matrimonio) fateatur, a dicta alimentorum
4 præſtatione non eximitur. Siquidem Confeſsio eſt omnium obligationum maior, & conſi-

confitentem coarctat ad confeſſatorum executionem, *Ioan: Emeric. in ſua prax tit.l proceſs. Iudic. tit. 65. dè Confeſsion. num. 1. cum ſeqq. pag. mihi 388. in 2 col. Rot eadem par 18. tom. 2. deciſ. 455. num. 13. et par. 19 deciſ 81. num. 9. deciſ. 179. num. 10. deciſ. 316. n. 22. et 23. et deciſ. 411. num. 6.*

Huiuſmodiq; tamen actio fauore Nurus,
5 & Filij aduerſus Patrem locum non haet, ſi petantur alimenta eatra Domum, ſed locum ſibi dè Iure ſolummodò vendicat inter ipſius Patris domeſticos Lares; nàm Pater dum dotem habuit, Matrimonij onera ſuſtinere tenetur intrà eius Domum, nec ad ipſum Filium onera prædicta tranſeunt, niſi paterna morte ſequta, ità *Text. in l. ſi is, qui 57. §. Ibi dos cum ſequenti ff dè Iur. dot. et benè Surd. de Aliment. tit. 1. quæſt. 38 nu. 7. et 8. et Mantic. deciſ 321. num. 1. et optime Put deciſ. 339. num. 1 et 3 lib. 3.*

Minuſuè Pater volenti Filio è paterna
6 Domo diſcedere alimenta præſtare debet, cum proprijs operibus, induſtrijs, ac exercitio iuata ſuum ſtatum, & conditionem ſufficienter Filius viuere valet, *Text. in l. ſi quis d liber. s poſt princ. §. ſed et ſi Filius ff. de liber. agnoſcen. Surd. in præcitat. tract tit. 7. quæſt 6. num. 1. et 2. et Salgad. in ſuo laberynt. Credit. concurren. par. 1. cap. 25. num 40* Vbi ſubdit,
7 quod idem Pater vt prædicta ſibi locum vendicent, probare teneatur, quòd Filius ſit in bona valetudine, ſuiſq; induſtrijs, operibus, ac eaercitio viuere poſsit: quibus non
8 ſtantibus, ſententia ſi ſit pronuncianda, concipienda erit, vt Pater perpetuo non obligetur, niſi ad tempus, quo Filius non erit ſanus, & validus, operæq; intendere nequeat, & cum vlteriori animaduerſione, quòd alimentorum taaatio creſcat, & decreſcat ſecundùm varietatem temporum, & ſecundùm facultates Patris creſcentes, & decreſcentes, & conſequenter ea fructibus bonorum, habito reſpectu ad ſubſtantiam, & qualitatem Patrimonij *Salgad. ibidem ſupra nu. 41. et 50. et Rot. recent. par. 14. deciſ. 442. et par. 15. deciſ 256. num. 3 et ſeqq. et par. 18. tom. 2. deciſ. 612. num. 7.*

Quamquam *Rot. recent. par. 1. deciſ 224. num. 5.* referat, quòd ad huiuſmodi effectum induſtria, & operæ non attendantur propter fragilitatem humanæ potentiæ, quæ variatur ea tempore, ſed attendendum ſit, an Filius habeat vnde ea redditibus viuere poſsit, & *num. 6.* concludit, quòd præſertim
9 locum habeat, vbi agitur dè induſtria Doctorum, quæ ab alijs pendenda eſt, nec poteſt arbitratu proprio exerceri;

Cæterùm ſi Filius proprijs induſtrijs, & operibus viuere nequit, & paternæ Domus ſtare non valeat cum Vxore ſua ob Patris
10 ſæuitiam à Filio probandam, ſiue ob rixas, & malos mores, vel ob ſimilia, & his caſibus, & ſimilibus abſque dubio tenetur Pater Filio, & Vxori extra Domum alimenta præſtare, *Ricc. Collect. 2435. verſ. Amplia 2. par. 6. & Collect. 3528. par 8. & Rot dicta Recent. par. 15. eadem deciſ. 256 num 12. & ſeqq.* & bene in puncto litis *Rot recent. par 18. tom. 1. deciſ. 307. num 15. & par. 19. deciſ. 320. nu. 5. & ſeqq. vbi num. 7. & 8.* ſub iii, quòd licèt Iudex concurrenti rationabili cauſa poſſit
11 decernere alimenta ſubminiſtrari etiam extra Domum, hoc tamèn intelligendum eſt iuxta æſtimationem eius, quod in propria menſa fuiſſet quis impenſurus, *ſicq. num. 9* ait, quod habito hoc reſpectu, alimentorum taxatio eſt in ſcutis quatraginta.

Nec obſtat, quod Matrimonium ſit ſuffi-
12 ciens, ac legitima cauſa conſequendi alimenta eatra Domum, vt *in dicta deciſ. 256. num. 11. & 12 par. 15* quia ibi allegatur *deciſ. 199. n. 6. par. 4 recent. tom. 1.* quæ non abſolutè, nec indeterminate loquitur, ſed quando exiſtat iuſta cauſa alibi commorandi; conſequenter talis deciſio 256. eſt intelligenda iuxta terminos, in quibus D. D. & deciſiones allegatæ loquuntur, vt alias comprobaui in antecedenti quæſtione.

Et quemadmodùm cauſa operatur vt ſupra fauore Filij, & Vxoris: è conuerſo tan-
13 tum in Iure fauore Patris æſtimatur iuſta cauſa, vt idem Pater, iuſta, vtili, & neceſſaria exiſtente cauſa, poſsit abſque conſenſu Filij, & Iudicis decreto alienare bona ſtabilia ipſius Filij: ſecus ſi dicta cauſa non concurrat, *Rot. recent par. 9. tom. 1. deciſ. 30. à num. 31. vſque ad 36*

Vnde, non concurrente dicta iuſta cauſa,
14 Pater dilapidans aduentitia Filiorum bona, ſi non fideiubeat, adminiſtratione priuatur, *Surd. deciſ. 279. num 4. Antonin. dè Amat. reſolut 86. num. 10. pag. mihi 358. in 2. col. Antonell. dè Tempor. legal. lib. 2. tit. dè Annis cap. 98. num. 43. pag. mihi 351. Burat. deciſ. 3. num 9. & ſeq Chartar deciſ. Gen. 56. num. 4. in V. quòd ſi Pater dilapidat, & Caſ. Argel. tract. de acquir. poſſeſsion quæſt. 8. art. 17. num. 381. & ſeqq. pag. mihi 248 & dicta quæſt. 8. art 21. num. 531. pag. mihi 261 vbi dicto art. 17. num. 389. cum ſeq.* improbat talem fideiuſsionem præſtandam poſt actum poſteri-
15 us dilapidationis, itaut a Patre non ſit abdicatum dominium, ſed adminiſtratio, vt ſupra dixi, & recenſet *Burat. d. deciſ. 3. n. 9. & ibi* reddit rationem, nè poſsit bona obligare.

Cæte-

Digitized by Google

Cæterùm *Gratian.diſcept.Forenſ.78 1.nu.51. & ſeqq.tom.* 4. tenet, quod licet Pater ob decoctionem, & bonorum dilapidationem non priuetur vſufructu; tamen ſi dilapidet bona Filiorum, vſufructu priuabitur; diſtinguit tamen *Argel. eadem quæſt.* 8. *art.* 17. *poſt. num.* 380. *cum ſeqq.* tres caſus, qui tamquam in diuiduales cenſeo ſeruandos ad formam ſuæ diſtinctionis.

17 Imò vlterius dicendum eſt, quòd ſi Pater male vtatur ſubſtantia ſua, itaut abuſus cadat in prodigalitatem, conſtituitur ei Curator, *Bart. in l. ſi conſtante, num.* 63. *ff. ſolut. Matrim. Chartar. deciſ.* 56 *num.* 4.

18 At ſi non cadit in Prodigalitatem, tunc aut male vtitur dote, vt quia fundum dotalem vendidit: & tunc Filij non poſſunt aliquid dicere, ſed Patre mortuo poterunt vendicare. At ſi dos ſit in quantitate, & Pater ſuum Patrimonium ita deſtruit, diſsipat, & ſubuertit, vt Dos Filij non ſit ſalua; & debet eis conſultum eſſe per Officium Iudicis, vt ſuum ſaluum habeant, *Bart. in d. l. ſi Conſtante, eodem num.* 63. *& Cartar. eadem deciſ.* 56. *num.* 4 *in V. At ſi non cadit.*

19 Aut Pater male vtitur, ſubuertit, & diſſipat bona propria ſubijacentia tamen reſtitutioni fauore filiorum in vim Fideicommiſsi: & tunc Patri aufertur poſseſſio dictorum Bonorum, & datur liberis, ita tamen vt Pater exinde a Filijs alatur, *l. Imperator ff. ad Trebell. Argel. d. quæſt.* 8. *art.* 17. *num.* 882. *&* 883. *Chart. d. deciſ.* 56. *num.* 4. *verſ. ſi vero diſsipat, Antonell. tract. de Tempor. Legal. tit. de Annis, cap.* 98. *num.* 43. *pag. mihi* 351. *& late Peregrin. de Fideicom. art.* 40. *n.* 15.

20 Verùm ſi pater diſſipat bona propria libera, nullicq; reſtitutioni obnoxia poſſunt Filij aduerſus Patrem inſtare, vt ſibi congrua bonorum portio aſſignetur prò alimentis, quæ bonorum portio ſic aſſignata remanet etiam affecta pro legitima, itaùt a Patre alijs aſſignari nequeat, *Argel. d. art.* 17. *nu.* 883. *& benè d. Antonell. ibidem ſuprà nu.* 41. *& ſeqq. Cartar. d. deciſ.* 56. *eodem nu* 4. *verſ. ſi autem ſunt bona propria, & late videndus Rub in Annot. ad deciſ* 29. *num* 30. *& ſeqq. par.* 8. *recent.*

21 Et quamquam talis aſſignatio pro alimentis iuxta opinionem *Rn. Collect* 2435. *verſ. & debet par.* 6 in Filijs maſculis duret vſq; ad decimum octauum annum, in Filiabus verò Fæminis vſq; ad decimum quartum; dictoque tempore expleto exhimatur Pater à preſtatione alimentorum: tamen verior eſt opinio, quòd in omni ætate, & in omni tempore Pater de fructibus ſuorū bonorum Filio non induſtrioſo, & exercitio carenti teneatur ſubminiſtrare alimenta concluſit poſt problematice diſcuſſum articulum *Narbon. dè Ætate tit. Annus decim. quart. quæſt.* 31. *per tot. & in Concluſ. nu.* 8. *&* 9. *pag. mihi* 209. *cum ſequent.*

Bene verum eſt, quià alimenta ſecundum ætatem debentur, & hac creſcente, alimenta creſcunt, vt optimè multis cumulatis authoritatibus etiam Rotalibus, ſanciuit *Rot. recent. par.* 18. *tom.* 1. *deciſ.* 107. *num.* 11.

22 Et non tantum Filij in caſibus ſuperius expreſſis poterunt agere aduerſus Patrem, verùm etiam bona a Patre voluntariè alienàta tamquàm in fraudem legitimæ ipſis filijs debitæ poterunt reuocare pro eorum conſequenda legitima; non autem è conuerſò Pater reuocare poterit bona alienata à filio, ſeù Filijs, *Bart. in l. Non vſquè adeò ff. ſi quis fuerit à Parent. Manumiſſ.* & ſequitur *Ceſ. Argel tract. de acquir. poſſeſ. quæſt.* 3. *art.* 17. *num.* 937. *pag. mihi* 125. *Merlin. tract. de legitim. lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt* 4. *num.* 5. *pag. mihi* 57. *& lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 18. *num.* 15. *pag mihi* 119. & optimè perpendit *Peregr. de Fideicom. art.* 36. *num.* 37.

Voluntaria autem alienatio reſpectu Patris ea dicitur, quæ fit titulo lucratiuo videlicet donationis &c. ſecus eſt dè ea alienatione, quæ fit titulo oneroſo, prout eſt venditio: hæc enim alienatio oneroſo titulo facta tunc à Filijs reuocatur, quandò Venditor, & Emptor fuiſsent fraudis, doli, & ſimulationis participes: ſecus eſt, ſi neuter fuiſſet in dolo; & hanc diſtinctionem tenet *Peregr. ibidem ſuprà eodem num.* 37. *in V. Hac tamen, Clar. in §. Donatio, quæſt.* 24. *verſ. & hæc quidem pag. mihi* 74 *à tergo in* 2. *col. Practic. Papien. in for. Libel. quo agitur pro Donat. in V Irreuocabiliter num.* 7. *pag. mihi* 368. & in puncto etiam Matris, & Patris *Conciol. allegat.* 40. *num.* 24. *& ſeqq. & Dilect. tract. de Art. Teſtam. tit. de liber. inſtituen. vel exhæredan. cauth.* 17. *num* 5. *& ſeqq.* vbi *num.* 6. vocat hanc actionem reuocatoriam Salutianam, vel Fauianam Actionem.

Cæterū ſi titulo oneroſo alienatio præceſſerit per pretij receptionem: tunc danda non eſt reuocatoria, licet pretium pater diſſipet, dè quo precio non debet eſſe Emptor ſollicitus *Merlin. d. tract. dè Legitim. lib.* 5. *tit.* 3. *quæſt.* 6. *num.* 21. *vbi num.* 23. concludit, non procedere, dum maiorem partem ſubſtantiæ, vel totam Pater diſſipaſſet, tunc Emptor non eſt tutus, quamuis precium Pater venditor recepiſſet, & *num* 24. *&* 25. quod ſtante captioſa Patriſque doloſa diſsipatione reuocanda eſt alienatio bonorum

notum

norum pro ſufficienti quantitate alimentorum fauore Filiorum; Quo dolo, fraudeq; ceſſante, obligatio alendi non tranſit in ſucceſſorem bonorum, niſi extet ſpecialis obligatio facta à Patre alendi Filios, & late etiam docet *Surd. de Aliment. tit. 1. quæſt. 50. pag. mihi 52. Dilect. de Art. teſtan. tit. de liber. inſtituen. vel exhæredan. caut. 17. à num. 6. vſq. ad 8.*

SVMMARIVM.

1 *Hæreditatis adeundæ ius infra quod tempus præſcribitur?*

2 *Immiſcens ſe in hæreditatem alicuius, ſi poſtmodum in Iudicio compareat, & dicat velle adire cum beneficio legis, & Inuentarij, an nè aſſerenti, & Confitenti ſuffragetur poſt elapſum iuridicum tempus?*

3 *Confeſſio emanata in Iudicio, vel extrà ſuper actibus à lege interdictis, an ſit, vel nè ad fauorem, vel contrà Confitentem ſeruanda?*

4 *Tempus conſtitutum ad adeundum Hæreditatem cum Beneficio legis, & inuentarij, an currat de momento in momentum?*

5 *Beneficium legis, & Inuentarij poſt elapſum tempus præſcriptum à Iure, an conſtituat hæredem Simplicem, & reddat eum obligatum inſolidum fauore creditorum hæreditariorum.*

6 *Confeſſio emiſſa ad vnum finem, quarè non proficiat Confitenti, qui adiuit hæreditatem poſt tempus, per quod excluditur à dicto Beneficio? Declaratur articulus, & limitatur.*

7 *Hæres per ſuam declarationem in actis factam de velle hæreditatem adire cum Beneficio legis, & inuentarij nihil aliud efficit poſt d. elapſum tempus, quam ſe hæredem ſimplicem declarare, & confiteri ſe obligatum exequutiuè vt Defunctus tenebatur.*

8 *Hæres adeundo poſt dictum tempus præſcriptum, vt releuetur ab obligatione inſolidum recurrere debet ad beneficium reſtitutionis in integrum.*

9 *Beneficium reſtitutionis in integrum maiori ex qua cauſa concedatur, & quæ concurrere debeant requiſita, vt talis reſtitutio detur, vel ne ob omiſſum Inuentarium, vel perperam factum, & an etiam competat Hæredi Hæredis?*

Si Aliquis compareat in Iudicio, & Confiteatur B. eius Sanguine coniunctum ex hac vita deceſſiſſe, & proteſtetur ipſius B. velle adire hæreditatem cum Beneficio legis, & Inuentarij, ſi in eodem comparitionis tempore per agnitionem Hæreditatis prius factam, præſcriptum in Iure tempus ad adeundam Hæreditatem prædictam ſit elapſum, an fruatur, vel nè dicto Beneficio legis, & Inuentarij, & an ſi non fruatur poſſit dici hæres ſimplex, vt de proprio teneatur inſolidum fauore Creditorum Defuncti? & ex qua cauſa ſaltem competat, vel nè Beneficium reſtitutionis in integrum?

***

QVÆSTIO XXXXI.

1. QVamquam ſolida ſit in Iure Concluſio, quòd Hæreditatis adeundæ Ius præſcribatur ſpatio triginta annorum poſt Ius delatum, etiamſi pendeat à mero arbitrio Hæredis, an velit adire, *Antonell. de Tempore legal. tit. de Dieb. hor. & moment. lib. 4. cap. 10. num. 26. pag. mihi 449. in 2. Col. Io: Dilect. de Art. teſtan. tit. 11. caut. 6. num. 1. pag. mihi 260. Io: Franc. Balbo tract. de Præſcript. quæſt. 19. num. 1. & ſeqq. Rot. Recent. par. 9. tom. 1. deciſ. 67. num. 25. & Graſſ. de ſucceſ. art. acquiſit. hæred. 1. quæſt. 20. num. 4. pag. mihi* 80. ibique *num.* 5. Subdit, quod ſi intra triginta annos propter ignorantiam non adiuuerit, poterit in integrum reſtitui ex clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa, & ità etiam ſentit *Dilectus ibidem ſupra, & Rot. recent par. 3. deciſ. 3. num.* 1. aut hoc procedat quoad bona non præſcripta; quia Poſſeſſor rei hæreditariæ longo tempore cum titulo, & bona fide præſcribit intra decem annos inter præſentes, & viginti inter abſentes, & eſt ratio, quia licet non eſſet excluſus filius à Iure adeundi, ſeù veniendi ad hæreditatem, eſſet tamen præſcriptum dominio, & actioni; & per conſequens tolleretur per indirectum illud Ius adeundi quoad bona præſcripta, *Bald. poſt Gloſ. in l. fin. C. ſin. regan. & ſequitur Balbo in d. quæſt. 19. num.* 7. vbi in *verſ. & idem*; ampliat procedere poſt trigeſimum annum, etiam abſque titulo.

Nihi-

Digitized by Google

Nihilominùs ſi Aliquis in Iudicio compa-
2 reat, & fateatur, vitam cum morte commu-
taſſe B. eius Conſanguineum, einsdemq. he-
reditatem adire intendat cum Beneficio le-
gis, & Inuentarij, & in hæreditate ſe im-
miſcuerit per tres menſes antè præfatam
comparitionem, & confeſſionem; compa-
3 ritio huiuſmodi, declaratio & conſequentèr
Confeſſio ad hunc eff ctum eidem non ſuf-
fragatur tamquam Iuris Communis diſpo-
ſitioni contraria per lapſum temporis d. d.
trium menſium, poſt quod euaneſcit Virtus
dicti Beneficij *ad Text. in l. fin. §. ſin verò
poſtquam. C. de Iur. deliberan.* Nam in actibus
quibuſcumq; à lege interdictis, ſeruatur, vt
confeſsio non proſit, nec quoquo modo ſuf-
fragetur, & quæ alias eſt omnium proba-
tionum fortiſsima, in his, lege reſiſtente ſit
nulla, *l. contra Iuris 28 §. vltimo, ff de Pact.
l. Pactum Curatoris 22. C. eodem, & Rot. recen.
par. 19. deciſ. 34., num. 7. & ſeqq.*
Quo legis, & inuentarij fugato Beneficio
4 per lapſum temporis, quod currit de mo-
mento in momentum, quia eſt continuum
*Angel. de Vbald. tract. de hæred. Inuent eiuſq;
confect. quæſt. 1. num. 24. & 26. & Rolard. à
à Vall. in ſimili tract. quæſt 28.* remanet hæres
5 obligatus in ſolidum Creditoribus Defuncti,
vt claris notis habetur in præcitat § *ſin ve
ro poſtquam, Rot poſt Salgad. in labyrint. Cre-
dit. concurſ. de iſ 17 num. 1 & 2. Ridolfin. in
Prax. A. C. par. 1. cap. 9 num 29. & 30.*
6 Nec replicatio ſubſiſtit, quod Confeſsio
emiſſa ad vnum finem nō operatur ad aliud,
vt ſupra in alijs quæſtionibus firmaui; quia
talis obligatio de proprio contra ipſum hæ-
redem co fitentem non inſurgit ex propria
7 Confeſsione, ſed ex temporis præteritione,
*d. l. fin. §. ſin autem dubitat, & Graſſ. de ſucceſſ.
§. Inuentarium, quæſt 5. num. 1. & 2. & Gra-
tian. diſcept. Foren. cap. 767. n. 1. & ſeqq. tom. 4.*
Conſequenter tempore opportuno ſi hæ-
res Inuentarium non confecerit, vel minus
legitimè confecerit, conuenitur executiuè,
ſicuti poterat Defunctus, *Rot recent. par. 6.
deciſ. 39. num. 1.* Quod non procedit in Ec-
cleſia, nec in Eccleſiæ Ceſsionario, ſecus in
perſona Eccleſiaſtica, *Caryt Latr. lib. 1.
deciſ. 15. & ibi obſeruat.* A qua obligatione dè
8 proprio etiam in perſonam non poterit alio
remedio ſe eximere, & liberare ſimplex hæ-
res, niſi co fugiendo ad Beneficium reſtitu-
tionis in integrum, quod licet Maiori ſtante
negligentia concedi non debeat aduerſus In-
9 uentarium non confectum infra legitima
tempora, *Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 656.
num. 1. & ſeqq. tom. 4.* Attamen ceſſante do-
lo, & ex iuſta cauſa talis reſtitutio in inte-
grum datur, refuſis habitis, vel eorum red-
dita ratione, *Ridolph. in præcitato cap. 9. num.
186. & d. diſcept. 656. num. 7. & ſeqq.* & non
tantum talis reſtitutio conceditur aduerſus
Inuentarium non confectum, vel non ritè,
& rectè, ac legalitèr factum, ſed etiam pro
nouo faciendo Inuentario, quià in hoc caſu
non poteſt dici, lex omnino contempta, *Ri-
dolph. ibidèm ſupra num. 187. Gratian. diſcept.
Forenſ. cap. 797. à num. 19. vſque ad 23. tom. 4.
Sabell. Var. reſolut. cap. 3. num. 22. & Cyroch.
diſcept. 61. num. 85.* videndus etiam quàndo
maior concurrit cum minore: & quod hu-
iuſmodi beneficium tranſeat etiam ad Hæ-
redem Hæredis, *Ridolph. ibidem ſupra n. 188.*

SVMMARIVM

1 *Mortuo Viro pro ſuis iuribus dotalibus Vxor retinet bona Viri, & redditur reo.*

2 *Amplia etiam fauore Filiorum.*

3 *Intellige dum poſſeſsio ſit vacans, & talis retentio habenda eſt à Iudice.*

4 *Quid, ſi in caſu &c. Vxor haberet pactum capiendi poſſeſsionem propria authoritate, an tale pactum locum haberet ſine Iudicis authoritate.*

5 *Vxori an ſuffragetur, ſi per Viri obitum ingrediatur poſſeſsionem bonorum Viri, denunciata cum inhibitione Creditoribus Cauthela Angeli?*

6 *Dotis confeſsionem approbant Creditores Citantes Mulierem, vel Hæredes ad declarandum in quibus bonis illam conſequi velit.*

7 *Poſsidere allegans an, & quandò teneatur, vel nè dicere titulum ſuæ poſſeſsionis?*

8 *Cauthela Angeli allegata ante mandatum non eſt iuſtificanda. ſecus eſt poſt mandatum, ſed melius infra. & bene num 11.*

9 *In dicta Cauthela allegatus titulus eſt iuſtificandus.*

10 *Deſtitutus titulo, & actu poſsidens non impedit executionem per cauthelam Angeli, niſi iuſtificauerit.*

11 *Cauthela Angeli quando retardat exequutionem mandati?*

12 *Super Viribus Cauthelæ Angeli proceditur ſummariè.*

13 *Quæ præcedentia requiſita debeat habere Cauthela Angeli.*

14 *Allegans Cauthelam Angeli quando dicatur hæres?*

15 *Confeſsio in contrarium non attendit cauthelam Angeli.*

16 *Cauthela Angeli non præferuat bona, quæ aliquis poſſidet titulo hæreditario.*
17 *Cauthela Angeli quando non impediat bona exequuta, & prætenſa fideicommiſſaria?*
18 *Poſſeſſio an probetur per citationem de ſubhaſtando, & deliberando?*

An dos confeſſata cenſeatur approbata, dum a Creditoribus citatur Vxor, vel Hæredes ad declarandum, in quibus bonis velit, aut reſpectiuè velint conſequi ſuam dotem? Et multa prius afferuntur, quando poſſit, vel nè vxor, aut filij reſpectiuè retinere bona Viri, aut Patris pro Iuribus dotalibus, & poſtmodum diſceptatur dè Viribus, vel non Cauthelæ Angeli de Peruſio.

* * *
*

QVÆSTIO XLII.

1 MOrtuo Viro ſolet vxor incumbere Mariti bonis, donec ipſa fuerit de dote ſatisfacta; & huiuſmodi datur retentio, quia Iure familiaritatis ipſa viuente viro maritalem Domum inhabitauit: ſicque iure meritò poteſt vti retentione bonorum viri poſt hypotecam ſuper eiſdem bonis habitam, *Grammat. deciſ. 58. num. 3. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ 12. num. 18 par. 1. Peregr. de Fideicomm art 42. num. 44. latè Cyriach. diſcept.*
2 *15. num. 35. & ſeq* Et huiuſmodi procedit non ſolum fauore Vxoris, ſed etiam Filiorũ, *Gramm deciſ 92 num 20, & idem Ludouic. præcitat. deciſ. 12. num. 18.*

Cęterum hoc intelligendum eſt procede-
3 re, dùm Poſſeſſio eſſet vacans ſcilicèt ab alijs non occupata, & retentio, habeatur non propria authoritate, ſed Iudicis mediante decreto in vim interdicti *legis dotis Actione 9 in ordine C. ſolut. Matrim. & ibi Barboſ. Collect. D. D. tom. 2. & Gratian. diſcept. forenſ. cap. 700. nu. 34. & 35. tom 4.* huiuſmodique locum habet etiamſi initum fuiſſet pactum dè capienda
4 poſſeſſione bonorum hypothecatorum propria authoritate; quia nihilominùs adeundus eſt Iudex, ſed poterit exequtiuè agi etiam contrà tertium in vim dicti pacti, concurrente etiam conſtituti Clauſula, *Zacch. dè obligat Cameral. quæſt. 14. num 6. cum. ſeqq. & Rot. Recent. part. 10. deciſ. 165. à num. 26. vſq. ad 29.*

Vel ſolet Vxor viri ſequuto obitu irruere
5 ſine aliquo obſtaculo in bonorũ Mariti Poſſeſſionem, & inhibitione ſe munit, ad hoc ùt pugnare poſſit contra Creditorum vexationes, & Angeli cauthelam deducat, cum proteſtatione ſe poſſidere Iure proprio, vt optimè *Rot. coram R. P. D. Mattheio Recent. part. 19. deciſ. 243. num 6.*

At Creditores comperientes Vxoris, ſeù
6 Filiorũ munimen per inhibitiones, & agnoſcentes reſpectiuè quòd vxor, ſeù Filij retineant bona viri longioris valoris dotis receptę iudicialitèr conueniunt vxorem, ſeù Filios ad declarandum in quibus bonis velit, ſeù reſpectiuè conſequi intendant dotem, vndè ex hac declaratiua interpellatione inducitur fauore Mulieris, ſeù Filiorum hęredum receptę dotis Confeſſio, & approbatio verę dotis receptę, itaut pręcludatur impugnationis locus, vt pluribus adductis firmauit *Rot. eadem recent. part. 19 deciſ. 16 num. 31. & ſeqq.* Itaùt etiam cõtra Tertium talis confeſſio locum habeat, ſi aliundè comprobetur, *Priol dec ſ. 464. num. 5.*

Quid autem dicendum eſt, ſi Mulier ſuę
7 poſſeſſionis titulum non diceret, bonaquè Viri irrueret Cauthelam Angeli allegando? & certè pro dicta Cauthela, quià nemo tenetur dicere titulum ſuę poſſeſſionis, niſi in petitione hęreditatis, Text. clarus in *leg. Cogi. 11. C. de Petit Hæredit, & ibi Barth. & Azzo in ſumma latè dè materia*

Sed ſi talis cauthela allegetur poſt manda-
8 tum exequutum, eſt iuſtificanda, ſecùs ſi antè, vt ita diſtinguit *Ridolph. per* Text. *in L. A. diuo Pio. § ſi ſuper Rebus. ff de Re Iudic. in ſua Prax. A. C. part. 1. cap. 9. num. 13, 14. & 15 & nu. 26. cum ſeqq.* ſuper cuius legis diſpoſitione fundaſſe Angelum de Peruſio dictam Cauthelam aſſeuerat, & *Rot. par. 18. tom. 2. Recent. deciſ. 730, num. 7. & part. 19. deciſ. 67. ferè per totam.*

Nihilominùs ſi in tali Cauthela fuerit
9 allegatus titulus, in hoc caſu allegans titulum tenetur docere de ſuę poſſeſſionis titulo, quia agitur dè titulo canonizzãdo, *Gregor. XV. deciſ. 22. num. 3. & 4 & Rot. poſt. Addit. Poſt. de ſubhaſt. tom. 2. deciſ. 305. num. 30. 31. & Recent. part. 17. deciſ. 201. num. 3.*

Imò ſi quis titulo ſit deſtitutus, licèt actu
10 poſſideat, non poteſt exequtionem impedire, mediante cauthela Angeli allegata, niſi ſit talis cauthela iuſtificata, aliàs non venit attendenda, nec Alleganti ſuffragatur, *Rot. Recent. part. 18. tom. 2. deciſ. 585 num 6. 7. & 8.*

Præfataq. cauthela (notandum eſt) quòd
11 paratam exequtionem rei iudicatę retardat, quatenùs incontinenti, & abſque altiori indagine,

Digitized by Google

dagine, per claras, & Concludentes probationes iuſtificetur, vt poſt multis deciſiones firmat *Rot. coram recol. mem. Priolo deciſ. 464. num. 1. vbi num. 2. & 3* ſubdit, quòd in hac facti ſpecie dari non poteſt perfectior probatio, quam oris confeſſio.

Super cuius Cauthelæ viribus notare de-
12 bent Cauſidici, quod proceditur ſummariè, vt *in dict. parte 19. deciſ. 67. num. 3. & 4.* & Menti notandum eſt, quòd ſi talis Cauthela non habeat præcedentia requiſita dationis
13 in ſolutum, dicitur retentio in pignus, & non dominium, *Rot. recent. par. 18, tom. 2, deciſ. 710. num. 6. & ſeqq. & num. 10. & ſeqq. & in dict. deciſ. 67. ferè per tot. & deciſ. 243. num. 7 & ſeqq. eadem par. 19.* vbi in præfata *deciſ. 710. num. 9.* docetur etiam, an dicta bona poſsint vendi, vel nè.

Vnum denique nota, quòd ſi quis Cauthe-
14 lam Angeli allegat contra alicuius Creditorem, fatetur ſe eſſe hæredem illius, ex cuius titulo ſe poſſidere prætendit *dict. par. 18. deciſ. 562. num. 6. & ſeqq* nec dicta Cauthela attenditur, ſi adeſt confeſsio in contra-
15 rium *Rot. recent. par. 17. deciſ. 201. num. 4.*

Bene verum eſt, quod Angeli Cauthela
16 allegari poteſt ab eo, qui bona alieno titulo, quam hæreditario poſsidet, eaq; valet inhibere Creditores, ne ſuper dictis bonis audeant exequi mandatum, contra bona alterius relaxatum, *Priol. deciſ. 374. num. 1. & recent. par. 15. deciſ. 3. 3 num. 1. vbi num. 37.* ſubdit; quod executio etiam in bonis con-
17 tentis in Cauthela Angeli non impeditur per exceptionem Fideicommiſsi a coniecturis dependentis.

Denique notandum eſt, quod citationes
18 factæ contra aliquem pro ſubhaſtatione[, & deliberatione ſupponunt poſſeſſionem citati & probant primum extremum antecedentis Poſſeſsionis apud eum, qui paſſus fuit deliberationem *Rot. coram eodem Priolo, deciſ. 385. num. 17*

Sed hodie de mandato Sanctiſs. D N D. Innocentij Papæ XII. quem Deus a Neſtoreos Annos incolumem feliciter ſeruet, non ſolum pro Sacroſanctæ Fidei Catholicæ dilatatione, cuius tanti Pontificis zelus eſt admirabilis, ſed pro optimo Imperij Papalis Regimine, in Tribunalibus Almæ Vrbis ad dirimendos litigioſos Actus, qui dietim ſuper hac Angeli Cauthela inſurgebant, Congregationis emanauit Decretum ſequentis tenoris videlicet.

DECRETVM.

Super Cauthelis Angeli, & Dilationibus Quinquennalibus.

AD dirimendos litium circuitus, ipſorumque litigantium defatigationes & damna in graue præiudicium rectæ, vt decet, & expeditæ Iuſtitiæ. Congregatio Particulari Prælatorum, aliorumque, vt infra a Sanctiſs. D N. Innocentio Diuina Prouidentia Papa XII. ſpecialiter deputata, & approbata, expreſsè præcipit, & mandat, quod in poſterum Inhibitiones, quæ nuncupantur Cauthelæ Angeli, etiam ex cauſa Dotis, ſeù Inſtrumentorum, & Chartarum dotalium à nullo es Romanæ Curiæ Iudicibus, nemine penitus excepto, concedantur, niſi per petentem fuerit prius ſummariè doctum de titulo, vel ſaltem poſſeſsione illius rei, vel rerum, quam vel quas voluerit ſub ipſa inhibitione comprehendere.

Quodq; pariter in poſterum eędem Cauthelæ Angeli, ſiue agatur de hærede beneficiato, ſiue de tertijs perſonis, ſiue citatis, ſiue non citatis tam ante, quam poſt executionem, quam etiam in quacumque parte Iudicij debeant omnino, ac ſolum intimari, & allegari coram Iudicibus, dummodò ijdē Iudices mandatorum habitualem habeant Iuriſdictionem, ſiue alias habitu ſint competentes: Ipſique Iudices mandatorum poſſint, & debeant prout Iuris fuerit, eaſdem Inhibitiones modo, quo ſupra intimatas allegatas, ſeù præſentatas obſeruare, vel moderari, perindè ac ſi forent Iudices, qui huiuſmodi inhibitiones conceſſiſſent. Et idcirco ſi a partibus prætendantur commiſſa aliqua attentata in ſpretum earundem inhibitionum, nullus alius Iudex ſub hoc prætextù ſe ingerere poſsit, quocumque vſu, conſuetudine, vel priuilegio non obſtante, ſed de eiſdem attentatis cognoſcere dumtaxat poſſint, & debeant memorati Iudices mandatorum,

Declarando tamen, quod per hoc non intenditur permittere Creditoribus, quod eis liceat exequi illorum Mandata, quatenus a Tertio non citato in actu executionis fuerit præſentata aliqua Inhibitio vt ſupra legitime obtenta, ſed in hoc caſu debeat Executor abſtinere ab executione, donec coram Iudice mandati fuerit obtenta moderatio ipſius Inhibitionis, alioquin idem Iudex mandati teneatur rigorosè procedere ad purgationem Attentatorum, ac ſi eſſet idem met Iudex ſpretæ inhibitionis.

Verum quia quandoque executio dirigitur ad mobilia, ſe mouentia, aliaque de facili aſportabilia, & occultabilia, vnde obtenta poſt modum per Creditorem moderatione Inhibitionis, illę res executioni ſubjacienda amplius non reperiuntur in ſupplantationem, & præiudicium eiuſdem Creditoris; Propterea eadem Congregatio Particularis præcipit, & decernit, quod impoſterum caſu, quo abſtinendum vt ſupra ſit ab executione, liceat ipſis Creditoribus deſcribi facere proprijs ſumptibus præfata mobilia, & ſe mouentia, aliaque huiuſmodi aſportabilia, & occultabilia, eaque ſic deſcripta remanere debeant pènes eamdem perſonam ſupradicta inhibitione munitam; facta tamen obligatione de habendo in forma depoſiti, & reſtituendo ad omne mandatum Iudicis.

At ſi fortè contingeret, quod tales Cautheæ, ac Inhibitiones alias extitiſſent contra alios Creditores legitime, vt ſupra, ſemel intimatæ, ac cum aliqua Iudicis interlocutione iuſtificatæ, tunc ad parcendum ſumptibus inutilibus prædicta Congregatio Particularis mandat, & iniungit, quod pro noua iuſtificatione facienda ſtari omnino debeat indicationi Iurium cō:ra pręfatos alios Creditores iam productorum, vel repetitorum.

Et vt pariter euitentur fraudes, & ſimulationes, quæ quotidie (vt docet experientia) committuntur in conceſsione Induciarum, ſeu dilationum fauore Debitorum, memorata Congregatio Particularis decreuit, & ordinauit, quod in poſterum in quibuſcumque dilationibus, inducijs ſiue moratorijs, Vxor pro ſua dote, alijſque Creditis nullo modo connumerari poſsit, aut debeat inter Creditores, alias dilationes, induciæ, vel moratoriæ contra formam præſentis decreti quomodolibet conceſſæ nullius exiſtant roboris, ac penitus ſperni valeant. Die 13 Iulij 1692.

Facta relatione Sanctiſsimo prædictorum Decretorum, Idem Sanctiſsimus approbauit, ac obſeruari mandauit in omnibus Curijs, & Tribunalibus.

Anſaldus de Anſaldis S. S. D. N. Auditor.

Nomina autem Pręlatorum, aliorumq: prędictę Congregationis Particularis à S.S. deputatę ſunt hæc.

R. P. D. Proſper Bottinus Archiep. Miren Fiſci, & Cam. Apoſt. Aduocatus, & Fidei Promotor.

R. P. D. Fędericus Caccia Sacræ Rotæ Auditor.

R. P. D. Io: Dominicus Tomatus A. C. Locumtenens.

R. P. D. Curtius Origus Auditor Eminentiſs. D. Cardinalis Præfecti Signaturæ Iuſtitiæ.

R. P. D. Ioſeph Sacripantes S. S. D. N. Subdatarius.

R. P. D. Ferdinandus Nuptius R. C. A. Commiſſarius Generalis.

R. P. D. Anſaldus de Anſaldis Auditor Sanctiſsimi.

D. Fattinellus de Fattinellis primus Collateralis Curiæ Capitolij.

Cum interuentu etiam.

D. Vlyſsis Calui V. Decani Colleg. D.D. Patronorum Sac. Palatij Apoſtolici.

D. Ioſephi Liualdini Procuratoris Pauperum recurrentium ad publicam Audientiam S. S. D. N.

Et D. Antonij de Simeonibus Secretarij Sacræ Congregationis Generalis ſuper reformatione Tribunalium

Pro D. Succeſſore D. Nicolai Florelli olim A. C. & Sacri Palatij Apoſt. Notarij.

Angelus Montanus pro Reuerenda Camera Adminiſtrator deputatus.

Die Menſe & Anno, quibus ſupra, ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Curiæ in Acie Campi floræ, & alijs locis ſolitis, & conſuetis Vrbis per me Io: Baptiſtam de Comitibus Apoſt. Curſ.

Agabitus de Magiſtris Cur. Mag.

Romæ ex Typograp. Reu. Cam. Apolicæ. MDCXCII.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit Tranſactio? & quid operetur tam pro tempore præſenti, quam futuro?*

2 *Lis an ex Confeſsione tranſigentium probetur?*

3 *Cauſa expreſſa in tranſactione an præſumantur veræ, & quouſque ſint ſeruandæ?*

4 *Ad ſubſtantiam tranſactionis ſubſtinendæ quid de Iure ſufficiat?*

5 *Receſſus à lite, quid importet in tranſactione? & quid efficiat iuramentum? & inobſeruantia tranſactionis facit omnia reſtituere.*

6 *In Iure ſoluendi Collectas, & datiuas vnaquæq; Communitas normam, & taxam conuentam ſeruare debet.*

7 *Habens pro ſe tranſactionem, dicitur habere fundatam intentionem.*

8 *Imò Rem iudicatam.*

9 *Contra Tranſactionem nemo eſt audiendus.*

10 *Tranſactio dicitur exceptio litis finitæ, ân ex Principis reſcripto reſtauretur tranſactio?*

11 *Tranſactio ân perpetuum ſilentium imponat?*

12 *Obſeruatio Tranſactionis perpetuò intèr Communitates quid importet?*

13 *Promittentes reciprocè Cõmunitate non contrauenire Tranſactioni aliquo modo, caſu, vel iure, ad quæ adſtringantur? & ân omnes comprehendantur caſus etiam prouenientes à Principe?*

14 *Factum Principis quarè reciprocè Tranſigentibus non obſit?*

15 *Ius alteri quæſitum quare Princeps tollere noluerit? & quid ſi iuſta adſit cauſa, & quando nil ſit expreſſum?*

16 *Clauſulæ nimis profuſæ emanatæ in Inſtrumento tranſactionis ân, & quandò obligent intèr ſe Communitates, & ſucceſſores earundem Communitatum, ſeù vniuerſitatum, ſi cauſæ ſint approbatæ, à lege, vel à Principe?*

17 *Exceptiones altiorem requirentes indaginem an admittantur, vel nè in Iudicio executiuo tranſactionum?*

18 *Tranſactionum exequtio quarè non retardetur, niſi per tres conformes?*

19 *Cuius ſpeciei mandatum relaxetur pro tranſactionis adimplemento?*

20 *Mandatum ad factum, & loco mandati ad factum pro adimplemento tranſactionis relaxatur etiam exequtiuum pro damnis, & intereſſe; limita in Cameralibus.*

21 *Tranſactio an de iure probari valeat per extraiudicialem Confeſsionem? & quomodo teſtes ſe gerere debeant in hac confeſsione probanda? & an incidenter, & ad alium finem emiſſa confeſsio probet, vel ne tranſactionem?*

22 *Partes, quæ diu litigauerint, an poſsint cogi ad concordiam à Iudice? & quando poſsint etiam declarari excommunicatæ? & multa adducuntur deteſtanda de litium lue.*

Duæ finitimæ Communitates, quæ per multum temporis interuallum inter ſe altercatæ fuerunt propter diuerſa iurgia, lites, & contentiones reſpicientes etiam Cameralia onera, Datiuas, & Collectas, ſi veniant ad tranſactionem ſuper certa quotannis quantitate ſoluenda in Collectando terras in quolibet territorio exiſtentes, & reciprocè in tranſactionis inſtrumento confiteantur tranſigere ad imponendum finem eiſdem litibus tam in præſenti, quàm in futurum, an talis tranſactio dependens à dicta Confeſsione, & aſſertione reciprocè iurata, & obſeruari promiſſa liget etiam pro tranſactorum obſeruantia ſucceſſores reſpectiuè earumdem Communitatum ita vt in futurum non poſſit augeri, nec minui modus, & quantitas in collectando præſcripta?

QVÆSTIO XLIII.

Tranſactio eſt quædam Pax, & dicitur Tranſactio, quaſi ab actione tranſitus, vt eruditè tradit. *Paul. Rub. in diſcurſu ad I.V.D.D. in print. part.7.recent. Rot. Roman. & Vrceol. de Tranſact. quæſt. 1. per tot.* Sicq;
1 de ſui natura Tranſactio non eſt aliud, quam à lite tam præſenti, quam futura receſſus, *l. Fratris X. l. Cauſas, l. Minorem, C. dè Tranſact. Gratian. diſcept Forruſ 867. num. 47. tom. 5. & Gregor. X. decıſ. 286 num. 5. & 6.*

2 Prædictaque lis ex reciprocà Communitatum Confeſsione in inſtrumento emiſſa non probatur, ſed aliundè probanda venit, *l. Cum Hi 8. § ſi cum lis ff. de Tranſact. & Vrceol. in d. tract. quæſt. 2. num 41. & 43. & optime num. 70. & quæſt. 15. num. 19. & 20.* Quando ab vna ex Communitatibus Tranſactio allegetur, *Vrceol. in præcitatis locis, & Rot. coram bon. m. Priolo deciſ 114 num. 4.*

3 Benè verum eſt, quod cauſæ expreſſæ in confeſsione confeſſatæ præſumuntur veræ, donec erroneę conuincantur, & conſequentes

Digitized by Google

per ſuat ſeruandæ, *vt Vrceol. d. quæſt. 2. num.*
99. qui in hanc tranſit ſententiam per Oracula *Rot. Romana, vt apud Canaler. deciſ. 407.*
num 6. & Rot. recent. part. 8. deciſ. 34. num.
19 & 20.

Nam ad ſubſtinendam Tranſactionem
4 ſufficit modica dubitandi occaſio; imo quælibet prætenſio etiam non iuridica; quia dubietas euidentem excludit calumniam; cum
5 ſatis dicatur datum, & remiſsum, ſi per tranſactionem fuerit a lite receſsum, *Rot. recent.*
part. 19. deciſ. 262. num. 14 & ſeqq. & deciſ.
317. num. 3. & Priol deciſ. 161. num. 4. &
ſeqq. & quando ob aliquem ſpecialem caſum
ſit a Tranſactione recedendum fieri nequaquam poterit, niſi reſtitutis omnibus in tranſactione habitis, vna etiam cum fructibus
perceptis, vt plures firmauit *Rot. deciſ. 421.*
num. 6. & 7. part. 4. tom 2. recent & part. 8.
deciſ. 7. num 3. & 4. addens ad deciſ. 81, num.
64. & ſeqq. d. part 8 & coram Ubaldo deciſ.
85. num. 3. & 4. & coram eodem Priolo deciſ.
171. num. 3. & deciſ. 380. num 16. Notandum eſt tamen, quod cum facta ſit tranſactio cum verbo præteriti: tale verbum non
induit contentionem: imò ſi facta ſit cum
vno, non includit alium non nominatum, &
minimè expreſſum, vt plena manu *Card.*
Cerr. deciſ. 558. num. 1, & ſeqq. tom. 2. Quæ
tranſactio ſi munita ſit iuramento, quando
in vim tranſactionis non valet, ſuſtinebitur
per iuramentum in vim pacti, vt *Marcin. de*
Iurament. part. 4. effect. 17 & ſeraph de iurament Priuileg. 98. num. 9. & Vrceol. d. quæſt 2,
num. 91.

6 Conſequenter in Iure ſoluendi quotannis
collectas & datiuas neutra eſt coercēda Cōmunitas, niſi ſecundum Tranſactionis formam, *Merlin. deciſ. 480. num. 1. & 2 tom 1.*
Cum per tranſactionem omnis actio extinguatur, *Gratian. d. diſcept 867. num 47.*
Rot. recent. par. 11 deciſ. 67. num. 9. deciſ. 93.
num. 2. deciſ. 318. num. 8, & Coram Merlino
deciſ 400. num. 2. & 3 & 4 & Coram Card.
Celſo deciſ. 68. num. 1.

Nam habens pro ſe Tranſactionem dici-
7 tur habere fundatam intentionem, *Merlin.*
deciſ. 154. num. 2. & Priol deciſ. 18. num. 30.
8 Imo dicitur habere pro ſe Rem iudicatam.
dicta deciſ 854. num. 3. & deciſ 875. num 8.
Rot. recent. par. 4 tom. 2. deciſ. 699. num 7.
9 itaut contra eam non ſit audiendus, *Rot.*
d. par. 4. tom. 2. deciſ. 188. num 9 Et eſt ratio, quia tranſactio dicitur exceptio litis fi-
10 nitæ, quæ nec ex Principis reſcripto reſtauratur, *Rot. recent par. 18 tom 2 deciſ.*
714. num. 7. & coram Priol. deciſ. 396. num 4.
11 *par. 19. recent. deciſ 262 num. 1* Cum Tranſactio perpetuum ſilentium impoſuerit in
vim rei iudicatæ, *Rot. recent. par 9 deciſ. 220.*
num. 26. & latius diximus in noſtro 2. *Opuſcul. poſt tract. de Confeſſ. tom 1.* Et eſt generale,
quod in omnibus contractibus vltro, citroq;
obligatorijs non eſt locus pœnitentiæ, *Spereil deciſ. 130 num. 9 Tomat. deciſ. 287. num.*
12. et 13 et poſt Iacob. de oblig. Camer. deciſ.
1. num. 3.

Signanter ſi Communitates vna alteri &
12 altera alteri promiſerit perpetuò, & perpetuis temporibus obſeruare, *Rot recent. par. 7.*
13 *deciſ. 77. num. 35.* Et vlterius ſi Communitates inter ſeſe promiſerint non contrauenire
aliquo caſu, vel Iure; qua promiſsione aduertendum eſt, quod omnes comprehendun-
14 tur caſus, *Rot. d. par. 9. tom. 2. deciſ. 375.*
etiamſi proueniant a Principe: quia in hoc
caſu factum Principis nocere debet ei; cui
dirigitur pro adimplemento, non autem
alijs, *Iacob de Nigr. in l. Diem functo 52 ff de*
Offic. Aſſeſſor. et Rot. in Vrb naten Sala ij 30.
Aprilis 1154 coram R. P. D. Albergato. Et
eſt ratio, quia non præſumitur, quod Prin-
15 ceps ſua diſpoſitione voluerit auferre Ius
alteri quæſitum, *Gaſp. Theſaur. quæſt.*
Forenſ. 100. num 16. lib. 1. Gratian. diſcept.
Forenſ. 868. num. 18. et ſeq. tom. 5. Honded.
conſ. 14. num. 30. et ſeq. vol 2. etiamſi iuſta
adſit cauſa, niſi expreſſe Princeps dicat, *d.*
Conſ. 14. num. 31. et Gabr concluſ. 2. num 29.
de Iur. quæſit. non tollen. lib 3.

16 Prædictæque Clauſulæ, vt ſupra in Tranſactione appoſitæ Communitates, ſeu Vniuerſitates obligant, & ex hac tranſactionis
repromiſsione obligantur etiam Vniuerſitatis ſucceſſores, ſi Vniuerſitas cum ſolemnitatibus præſcriptis *in l. fin. C. de Vendend. reb.*
Ciuit. lib. 11. & ex cauſa neceſſaria, ſcilicet
permiſſa a lege, vel à Principe tranſegerit;
& ſic ad factum repromiſſum reciprocè obſeruandum erunt etiam Vniuerſitatis Succeſſores obligati in futurum, & perpetuò;
ſecus eſt, ſi ex cauſa voluntaria; quia ex hac
voluntaria cauſa ſucceſſores non obligantur,
Vrceol. de Tranſact. quæſt. 32. num. 9. et ſeqq.
Rot. recent. par. 15. deciſ. 392 per totam et par.
18. tom. 1. deciſ. 58. num. 5. et ſeqq et deciſ.
199 et deciſ. 282. opt me; & ſignanter *num.*
23. & videndus *Gratian. diſcept. Foren. cap.*
721. tom. 4.

Cuius tranſactionis effectus & executiua
17 obligatio non impeditur per exceptiones
altiorem requirentes indaginem, quia Rei iudicatæ æquiparatur, *Rot recent. par. 18.*
tom. 2. deciſ. 501. num. 14. et 15. ſempeq;
Tran-

18 Tranſactioni debita conceditur exequutio quouſq. per tres conformes ſententias reſcindatur Tranſactio, ùt in *dicta deciſ. 501. num.*
19 *16. Prid. deciſ. 161, nu 7. et deciſ. 460 num. 5.* pro cuius adimplemento relaxatur mandatum ad factum, *d. deciſ. 501. num. 1. et eadem part. 18. tom. 2. deciſ. 696. num. 5. cum ſeqq.*
20 & loco dicti mandati ad factum mandatum exequtiuum pro damnis, & intereſſe, *Text. rotundus in l. ſtipulationes non diuiduntur 72. ff. de verbor. obligat. Rot. recent. part. 19. deciſ 353. n. 19. et penes Burat. deciſ. 808. num. 3. et ſeqq. Card. Celsus deciſ. 319. num. 9 Priol. deciſ. 259. num. 3. 4. cum ſeqq* & magiſtraliter doctiſſimus *Arguel. deciſ. 20. num. 108. cum ſeqq.*

Dixi ſupra, quòd poſſunt inter ſe Communitates tranſigere ex cauſa permiſſa à lege, vel a Principe. Verũ quia lex non permittit à Communitatibus poſſe tranſigi ſupèr oneribus Cameralibus ad Principem ſpectãtibus (niſi ipſo Principe expreſsè annuente) conſequenter tranſactio pro non facta habetur, & nulla ex Tranſigentibus Communitatibus erit obligata; & eſt ratio (loquendo de ſtatu Eccleſiaſtico) quia huiuſmodi Communitates in vim Papalium Conſtitutionum nomine Cameræ, & pro Camera Apoſtolica exigunt dicta onera, & ipſam Cameram quo ad hoc repręſentant, prò quibus exigendis oneribus ipſa Apoſtolica Camera Communitates ſui ſtatus defendere, & manutenere tenetur; ſicq. nil poſſunt interſe Communitates tranſigere, cum ipſæ ſint ſubrogatæ in locũ Cameræ, nihilq valent agere in præiudicium Cameræ ſubrogantis, vt diffuſè docet *Cohel. in Bul. Bon. Regim cap. 50. num. 135. et ſeqq. pag mihi* 510. & conferunt ea, quæ ſunt ſancita ab *Alex. VII. Conſt. 25. et à Clem. X. Conſt 21 tom. 6. Bul. Rom.*

Hucuſq. egimus dè Tranſactione reſultante ex confeſſione emiſſa in ſcriptura, ſeù Inſtrumento. Quid dicendum, ſi tranſactio probetur per extraiudicialem tranſigentium Confeſſionem? Et certè in Iure Subſiſteret,
21 ſi teſtes huiuſmodi probantes Confeſſionem eſſent conteſtes de loco, tempore, & Verbis, ſintq. teſtes idonei, & Confeſſio non ſit emiſſa incidenter, & ad alium finem, & abſque Animi deliberatione, vel inter conuiuia, & Commeſſationes; quià in his caſibus ad nihilum talis Confeſſio probat, vt luculenti calamo probat *Vrceol. in toties citato tract. dè Tranſact. quaeſt 58. num. 4. & 41. cum ſeqq. & quaeſt. 59. num. 11.* & eſt ratio, quia Tranſactio eſt contractus, qui ſolo conſenſu perficitur; ideò probabitur eiſdem modis, & formis, quibus cęteri probantur contractus, & pacta, ad *Text. in l. cum te tranſigiſſe C. de Tranſact cum alijs cumulatis à dict. Vrceol. eadem quaeſt. 58. num. 4.*

22 Pro Coronide nota, quòd ſi partes diù litigauerint, poteſt Iudex cogere ad concordiam, ſcilicèt ad tranſigendum, ſeù ad compromittendum, & ſi remaneant in obſtinatione, præuia admonitione, ſeù redargutione facienda a Sacerdote Ciuitatis, dè Eccleſiæ Cœtu iuſtiſſima excommunicatione pellantur, eſt *Text. clarus in Can Placuit 9. diſtinct. 90.* & elegantiſſimè docet *Paul. dè Rub. par. 7. recent. in diſcurſ. ad Iur. V. D.D. num. 138. 139. cum ſeqq.* & in dicto diſcurſu animaduertit, quam ſit deteſtanda litium lues familijs, & Ciuitatibus irreparabile excidium, & quam ſit vtile uiuere in concordia, & ſuper litibus tranſigere.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio extraiudicialis Mulieris? quæ repromittat aliquem accipere in ſponſum, quatenùs ipſe ſponſus habeat ſcuta quatuor millia, an exſoluatur, ſi conditio non verificetur?*
2 *Matrimonium in facie Eccleſiæ contractum non repetita in conditione valet, quià præſumitur conditio remiſſa.*
3 *Error fortunæ non vitiat matrimonium.*
4 *Intellige per modum cauſæ, non autem conditionis.*
5 *Matrimonium non contrahitur, dum opes ſupponuntur non ſolum in diſcurſu habita inter tractantes, & Sponſos, ſed etiam diuitiæ includuntur in ipſomet contractu ſub diuitiarum conditione initio.*
6 *Conditio impedit conſenſus exiſtentiam, & è caſu contraria inſurgit diſſenſus.*
7 *Voluntas ab initio expreſſè declarata perſiſtere ſemper præſumitur.*
8 *Conditio in actu initi matrimonij non repetita non cenſetur remiſſa.*
9 *Diſſenſus ſponſæ in acceſſu ad domum viri pro conſumando matrimonio arguit perſiſtentiam in conditione, & è conuerſo acceſſus ad domum viri, & conſumatio Matrimonij remittit conditionem.*
10 *Renitentia in conſumatione Matrimonij dat perſiſtentiam in conditione fauore Sponſæ.*
11 *Dolus dicitur dediſſe cauſam Contractui, & conſequenter matrimonium nullum.*
12 *Verba ſinè conſenſu non faciunt Matrimonium.*
13 *Definitur, quid ſit conſenſus.*
14 *Dictum Salomonis, quòd à Deo præparatur viro Vxor, & dantur carmina contra Sponſum doloſum.*

Con-

Digitized by Google

Confeſſio Mulieris ſuper conditionali ſeù qualificato Matrimonio contrahendo, an reſoluatur, ſi conditio in eſſe poſita a Sponſo non verificetur, ſignanter, ſi fuerit a Sponſa pluries tanis repetita conditio, & in actu initi Matrimonij in faciem Eccleſiæ non fuerit repetita, & ex hac non repetitione an inſurgat, vel nè conſenſus, & reſpectiuè conditionis remiſſio?

* * *
* *
*

QVÆSTIO XLIX.

QVædam Mulier nomine Berta pluries
falla fuit velle in ſuum accipere ſpon-
1 ſum, & Maritum D. Titium, ſi Titius habe-
at cut: quatuor millia. & inter ſeſe allo-
quentes mediatoribus præſentibus, hac con-
ditione Matrimonium contrahendum eſſe,
deliberarunt: His præmiſſis, Matrimonium
Berta cum Titio contraxit coram Parocho,
2 & teſtibus in Forma Eccleſię conſueta, ſed
in actu initi, vt ſupra, Matrimonij non repe-
tij: Berta conditionem dirimendi matrimo-
nium, ſi Titius non haberet tot bona aſcen-
dentia ad dicta ſcuta quatuor millia: hac
expleta functione coram Parocho, & Teſti-
bus, & dum Sponſus, & Sponſa ab Eccleſia
exierant, pergens (vt moris eſt) iter ſponſus
ad ipſius Domum, & exorans Bertam ad ac-
cedendum, recuſat Sponſa, quia notitiam
habuerat, fuiſſe a ſponſo deceptam in con-
ditione repromiſſa ſcutorum quatuormilli-
um, & ſic ad domum propriam confugit, ne
a matrimonium conſumandum a Viro coar-
ctaretur: & hęc vltima verba protulit aduer-
ſus Maritum, quod matrimonium eſſet reſo-
lutum ob conditionem non exiſtentem, &
Mulieri repromiſſam, iuxta ea, quæ docet
San. Thom. in 4. Sentent. diſtinc. 29. art. 3. et Nauar. in manual. cap. 22. num. 62. Cæterum
Titius blandis verbis Bertam hortabatur
ad ſe ipſam conferendum in ipſius Sponſi do-
mum, & omni arte Sponſus ſuadebat Spon-
ſæ ad dimittendam ſuam erroneam volunta-
tem, dum per Matrimonium in facie Eccle-
ſiæ celebratum, receſſerat ipſa Berta à con-
ditione ſuperius inita, dum verba, quæ pro-
tulit Sponſa in facie Eccleſiæ, ſonarunt con-
ſenſum ſimplicem, & abſolutum ſinè vlla
adiunctione, cum decretum *Concilij Trident. ſeſſ. 24. cap. 1. dè Reformat. Matrim.* fuerit ab-
ſque alia proteſtatione adimpletum, & con-
ſequentèr etiam in dubio ſtādum ſit pro vali-
ditate matrimonij, *cap. fin. de ſenten. et re iudic.*
3 Et hac ſuaſione ſubdebat Titius, quod
error fortunę conſenſum non excludit ad
Tex. expreſſum in Can. quod autèm cauſ. 29 quæſt. 1. in V. error fortunæ, et qualitatis, Magiſt. ſent. lib. 4. diſt. 30. in princ. et Ant. Volp. in ſuis Reſolut. moral. in V. Matrimonium, Reſolut 112. num. 7. pag. mihi 352. Sicq. Berta pro com-
perta veritate tenere debebat Matrimoni-
um ſubſiſtens, & quòd non annulletur, ſi nu-
bens Pauperi putabat illum eſſe diuitem, vt
benè ex prædictis *DD. & Allegationibus, & Gloſ. in cap. cum Dilectus, V. ad ſatuitatem, de his, quæ vi metuſq. cauſa &c. vbi Imol. num. 8. ad fin. & alij Canoniſtæ, et in l. à d. Pio 58. ff. de Rit. nupt.*

His tamèn perſuaſionibus non obſtanti-
bus renuit Berta, morem gerere volūtati Titij,
4 & reſpondebat, quòd ſupracitatæ Authori-
tates loquuntur per modum cauſæ, non au-
tèm per modum conditionis; ideò perſiſte-
5 bat in nullitate Matrimonij, ſiquidèm cùm
diuitiæ ſupponuntur non ſolùm in diſcurſu
habito inter tractantes, & Sponſos, ſed in
ipſomet contractu ponuntur ſub cōditione,
6 tunc matrimonium non contrahitur, quia
cōditio impedit exiſtentiam conſenſus & ef-
ficit vt in caſu contrario adſit diſſenſus. *Text. in dict. Can. Quòd autem § Item Conſenſus cum §§. ſeqq. S. Bonauent. in d. diſtinc. 30. in expoſitione literæ, num. 4. lib. 4. D. Anton. 3. par. tit. 1 cap. 2. in fin. quos ſacros D. D. vna cum alijs ſequitur Sanch. de Matrim. lib. 7. Diſput. 18. n. 21. pag. mihi 65. et prius lib. 3. diſput. 15. num. 7. Perez. eod. tract. diſput. 24. ſect. 3. num. 4. Gutier. eodem tract. cap. 89. Coninch. de Sacram. diſput. 31. num. 6. et 11. verſ. excipe caſum, Bonac. in ſua Theol. Moral tom. 1. tit. de impedim. Matrim. quæſt. 3. punc. 2. propoſ. 2. num. 6. verſ. Prima eſt pag. mihi 315. in 2. col. Paul. Laym. in Theol. Moral. tit. de Matrim. cap. 7. de Matrim. Condit. lib. 5. pag. mihi 192. in 2. Col. et Ant. Volp. citata reſolut. 112. num. 7. in princ.*
7 Et Bertæ ab initio voluntas expreſsè de-
clarata præſumitur ſemper permanſiſſe, vt
oſtendit *Menoch lib. 6. præſumpt. 37. et præſumpt. 99. in vlt. verſ. Et per Text. in l. cum tacitum 3. et l. Eum qui 22. ff. de Probat.*
8 Minus obſtat, quòd in ipſo Matrimonij
actu coram Parocho, & Teſtibus non fuerit
à Berta repetita præfata conditio; quia ſuf-
ficit eādem conditionem prius mediatori, &
ſponſo pluries dixiſse etiam ſub tempus cō-
trahendi Matrimonium, quod in executio-
nem præuij tractatus iniiſſe præſumitur,
Gloſ. in cap. per tuas 6. de Condit. appoſit. in V.
præ-

præſumendum, *& Card. Mantic. de tacit. & ambig. Connent. lib. 2. tit. 2 num. 25.*

9 Eoque magis prædicta procedunt, quia Berta ſemper ad Domum Viri accedere renuit, ne Titius Sponſus haberet ſecum copulam, ſi.q; caderet a dicta conditione, vt aduertit *Tex. in Cap. ſuper eo 5. & d. Cap. per Tuas 6. & Vtrobiq;* Gl.ſ. *& Barboſ. Cæteriq; Canoniſtæ notantes*, dè *Condit. appoſit. ibiq; Hoſtienſ. in ſum. lib. 4. Addit. 2 incipien. Diximus num 12. lit. A. pag. mihi 340. in prima col. & ſuper d. lit. A. Addit. eadem pag. à tergo in 2 co..*

Et viterius iactantur etiam alia inconcuſ-
10 ſa fundamina: primum, quod mutata aliqua ratione motiua in Obiecto, mutatur etiam actus voluntatis circa ipſum Obiectum; ſed illa qualitas Perſonæ, quæ habeat quatuor millia ſcuta, pertinebat ad rationem obiecti, & ſemper ſuppoſita fuit in obiecto, ergo ea ablata, mutatus eſt actus voluntatis, & deſtituta tota ratio conſenſus nihilque remanſit, per quod poſsit dictus conſenſus ſubſiſtere, *Tert. in d. Can. Quod autem*, *vbi Barboſ. tom. 5. d. 29. quæſt. 1. & per tot. pag. mihi 369. S. Tom 4. ſent. diſtin. 29 art. 3 quæſt unicul. 3. S. Bonauent. d. diſtin. 3 in e poſit lit. dub. 3 S. Antonin. 3. par. tit. 5. in fin cap. 2. & Sanch. d. diſput. 13. num 21. & Baſil. Ponti. lib 4. dè Matrim cap. 21 num. 7. & 13 quibus ſuffragantur alij Canoniſtæ in præcitato cap. ſuper eo 5 de Conditione appoſit.*

11 Secundum datur etiam fundamentum, quod dum egit ſic Sponſus cum Sponſa dolus dedit cauſam contractui, & conſequenter Matrimonium nullum, *Filliuc. tract. 10. cap. 2. Bonac. ibidem ſuprà num. 6. pag. mihi 315.*

12 Tertium cepetimus fundamen ex defectu conſenſus, quo ſi è Matrimonium ſtatim euaneſcit, & ſuperaddimus *Can 1. & 2 27. quæſt 2 & in toties citat. can. Quod autem, d. 27. quæſt. 1. in princ. & in §. His ità*, definitur,
13 quòd Conſenſus ſit duorum, vel plurium ſenſus in idem, *& Barbos ibidem.*

14 Concludendum eſt igitur cum Salomone, quod à Deo præparatur viro vxor, vt in *Diſtinct. 26. Can. Deinde 3. in ordine V. Etenim*: & ego Salamonis inhærendo ſententiæ aduersùs eundem Titium doloſum ſponſum canam.

Volue, reuolue diù, vt captes connubia cara;
Abſq; Dei ſcito Fœmina nulla tibi.
Infœlix vir? cur vè dolis, & fraudibus hæres?
Coniugium Sanctum eſt, pellit vbique dolos.
Puro Coniugium tu ſemper corde require
Et ſuperum Domino, qui bona cuncta dabit.

SVMMARIVM.

1 *Littera Alicui ſcripta à Monaco incitantes ad homicidium confitentur ſcribentis animum propenſum ad Homicidium.*

2 *An ex prædicto prauato animo Monachus incurrat irregularitatem, vel aliud crimen, ſeù pœnam?*

3 *Diſtinguitur inter Homicidium attentatum, & ſequtum.*

4 *Iudex in terminis Homicidij attentati, quid perpendere debeat?*

5 *Pœna non limitata imponitur ſecundum circumſtantias delicti, & alia depauit.*

6 *Crimen, ſecluſa voluntate, an committatur?*

7 *Sinè qua Voluntate, Clementia an locum habeat?*

Monacus ſcribens alicui Epiſtolam qua incitat ad Homicidium, an fateatur Homicidium, volitum, & qua pœna teneatur effectu ſequto, ſiue non ſequto?

QVÆSTIO XLV.

1 EST in confeſſis Monacus dè Homicidio volito per Epiſtolam Alicui ſcriptam ſuper certæ Perſonæ occiſione, ſi conſtiterit de ipſa Epiſtola, quæ ſemper loquitur de animo deprauato Monaci, *Farin. tom. 1. Conſ. 24 num. 21. & Conſ 56. num. 11. & Conſ. 88. num. 16.*

Et fœderis diſtinctione tenetur Monacus
2 ad pœnam: ſcilicet, aut fuit Homicidij Effectus ſecutus, & Monacus vltrà pœnam Homicidij irregularitatem incurrit, etiamſi ſola membri mutilatio eueniat, *Leon. in ſuo Theſaur. for. Eccleſ. par. 3. cap. 9. num. 20. et Ricc par. 3. deciſ. Cur. Archiep. Neapol. deciſ. 285 num 5. pag. mihi 479. in 1. Col.*

Aut Homicidio non ſequto, & ad pænam
3 tantùm rei ſibi prohibitæ, & illicitæ attentatæ tenetur ex Doctrina *Abb. in cap. Sententiam, nè Cler. vel Monac. ſecul negoc. ſe immiſceant*. Quæ pœna rei illicitæ, & prohibitæ eſt excommunicationis, iuxta *cap. Clerici 2. & ibi Barboſ. in Collect. D. D. tom. 2. de vit. et honeſt. Cleric.*

Alij verò D: D. relati ab eodem *Barboſ.*

Digitized by Google

tom. 3. in cap. Quod in Dubijs in ordine 5. dè pæn. dicunt Monachū enormitèr peccaſſe, & de rigore Iuris eſſe deponendum.

At *Text. in cap ſicut dignum 6. §. Clericos autem, dè Homicid. volunt. vel caus.* loquendo in terminis Homicidij ſequti, firmat, Monachum dantem Conſilium, vel incitantem ad Homicidium non ſolum perpetuò ab Altaris Miniſterio eſſe deponendum, verum etiam in Eccleſijs nullo vnquàm tempore poſse lectiones legere, vel reſponſoria in Choro ſeparatim Cantare; imò in Pſalmis apud Deum dè Commiſſo Satagat Monachus veniam impetrare, ac in diſtricto clauſtro ad ſeptennium, vel quinquennium claudatur, itaut ab Eccleſiæ introitu coerceatur.

Verùm quia *Text. in dict. cap. ſicut dignum*
4 loquitur in puncto Homicidij ſequti, & non ſimpliciter attentati, propterea Prudens, & diſeretus Iudex in qualitate pœnitentiæ imponendæ debet conſiderare circumſtantias attentatæ rei illicitæ & de Iure Monacho prohibitæ, ac Delinquentis conditionem accuratè inquirere, & an Monacus ex
5 Dolo attentauerit; quià pæna præſertim non limitata eſt ſemper inponenda ſecundum Circumſtantias delicti, vt egregiè docet *Abb. in eodem Cap. ſicut dignum num. 1. & ſeqq.* Et optimè ibidem *Barboſ. num. 1. & ſeqq.* tam 3 & g alias Dixi circa pœnas in meo *tract. de impe ſ. & mel orat. art. 22. num 33. ſiuè ſecundum verum* ordinem art. 23.

Iam q. Criminis percontatio eſt omnimoda ſeculitate facienda, quia habemus *Text. in Can. Frater veſter in ordine 47. diſtinc.*
6 50. Quòd crimen non committitur, ſi nocendi voluntas non interueniat, quæ colligi debet ex indicijs ſufficientibus, & conſequenter dicta Epiſtola eſt benè de Iure rimanda in circumſtantijs probatorijs, Siquidem effectu non ſequto (vt diximus) pœna
7 minoratur, ſignanter cum Religioſis præſe ferentibus emendationem, ac reſipiſcentiam cum dolore ad *Text. in Can. Qui Clementiam in ordine 22. diſtinc. 86.*

SVMMARIVM.

1 *Saluus conductus Bannito exuli citato ad comparendum pro nouo delicto eſt offerendus.*

2 *Per ſaluum conductum petitum, & denegatum redditur proceſſus, & conſequentèr noua condemnatio nulla.*

3 *Saluus conductus denegatur neganti, & non confitenti qualitatem delicti.*

4 *Ab opinione recedit Auctor, & quare?*

5 *Saluus conductus tenetur Iudex dè iure Cæſareo concedere, & aſſignantur rationes.*

6 *Iudex omnem debet adhibere diligentiam pro indaganda veritate.*

7 *Iudex ex aſpectu Rei quid colligat?*

8 *Reus ſi per ſaluumconductum conſtituitur in carceribus, & ex defenſionibus non reſultet innocentia, damnatur.*

9 *In ſtatu Eccleſiaſtico denegatur Saluuſconductus, ſed à Papa conceditur.*

10 *Banniti cauent in ſtatu Eccleſiaſtico ſe carceribus mancipare, ità, & alibi, vbi ſunt ſimiles leges.*

Bannito pro alijs delictis petenti ſaluumcondu-
ctum, & Confitenti delictum, reiecta qualitate, vt in proceſſu, an, & quandò
detur, vel non ſaluuſconductus?
& quid in ſtatu Eccleſiaſtico, & alibi?

QVÆSTIO XLVI.

SCribunt D. D. noſtri, quod Bannito exu-
1 li, ſeù citato, ſi non fuerit oblatus prò
nouo delicto ſaluus conductus; ipſe Exul,
ſeù Bannitus non teneatur comparere ratione banni præcedentis, petitoque Saluocon-
2 ducto, eique denegato; eſt ope exceptionis
nullus proceſſus, & conſequenter etiam noua condemnatio in vim noui delicti, *Vermigl. Conſ. 18. num. 3. cum ſeqq. & conſ. 444. num. 5. & 6 Farinac tit de Carcer. & Carcerat. quæſt. 29. num. 81. 85. & ſeq. Caball. conſ. 118. n. 1. & ſeq. pag mihi 202 in 2. col. & Conciol. in ſuis reſolut. Crimin. V. Saluus conductus reſol. 1. num. 3. & reſol. 3. num. 3. & ſeqq.*

Cæterum ſi Exul, ſeù Bannitus ex antecedentibus delictis Saluumconductum requirat pro homicidio recenter perpatrato, & in tali extraiudiciali requiſitione libellum
3 porrexerit, in eoq; confiteatur homicidium ſimpliciter commiſſum, & non cum qualitate appenſationis, vel deliberationis, aut proditoriè, dè quo cum prædictis qualitatibus, vel aliqua dictarum qualitatum circumſtantia venit inditiatus, & ex proceſſu informatiuo probentur qualitates, vel aliqua ipſarum iuſtificetur: ex eius ſimplici confeſsione homicidij, ſi cum eodem ſaluoconducto intendat ſe in carceribus conſtituere 4
reie-

reiecta ſcilicet qualitate appenſationis, vel alterius circumſtantię magis aggrauãtis &c. eſt denegandus ſaluuſconductus; eo quia negans delicti qualitatem totum delictum inficiatur, vt docet *recol. m. Pet. Franc. dè Rub. olim F ſci, & Cam. Ap.ſt. Aduoc. in ſuo Voto intitulat. Peruſin. Saluſconductus impreſſ poſt reſolut. crimin. Conciol pag. mihi 718 cum ſeq. verſ clar. vero, cum verſ. ſeqq & idem Conciol. enunciat in d. V. ſaluuſconductus Reſolut. 6 num. 2. pag. mihi 583.*

4 Ego tamen (pace tanti Doctoris Petri Franciſci de Rubeis) non obſtante confeſsione ſine qualitate emiſſa, vel ipſa qualitate reiecta, ſaluumconductum concedere; non ſolum quia ſaluumconductum tenetur

5 Iudex citato Criminoſo concedere ex diſpoſitione Iuris Cæſarei, vt remoueantur à Reo ſuſpiciones, dubitationes, & moleſtationes pro alijs delictis, peculiariter ſi pro tali nouo delicto Procurator interuenire nequeat, *Farinac. conſ. 53. num. 22 & 28. & conſ 59 num. 5 tom. 1. par. 2.* Verum etiam quia ſi non directe ſaltem indirectè daretur anſa extorquendi per vim Confeſsionem qualificatam; & accuratus, prouiduſq; Iu-

6 dex omni ſtudere debet conatu, vt veritatem inueniat; cum Veritas in maleficijs potiſsi-

7 mum inueniatur ex delinquentis præſentia, dum videt idem Iudex quo vultu, quo animi motu, qua conſtantia, qua trepiditate, reſpondeat; ſicuti vtroque Iure Nos docet doctiſsimus Magiſter *Farinac. praxiat. quaſt. 29. num. 84. Verſ. Primò quia, cum verſ ſeq.* & ad alias rationes ſe promouet.

8 Tanto magis, quià ſi ex comparitione, ſeù conſtitutione facta a Reo in carceribus innocentia non reſultaret in defenſionibus, veniret puniendus carceratus Reus ordinaria, ſiue extraordinaria pœna, vt *idem dè Rub. in eodem ſuo voto. & Farinac. ibidem ſupra eadem quaſt. 29. & paſſim aſſentiuntur D. D.*

9 Sed in ſtatu Eccleſiaſtico ob Pontificias Conſtitutiones denegatur Bannitis Saluus conductus, dummodò ab ipſomet Summo Pontifice non concedatur, vt per plures relatas Apoſtolicas ſanctiones docet *Farinac. d. quaſt 29. num. 84. & 97.* ſicq; in hoc ſtatu, & in alijs Principum Ditionibus, in quibus

10 vigent ſimiles leges Caueant Banniti à Saluis conductis, ne eos huiuſmodi leges ad luẽdas condignas pœnas ex neceſsitate cogant; quia in hoc caſu a ſimilibus Principibus fides non ſeruatur, *Farinac d. quaſt. 29. num. 84. & 97 & Ciazz. diſcept. crimin. 9. nu. 488 & 491. & ſeqq. & diſcept. crimin. 21. nu 43. & ſeqq.* & vltimo loco, vt Facinoroſi Homines de Republica deleantur huiuſmodi Apoſtolicas Conſtitutiones renouauit inconcuſsè ſeruandas Sanctiſsimus D. N. D. Innocentius Papa XI in ſuis decretis Reformatorijs peractis à recol. m. *Card. de Luc. cit. de var. Prou ſi. §. 2 incipien ad Expellendos* vbi impoſterum Iudicibus, & Superioribus quorumcumque Tribunalium prohibet concedere Condemnatis, & Bannitis Saluoſconductus, vulgo non grauetur nuncupatos exiliatis, quando exilium fuerit per ſententiam iniunctum in pœnam patrati criminis, niſi ad formam Iuris ad recolligendum ſarcinulas.

SVMMARIVM.

1 *Fantolaſtra, quæ ſit, & ex quibus effectibus præciſis reſultet?*

2 *Coitus cum Fantolaſtra an ſit prohibitus, ſiuè punibilis?*

3 *Natus ex Fantolaſtra an demonſtret Patris certitudinem?*

4 *Stupri pœna ex honeſtate perficitur*

5 *Confeſsioni Fantolaſtræ et am iuratoria emiſſa an, & quando ſtandum ſit aduerſus ſuppoſitum ſtupratorem?*

6 *Stupri deſin tio duppliciter affertur.*

7 *Cum Muliere occulte admittente viros, ſed honeſtatem apparenter exercente, an ſtuprum committatur?*

8 *Puella ſtuprata, ſi poſtmodum Meritrix euadat, an perdat Priuilegium ſtupri? & quando procedat, vel nè?*

9 *Stuprata Puella libere conſentiens an ſtuprum, vel fornicationem patiatur? & per liberam Puellæ voluntatem an dicatur, vel nè illata iniuria Patri?*

10 *Puella an habeat libertatem in membra, & corpus ſuum?*

11 *Puella accuſata de ſtupro quando ſit in Genitalibus inſpicienda, vel non?*

Fantolaſtra, quæ ſit? & an ei veniat credendum aſſerenti, aſſeueranti, & confitenti ſe Virginem & conquærenti de ſtupro contra aliquem? & non nulla adducuntur, quando locus ſit ſtupro, & quando non?

QVÆSTIO XLVII.

1 FAntolaſtra eſt Vilis perſona, quæ modò intrat in vnam Domum, modò in aliã quamquam non ſtet in Lupanari, & cum

Digitized by Google

huiuſmodi Muliere habenti contra ſe Iuris
præſumptionem pro inhoneſtate non datur
2 coitus punibilis: quia is, qui naſcitur ex hac
3 Muliere dicitur vulgo quæſitus, taliſque
proles Patrem demonſtrare nequit; *Syl. Nuptial in V. ſtuprator, lib. 3. num. 22. & ſeqq. pag. mihi 96. Farinac. in Prax. crimin. tit. de delict. Cara. quæſt. 136. num. 94. & quæſt 147. nu. 70. pag mihi 560. in 2. col. par. 4 Gratian. diſcept. 5. num. 44. tam. 4. Philip. de Bill. in ſuo* Epithom. *ſeù compend. Theoric. & Prax. cauſ. Iudic. rigal. tit. de delict. & pœn. quæſt. 115. num. 13. Ricc. collect. 3952. verſ. attenta maxime par. 9.*
4 Cum ſtupri pœna tunc locum habeat,
quando ſtuprata fuerit honeſta, vt *in §. Item lex Iulia de Adult. verſ. ſed eadem lege, Inſtitut. de Public. Iudic. Farinac. d. quæſt. 147 num. 82. verſ. limita 5. pag. mihi 561. & gloſ. in d. §. Item lex in figurat. caſus.*
Sicque Iure optimo ſimili vili Mulieri aſ-
5 ſerenti, & confitenti ſe Virginem eſſe, & aſſetenti etiam in tortura, & B. querelanti de ſtupro non creditur, ſi alia contra N. indicia non concurrant, vt poſt *Alex. conſ. 157. in princ. lib. 5. Gramm. conſ. crim. 45. in princ. & alios D. D. tradit. Ricc. eadem collect. 3952. verſ Atterta maxime pag. mihi 61. in 2. col. eam pag. ſequenti.*
Nam ſtuprum ſtrictè, & in ſpecie ſum-
6 ptum eſt Virginis illicita defloratio ſub Parentum cuſtodia exiſtentis, vel inordinatus concubitus, quo Virginalis integritas corrumpitur, *Can. cum ergo 31. quæſt. 6. & Can. lex iſta 36. quæſt. 1. & optime Fariaac. prædicat. quæſt. 147. num. 4.*
Et an ſtuprum dicatur commiſſum, &
7 punibile, ſi Mulier occultè Viros admitteret, honeſtatemq; apparenter exerceret, vtputa ſi reperiatur in alicuius illicito concubitu, docet *Fariaac. d. quæſt. 147. num. 88. 89. & 90.*
8 Et abſque vlla dificultate procedit, ſi ſtuprata Mulier poſt ſtuprum Meretrix euaſerit; quia tunc non poteſt amplius dotem petere, cum penitus ſtupri pœnæ extinctæ dicantur, *Fariaac. ead. quæſt. 147. num. 79. & 80. cum ſeqq. & Gratian. d. diſcept. 5. num. 45.* Sed ſi Mulier plures, atq; pluries ab eodem ſtuprante paſſa fuerit cognoſci: hoc crimen non operatur, quin Mulier honeſta dicatur, *Farinac. d. quæſt. 147. num. 81. & 82.* Vbi ex continuata conſumatione ſtupri augetur, & non purgatur crimen.
Denique aduertendum, quod ſtupri pœ-
9 næ extinctæ manent quando ſtuprata Puella ſponte, & libere ſine blauditijs, & deceptionibus ſtupro conſenſerit, nec ſtuprator Virgini libere conſentienti ad reſtitutionem alicuius damni, etiam in Conſcientiæ foro tenetur; nec ad faciendam aliquam Patri reſtitutionem, ſub cuius cura erat ipſa Puella, quæ deflorata fuit; & eſt ratio, quia in hoc caſu mera interuenit Fornicatio, dummodò tamen abſit dolus, vis, & quamquam iniu-
10 riam, non tamen damnum Patri intulit, cum Puella libertatem habeat in membra, & corpus ſuum, *Farinac in totics citata quæſt 147. num. 55 & 90. Layman. in ſua Theolog. moral. lib. 3. cap. 13. num. 1. & 2. & ſeqq. de ſtupro, Bonac. tit. de His, quæ pertinent ad vſum Matrimonij, quæſt. 4. punc. 17. num. 14. de ſtupro*
11 *tom. 1. & Nicol. Lucid in tract. de ilegit.* Cleric. *& Regul in Prælud num. 7. & ſeqq.* Pro corollarie nota, quod honeſta Puella accuſata de ſtupro non eſt in Genitalibus inſpicienda, ſi hoc commiſiſſe neget, ſecus eſt, dum fateatur, vt validiſſimis rationibus, & D. D. auctoritate docet *Leon. Galganett. tract* de Tutel. *& Cur. Tutor. & Curator. lib. 1. tit. 7. num 42. V. & ideo, pag. mihi 29.*

SVMMARIVM

1 *Execrabile eſt flagitium præpoſtera venerea cognitio in vxorem, & erubeſcit loqui Imperator.*
2 *Luxuria huiuſmodi non humana, ſed ferina dicitur.*
3 *Angeli fugiunt ex hac turpiſſima immunditia, & demones oculos claudunt.*
4 *In ſodomitico peccata Dei ordinatia, & Natura deordinantur, imò vitiatur ſocietas, quæ cum Deo eſſe nobis debet.*
5 *Natura, cuius Deus eſt Author peruerſitate libidinis polluitur.*
6 *Ob crimen huiuſmodi fœtidiſſimum irritatur Deus, & omne excidium in mundum mittit.*
7 *Vxor ſi in Iudicio confiteatur ipſam fuiſſe à viro ſuo per vim, & metum turpiter carnaliter cognitam, an ſimpliciter tali confeſſioni credatur, vel nè?*
8 *Vxoris præfata confeſſio pro vera ex coniecturis deſeruit contra virum ad probandum execrabile crimen.*
9 *Ad conſolidandam huius criminis probationem dantur aliæ coniecturæ in facto adſtringentes, & probationem elucescentes.*
10 *Grauius eſt cum Vxore, quàm cum alia fœmina ſic nefandè coire.*
11 *Huiuſmodi Crimen eſt dè atrociſſimis, & exceptis, in quo proceditur etiam per inquiſitionem.*
12 *Pœna huiuſmodi Flagitij eſt vltimi ſupplicij,*
& igni

& ignis poſt mortem.

13 *Reus ne exemptus remaneat ab huiuſmodi pœna, debet eccleſiaſticus Iudex eum remittere ad Iudicem laicum.*

14 *Delictum huiuſmodi probatur ex præſumptionibus, adminiculis, & coniecturis punitur extraordinaria, non ordinaria pœna, ſcilicet triremium in perpetuum.*

15 *Crimen huiuſmodi ſi probatum reſultet ex confeſſione non clara, ſed turbida, ac tergiuerſationibus obumbrata ab extraordinaria pęna non receditur.*

16 *Vna ex coniecturis, & præſumptionibus probantibus huiuſmodi crimen non ſufficit ad pœnam extraordinariam.*

17 *Vxor coactè patiens talem coitum cur aliqua pœna non puniatur?*

18 *Quid ſi actus non eſt Conſumptus, & an detur ſeparatio Thori?*

Vxoris confeſſioni in Iudicio emiſſæ ſuper prępoſteræ veneris congnitione, ſeù ſodomia à viro cum vxore perpetrata, àn, & quandò credatur? & àn tale nefandiſſimum crimen probatum reſultet iunctis cum confeſſione alijs præſumptionibus, & adminiculis? quauè pœna ſit ſcœleſtiſſimus Maritus plectendus, ſi ex præſumptionibus, adminiculis, & coniecturis probetur ſimpliciter huiuſmodi crimen?

QVÆSTIO XLVIII.

1 DE huiuſmodi execrabili flagitio loqui erubeſcit *Text. in l. cum vir. 31. C. ad l.*
2 *Iuliam de Adulter.* cum huiuſmodi potiùs ferina, quàm humana dici valeat luxuria.
3 Nam ex hac turpiſſima immunditia fugiunt Angeli, oculoſq. claudunt Demones; cum
4 in hoc peccato deordinetur ordinatio Dei, & Naturæ, imò ſocietas, quæ cum Deo eſſe
5 nobis debet vitiatur, cum Natura, cuius ipſe eſt Auctor, & peruerſitate libidinis polluitur, vt luculentèr *Ægid. Boſſ. in ſuis var. tract. crimin. tit. de ſtupr. deteſtabili in maſcul. pag. mihi 189. & 190.*

Sicquè iure optimo irritatur D.O.M. ad-
6 uersùs Mundum tempeſtatibus, Fulminibus, Terremotis, & excidijs, vt *in cap. flagitia 32. quæſt. 7.* & mirabiliter Imperator noſter in *Auth. vt non luxur. Homin. contra Natur.*
7 Quapropter ſi vxor in Iudicio conſtituta confiteatur, & aſſerat ipſam à viro ſuo fuiſſe præpoſtera Venere carnalitèr per vim, & metum cognitam, & ex hoc turpiſſimo co-
8 natu Anum remanſiſſe fractum: hæc ſic emanata confeſſio erit prima præſumptio, primumq. indicium pro huiuſmodi delicto probando tamquam ex occultis proficiſcenti, *Farinac. in Prax. crimin. tit. de Iudic. & tortur. quæſt. 43. num. 89. & ſeqq. & de delict. carn. quæſt. 148. §. Sodomia num. 75. & Baiard. ad Clar. §. ſodomia nu. 4. & 16.* diſtinguit ſuper conſenſu tacitè præſumpto, & ab vxore denegato; & de hoc latè ratiocinatur *Franc. Baron. tract. de Corpor. eiuſq. partib. in V. de ſodom. pag. mihi 333. num. 517. cum. ſeq. vbi nu.*
9 *518. & ſeqq.* ſubdit, quòd ex confeſſione Paſſi iunctis adminiculis poſſit etiam procedi ad torturã, & cõcordat *Farinac. ibidem ſupra &c.*

Secunda erit præſumptio corpus delicti per duos Chirurgos probatum, & recognitum, qui aſſerant fractionem dictę partis poſterioris etiam cum recentis ſanguinis emiſſione, *Farinac. dicta quæſt. 148. num. 74. & Baron. ibidèm ſuprà num. 515. pag. mihi 333.*

Tertia eſt præſumptio, ſi Maritus ſit diffamatus de huiuſmodi nefando vitio cum pueris, vel ſimilibus. *Farinac. eadem quæſt. 148. in eodem § ſodomia à nu. 67. vſque ad 73.*

Quarta, ſi probetur confeſſata iactantia, & Veſanum deſiderium ſodomitandi Vxorem ſuam, & poſtmodùm effectus ſequatur cum publica voce, & fama, quòd Maritus hoc vitio laboret *Philyp. de Bict. in Epithom. ſeù Compend. Theoric. & Prat. cauſ. Iudic. Regul. tit. de Indit. quæſt. 69. num. 4. & Baiard. ad Clar. §. fin. quæſt. 87. n. 22. pag. mihi 136. à tergo,* & alias adducit præſumptiones, & indicia *Farinac. eadem quæſt. 148. à num. 66. vſq. ad 73.*

10 Et licet ſic nefandè coire grauius ſit cum Vxore, quam cum aliâ fœmina —, *vt in cap. Adultery 32. quæſt. 7. & in d. l. cum Vir, & Farinac. d. quæſt. 148. in §. Sodomia num. 37. 51. & 52.* Flagitiumq. huiuſmodi ſit dè atrociſſimis, & exceptis, in quibus terminis proce-
11 ditur etiam per inquiſitionem, *Anton. Conciol. in ſuis Reſolut. crimin. in V. ſodomia, Reſolut. 2. num. 1. & 2. & Baron. ibidem ſupra num. 524.* Et tamquam mixti fori detur præuentio intèr laicum, & Eccleſiaſticum Iudicem, *Conciol. d. reſolut. 2. num. 3. & in V. Delictum, reſolut. 2. num. 5. & Tondut. de Præuent. Iudic.*
12 *cap. 28. num. 11. part. 2.* Et pœna ſit vltimi ſupplicij cum igne poſt mortem, vt ex pluribus congeſtis D. D. docet *Conciol. in eodem V. ſodomia, Reſolut. 3. num. 1. & ſeqq. & ſingulariter num. 5. et Baron. ibidèm ſuprà nu. 133. cum ſeqq. pluribus vbi in eodem num. 133 et*

335. erga

135. *arga fin. cum ſeqq. pluribus* ait, quod eadem pœna procedat tam in Agente, quam in Patiente, ſi patiens ſit maior, Ita & tali-
13 ter vt prædicta exempli fiat pœna delictorum, Eccleſiaſticus Iudex remittat Reum, ſeù Reos ad Iudicem Laicum, *Farinac. in toties citata quæſt.* 148. *num* 23, 28. *et* 55. *et Baron. in locis præcitatis, num* 531.

14 Attamen dum ex præſumptionibus, & adminiculis, atque coniecturis occultum huiuſmodi probatur delictum, in Iudicando à pœna extraordinaria nō eſt recedendum ſcilicet à corporali pœna Triremium in perpetuum, vt in facto ſic obtinuiſſe teſtatur *Farinac. tit. de delict. Carn. quæſt.* 136. *cap.* 1, *num.* 35. *Conciol, in ſuo tractatu reſolut. crim.* ¿*vnica num.* 7. *et Ciazz, ad Reor. defenſ. d.ſcept. crim.* 1. *num* 253 *et ſeqq.* vbi in terminis Iudicialis
15 confeſsionis non claræ, ſed turbidæ, & tergiuerſationibus obumbratæ à tali extraordinaria pœna non recedit.

16 Et quamquam de per ſe vna ex prædictis præſumptionibus non ſufficiat ad pœnam extraordinariam, ſimul tamen iunctæ ſuffragantur; nam ſingula, quæ non probant, ſimul collecta iuuant, *Farinac, in d. quæſt.* 136. *per totam cap.* 1.

17 Sicquè talis Mulier vt ſupra patiens, coactè, & non voluntarie pati præſumitur ſaltem metu reuerentiali Viri, & nulla pœna punitur ad *Text. in l. fœd ſſim.m, et ibi Glaſ. et D. D, C. ad l, Iul. de Adulter.* ſtante vi, & remoto conſenſu, vt optime *Farinac. de Indic. et Tortur. quæſt.* 43. *num,* 29, *et in d. quæſt,* 148. *num.* 37, *et* 39.

18 Quid decendum, ſi non ſit actus criminoſus conſumatus, ſed extra Vas poſterius ſiat conſumatus? Vide optimè ea, quæ diſtinguit *Farinac. in locis reſpectiue citatis, et Baron, ibidem. ſupra, num* 549 *cum ſeqq. pag. mihi* 337.

An per hoc vitium ſeparetur Matrimonium quoad Thorum tam ſi Maritus tentauerit committere cum Vxore, quam alio, ſeù alia Fœmina commiſerit? Affirmatiuè ſancinit *idem Baron, vbi ſupra num.* 547. *cum ſeqq.* vbi vltra Text. *in Can. Omnes* 32. *quæſt.* 7 complurimos allegat. D. D. vt de more huius Eruditi Iuriſperiti.

SVMMARIVM.

1 *Impotens ad coeundum impotens eſt ad Matrimonium.*

2 *Pari nubendum eſt, et dantur exempla.*

3 *Confeſſio Mulieris ſuper impotentia Viri, et è conuerſo, an ſola operetur ad inhabilitandum Matrimonium ob coitus impotentiam?*

4 *Impotentia coeundi an probetur ex confeſſione vnius ex coniugibus?*

5 *Impotentia per aſpectum, vel per veriſimilitudinem, an probetur etiam per coniecturas, et præſumptiones, quidnè reſpectiuè talis impotentia operetur, et quandò ſtatim aut quando non diſſoluatur matrimonium? et àn et quandò expectandum ſit tempus canonicus, et quæ alia requirantur pro vnaquaque dictarum probationum ſpecie?*

6 *Frigiditatis ſigna dantur, et diſtinguntur, et quæ ſint illa ſigna quæ ſtatim diſſoluunt matrimonium et quæ alia ſint ſigna quæ dant temporis interuallum cum ſeptima manu propinquorum etc. Iurantium etc. vna cum Coniugibus etc.*

7 *Signa impotentiæ quid operentur vſque ad plenam pubertatem, et quomodò, et quando locum ſibi vendicet triennalis curſus?*

8 *Si in frigido multoties non expectatur triennium, expectatur tamèn in Maleficiato.*

9 *Triennium à quo tempore incipiat?*

10 *Triennium non eſt expectandum, nec aliud quodcumque in Iure præfixum tempus, dum contrahentes ſcienter contrahunt cum reſpectiuè Impotente.*

11 *Vir contrahens cum impotente Vxore, vel Vxor cum impotenti viro, quid agere debeant quouſque viuant?*

12 *Iugales inſimùl ſe ſe aſſerentes impotentes, vel Vxor aſſerens impotentem virum ſuum, et vir dicat eſſe potentem, et cognouiſſe Vxorem, quomodò veniant de Iure audiendi, et ſi ſi reſpectiuè iuſtificandi?*

13 *Matrimonium magnum eſt Sacramentum, et ad illud dirimendum cautè agendum eſt.*

14 *Vir eſt caput Mulieris, et plus creditur viro in potentia affirmata quam Mulieri in potentia negata.*

15 *Vxor per corporis inſpectionem à Matronis faciendam poteſt abolere potentiam à viro affirmatam.*

16 *Quid ſi Vxor per aliquod tempus ſteterit ad reclamandum ſupèr impotentia viri?*

17 *Taciturnitas in detegenda impotentia deſignat dolum in Accuſante, et quarè? dantur rationes.*

19 *Alia concernentia ad materiam vide in locis ibi indicatis, et quando Marita non credatur aſſerenti carnalitèr Vxorem ſuam cognouiſſe, vide in eod, num.* 18.

Poſt

Poſt initum Matrimonium Vxori confitenti, & alleganti viri impotentiam in coeundo, & è conuersò viro confitendo, & allegando ſimilem Vxoris impotentiam, àn, & quandò credatur, vel oè ; & àn dirimi poſſit, vel oon matrimonium ?

QVÆSTIO XLIX.

1 EST trita in Iure Regula, quòd impotentia ad coeundum eſt impotentia ad matrimoninm, *Text. in cap. 2. cum. ſeq. et vlt. et ibidem reſpectiuè Gloſ et Canon. notantes, dè Frig. et maleſic.*

2 Vndè Iure optimo Salomon ſcripſit = ſi vis nubere, nube pari = & *Ioan. And. in cap. Fraternitatis 6. num 13. in. V. quandoque, dè Frigid et maleſic.* pro huiuſmodi contractus eruditiooe docuit ibi = Iungatur debilis debili: fortis forti; quia ſimilia ſimilibus gaudent = & ad huiuſmodi propoſitum Ouidius relatus *ab eod. Ioan. Andr. poſt Princip. dicti num.* 13. Cecinit.

Quam male inæqua es veniunt ad aratra Iuuenci.
Nam premitur magno coniuge Nupta minor.

3 Qua propter non minor ob naturę inæqualitem, dùm Mulier fatetur Virum ſuum impotentem ad coeundum, vel è conuersò Vir fatetur, & aſſerit Vxorem ſuam inhabilem ad coitum iuxtà ea, quę ſanciuit *Text. in cap. 1 et ibi Io: Andr. Barboſ. cæteriq; Canon. etiam in prædictis cap. de Frigid. et Maleſic.* notarunt ad propoſitum.

4 Et huic Vxoris confeſsioni, & aſſertioni tunc credendum pro ſtatim dirimeodo Matrimooium: & è contra Viri aſſertioni credendum aduerſus Vxorem pro eodem dirimendo matrimooiali contractu ordinato ad copulam ob filios procreandos, quandò talis impotentia reſpectiuè Maris, & Fœminę poteſt ſtatim probari, & oſtendi per aſpe-
5 ctum; nàm prima probatio impoteotiæ per aſpectum dicitur è Iure concludens, qua legitimè cognita, ſtatim Matrimonium diſſoluitur, nulla data temporis expectatione de Iure canonico præſcripta. Impotentiæ verò ſecunda probatio per ſigna veriſimiliter concludentia &c. probata reſultat ex peritorum relatione cum iuramento Coniugum aſſerentium ſe ſe coire non poſſe, iuncta paritèr ſeptima propioquorum manu iuraotium, & erendentium, quòd Iugales verum fateantur ſuper coitus impoteotia (ſicque huiuſmodi exiſtentibus) non requiritur trienoalis habitatio, & reſoluitur matrimonium. Tertia denique huiuſmodi impotentiæ probatio eſt coniecturalis, ſeù præſumptiua; & eſt illa, quæ ex vſu, ſeù cobabitatione, adiunctis alijs indicijs colligitur; Et in hoc poſteriori caſu expectatur trieonium; cum huiuſmodi triennalis expectatio ſit pars potiſsima eiuſdem pręſumptiuę probationis: qua expectata triennali habitatione, vtriuſq; iuramento cum ſeptima propinquorum manu perpetua iudicabitur impotentia pro nullitate matrimonij; & his tribus diſtinctionibus conciliati remanent *Text. in cap. 1 cap. Laudabilem 5. cum cap. vbi de Frigid. & Maleſic* vt optimè ſic diſtinguendo docet doctiſsimus Canoniſta *Barboſ. in Collect. D. D. ſuper Iur. Pontific. vniuerſ. in eodem cap. Laudabilem à num 2. vſque ad 5. & in eodem cap vbi 5 & idem Ioan: Andr. prærcitat. in cap Laudabilem, & in ſeqq. cap. & Sanch. de Matrim. lib. 7. diſput. 107. num. 1. cum plurib. ſeqq. & diſput. 110 num 10. eod. lib. 7. bene Vermigl. conſ. 453. num. 3.* Verſ. *Ex prædictis cum num ſeqq.* diffuſe *Franc. Baron. tract. de corpor. eiuſq; part. tit. de Viril. 17. pag. mihi 258. cum ſeq & num. 63. cum ſeqq Rot. recent. par. 6 deciſ. 307. num. 13. & par. 7. deciſ 54. num. 4. & ſeqq. Rot. poſt. 1. Vol. conſ. Crim. Farinac.* magiſtraliter *in deciſ. 75. per totam pag. mihi 97 et poſt 2. vol. conſil prædictor. deciſ. 24. per totam,* & luculenter *Speciel deciſ. 141. num. 1. et plurib. ſeqq. tom. 2. vbi num. 13.* firmat, quod ſeptima manus propinquorum ſit verum, & rectum Iudicium.

6 Quæ frigiditatis ſigna ſunt pallidus faciei color, alba corporis mollities, venarum paucitas, pectoris anguſtia, & tenue orificium, vt latè *Baron. ibidem ſuprà, pag. mihi 217. nu.* 81. & alia etiam ſigna tradit *num.* 83. & alia frigiditatis, vel non frigiditatis ſigna aſſignat etiam idem *Io: And in præcitat. cap. laudabilem num. 2. 3. et ſeqq. pag mihi* 481.

7 Quę ſigna ſi naturaie deſignant impotentiam, nullo expectato tempore, declarabitur nullum Matrimonium. *Baron. eodem num. 81. verſ quæ ſigna cum ſeqq. verſ.* vbi *nu.* 82 *cum ſeqq.* ſubdit, quod ſigna quoties ſunt
8 veriſimilia, itaut moraliter certam demonſtrent impotentiam, matrimonium eſt ſtatim diſſoluendum, Canonico termino non expectato, & latius *num* 83 *et* 84 *et* 89 *cum ſeqq.* pro indubitato loquitur, ſi vigeat Medici, vel alterius Periti relatio, & concordat idem *Io: Andr. in eodem cap. laudabilem in præ-*

præcitatis numeris, qui ibidem profert præ ‹i-ctı, & alia ſigna in Fœmina, & de antedi-ctis ſanciuit optime *Rot. poſt conſ crimin. Farinac. tom. I. præcitat. d ciſ. 75. num. 1. et 2. cum ſeqq et ibi in add ction. etc.*

Bene verum eſt, quod ſi dè impotentia apparet per ſigoa dubia, quæ præſumptiuè concludant, & tunc, aut ſunt in ſemipiena pubertate, puta Vir habet decimumquintũ, vel decimum quartum, annum: tùnc expe-ctabitur vſquè ad pleoam pubertatem; ſi autem eſt annorum ſexdecim; tùm expectabitur per biennium, ſi XV. per triennium; at ſi eſt in plena pubertate, ſeparatur ex ſolo Iuramento Proquinquorum, alio tempore non expectato *Baron ibidem ſuprà, eodem nu. 83. verſ. quandóq. et Io: Andr. eodem cap. laudabilem num. 2 vbi etiam Barboſ num. 7.*

Ea quæ diximus de frigido nõ procedunt dè Maleficiato, quia io hoc caſu ſempèr expectatur triennium, *Cap. final. et ibi Barboſ.*
9 *nu 7. et ſeqq. et Io: Andr. in d Cap. laudabilem, num.* 8 Quod triennium a quo tempore iocipiat diuerſimode exponunt D. D. & benè *baron. in præcitat tr pag mihi 273. à num. 51. vſq 63. pag. 274. et Barboſ. in d. cap. fin. nu. 7. et ſeqq pag. mihi 65. et ibidem Io: Andreas nu. 8. et ſeqq.* Et ne ob diuerſos caſus prolixitate vtar, lectorem ad aotedictos eruditiſs. D. D. remittimus, ſi ùti per Maleficium æqualitè viri, & Fœminæ reddantur impotentes ad coeundum, ſiuè ad acceſſum copulæ carnalis; & quandò quò ad vnum tantùm virum ſcilicè, & quandò quò ad omnes dictè, & varijs modis elab rat articulos *Laurct. dè Fra b. in ſuis controuerſ. inter Epiſcop et Regul et ibi add ni tu ſuis obſeruat. Zachar. Paſqualig tit dè ſortileg. Maleſic. quæſt. 6 7. et 8. et ſeqq. pag mihi 262. et ſeqq.*

Hoc enim triennium non erit expectan-
10 dum nec aliud quodcumq; in Iure Canonico præfixum tẽpus, dum Mulier, ſiuè reſpectiuè
11 Vir matrimooium ſcientèr contraxerit cum impotẽte Vxore, vel reſpectiuè Viro; ſed vir in hoc caſu habebit Vxorem tamquam ſororem. & Vxor reſpectiuè virum tamquam fratrem *Tex. clarus in cap. Conſultationi tuæ 4. vbi optimè Barboſ per. tot. de Frigid. & Maleſic.*

Quando data ſcientia, ſi Marito prouo-
12 cante ad diuortium, & ſe impotentem confitente, & aſſerente Mulier hoc idem fateatur, ſeruata ſolemnitate Canonica, Matrimonium indiſtinctè dirimitur; ſed ſi Eccleſia decipiatur, primum Matrimonium reparator; ſi verò Muliere ageote, vir aſſerat ſe potentem, oiſi per aſpectum corporis, vel alio indubitato modo conuincatur, Mulier non auditur; ſed ſi vir hoc idem confiteatur, vel conuincatur, Matrimonium ſeparatur, & Mulieri contrahendi licentia datur, *Text. in cap 1. & ibi Io. Andr. & Barboſ. ac Hoſtienſ. lib 4. pag mihi 358. à tergo, & Viuian in ſuo rational. Iur. Pontific. lib. 4 tit. 15. dè Frigid. & Maleſic. pag. mihi. 50. cum ſeqq & Rot antè 2. Vol. Conſ. crimin Farinac. deciſ. 111. num. 1. & ſeqq. & deciſ. 192. & nu. 4.* rationem red-
13 dit, quia Matrimonium eſt magnum Sacramentum, & vbi agitur dè illius diſſolutione, omnis cautela, & diligentia adhibenda eſt, vt omnis fraus excludatur, priuſquam diſſoluatur.

Et agente Muliere vt ſupra, viroq. negan-
14 te, eſt ratio, quia cum vir ſit caput Mulieris, magis credendum eſt viro, quam Mulie-
15 ri, niſi Vxor contrarium clarè probet per corporis inſpectionem a Matronis faciendam, vt ex d. cap. 1 *V. Tu autem contrarium affirmas, & ibi idem Viuian. in V Quià cum vir,* & allegat. *Canon. in cap. ſi quis 2, in ordine 33. quæſt 1. & Mancin. de Iuram. part. 4 effect 176. num. 1. & 2. Rot. antè d. 2. vol. conſ. crim Fa-*
16 *rinac. d. deciſ. 111. num 2. & deciſ. 192. nu 6.* peculiarirèr ſi Vxor ſteterit ad reclamandum per aliquod temporis ſpatium; quia citò, & io paruo tempore tale ſcire potuit impedi-
17 mentum, nec debebat in taciturnitate perſiſtere etiam poſt duos, & vltra menſes, vt exemplificat Text *in eodem cap. 1. poſt. med & ibi optimè Barboſ. num. 8 in med.* ibiq. parirèr *Viuian. in præcitat. loco*. Nam ex arditate accuſationis dolus præſumitur, ù. *tacm Barboſ. in d. cap. 1. num 7.*

Cętera concernentia confeſſionem, vel ne-
18 gationē alterius coniugis, vel vtriuſq. reſpectiuè latè habentur ex *cap final & d d. d. Canoniſtis ibidèm, et alibi in toties citato tit. de Frigid. et maleſic.*

Concludam denique, quòd Marito cum Iuramento aſſerenti Vxorem carnalitèr cognouiſſe, noo eſt credendum, ſi Vxor contrarium cum ſuo Iurameoto probauerit, inſimul cum Matronarum depoſitionibus, *Barboſ collect D. D cap. Propoſuiſti 4. de Probat. Add. tom. tom. 6. Mancin. dè Iuramen. part. 4. effect. 176.*

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Confeſſioni et aſſertioni Vxoris ſupèr timore offenſionis facienda à Marito non ſtatur, etiàmſi talis aſſertio ſit iurata, et ex hac aſſertione iurata non cogitur vir cauere de non offendendo.*

2 *Amplia, quamquàm vir malè Vxorem ſuam primam tractauerit.*

3 *Mariti ſæuitia non præſumitur, niſi probetur.*

4 *Vani timoris nulla eſt habenda conſideratio.*

5 *Marito moderatè Vxorem verberare, eſt licitum, imò debet facere.*

6 *Promiſſio de non corrigendo Vxorem non valet.*

7 *Culpa Vxoris præſumitur facta caſtigatio ipſius Vxoris à viro.*

8 *Vxor non reſtituitur viro, exorta capitali inimicitia, et odio inter ipſos Iugales, vel ſi mortis periculum timeatur.*

9 *Quandò prouideatur vxori in his caſibus?*

10 *Cautio Vxoris quando danda ſit à viro ob timorem domeſticorum ipſius viri?*

11 *Quando ſit, vel non locus diuortio inter Virum, et Vxorem.*

An per confeſſionem, & iuratam etiam aſſertionem Vxoris ſuper timore Offenſionis ſibi faciendæ a Marito cogi valeat Maritus ad cauendum de non offendendo Vxorem ſic vt ſupra a Iudice requirentem, iuncta ſignantèr ſæuitia à viro adhibita cum prima Vxore? & quomodò indemnitati Vxoris ſit prouidendum ob capitale odium, & inimicitiam intèr Iugales exortam? & an detur, vel ne Thori ſeparatio?

* * *

QVÆSTIO L.

1 IN hac breui quæſtione negatiuè reſpondetur, quòd Vxor à Marito petens cautionem dè non offendendo, legitimam timoris cauſam probare debeat, alioquin non ſtatur vanæ eiuſdem Vxoris aſſertioni, quamquam iuratæ, *Cap. ex tranſmiſſa 8. de reſtitut. ſpoliat. Hercul. Tract de Caut de non offend. cap. 50. num. 31 pag. 144 benè Vermigliol. Conſ. 167. num 5. et Addens ad decif. 75. lit c. poſt 1.*
2 *vol. conſ crim. Farinac.* etiamſi malè tractauerit primam Vxorem; quia non præſumitur malè tractare ſecundam Coniugem, *Rot. antè*
3 *2. vol. Conſ. crimin. Farinac. decif. 371. num. 7.*
Ratio eſt, quià Mariti ſæuitia non præſumitur, niſi probetur, *dictus Addens ibidem ſupra. et Rot. ante dictum ſecundum vol Farinac.*
4 *decif. 39. num. 3.* vbi, quod vani timoris nul-
5 la eſt habenda conſideratio. Nam Marito licitum eſt moderatè verberare Vxorem ſuam ad correctionem, imò debet hoc facere, *dicta decif. 39. num. 4. Rot. in dicta decif. 371.*
6 *num. 4. et 5.* vbi quod non valet promiſſio dè non corripiendo Vxorem, & concordat *Rot. recent. par. 16. decif. 99. num. 16.* vbi *num* 18.
7 ſubdit, quòd Vxori caſtigatio à Marito facta prouenìſſe præſumitur culpa eiuſdem Vxoris.

Bene verum eſt, quod licet Maritus præſtando iuratoriam cautionem ſatisfaciat, ſi ob ſuam paupertatem cauere nequeat, dè non offendendo Vxorem ſuam, maximè ſi vir ſit pauper, at non rixoſus, & bonæ conditionis, & famæ, *Barboſ. Collect. D. D. in Ius Pontific. Vniuerſ. cap. litteras num. 1. et 2. de*
8 *reſtitut. ſpoliat. tom. 6.* Attamèn menti tenendum eſt, quòd ſi Vxor auſugiat à viro ſuo proptèr Verbera, ſeù quodcumque aliud emergens, non eſt viro reſtituenda, dùm intèr ipſos coniuges ex huiuſmodi Verberibus, vel quibuſuis alijs emergentibus orta ſit capitalis inimicitia, aut capitale odium, ſiuè probabilitèr poſſit mortis periculum ti-
9 meri; quia tunc intrat cohabitationis ſeparatio, vel Mulieris ſequeſtratio penès Vxoris Coniunctos, vel Monaſterium, & cautionis fragilitati fidere Iudex non debet, *Text. in cap. ex tranſmiſſa, 8 ſuperius enunciato, Vbi Gloſ. et Barbos tom. 1. in Collect. D. D. num. 5.*
10 *et ſeqq. vbi num. 7.* ſubdit, quòd ſæuitia Parentum viri præbet etiàm Vxori iuſtam diuertendi cauſam, & petendi cautionem ſecuritatis, & ad huiuſmodi propoſitum videndus eſt etiam *Farinac. in Praxi crimin. quæſt. 143. nu. 129. cum ſeqq. et num 225.* Et quan-
11 dò ob huiuſmodi ſæuitiæ, & alias reſpectiuè cauſas ſit locus ſeparationi Thori, nè cōgeram ea, quæ ſunt benè digeſta à Rotà me remitto ad *Recent. part. 6. decif. 155. num. 2. et 3. 19. 29. et 40. decif 191. nu. 13. decif. 239. num 4 et 5. et 7. et. decif. 324. num. 7.* & ad dictam Magiſtralem *decif. 99. coram Recol. mem. R. P. D. Albergato.*

SVMMARIVM.

1 *Priùs Fidelium Matrimonium erat prohibitum vſq. ad ſeptimum gradum conſanguinitatis, et Affinitatis.*

2 *Poſtmodum fuit ſancitum vſq; ad ſextum.*
3 *Sex ætatibus Mundi Generatio, & Hominis ſtatus finitur.*
4 *Generis propinquitas ſex gradibus terminatur.*
5 *Leges Humanæ poſſunt mutari.*
6 *Matrimonij Contractus intèr Conſanguineos, vel Affines fuit ab Innocentio III. reſtrictus vſq; ad quartum incluſiuè gradum, & vſque ad ſecundum in fornicario coitu.*
7 *Vſq; ad quartum prædictum gradum reſtringitur affinitas, ex qua poſtmodum, vel Conſanguinitate procedit Inceſtus.*
8 *Quis querelare valeat in delictis Inceſtus, Stupri, & Adulterij?*
9 *Stuprum, Inceſtus, cæteriq; coitus carnales an probentur ex confeſsione, vel an ex teſtibus, aut ex præſumptionibus, & indicijs, vel ex alio probationum genere, & an Inceſtuoſum ſtuprum probetur, vel ne ſolummodo per confeſſionem ſtupratæ inceſtuoſæ Puellæ.*
10 *An data Ignorantia gradus Conſanguinitatis, vel Affinitatis, tàm ſtuprator inceſtuoſus, quàm ſtuprata inceſtuoſa labantur in pœnam ſtupri inceſtuoſi?*
11 *An eadem ſcientia requiritur in vim Conſtitutionis Sixti V. in omnibus caſibus ibi expreſſis?*
12 *An in reiteratis vicibus inceſtuoſi coitus detur aggrauatio delicti?*
13 *Coitus reiteratio an indicetur ad inſtar Belluarum, & quæ melior ſit cognitio, an Animalis rationalis. vel irrationalis?*
14 *Probato inceſtuoſo ſtupro, quæ pœna ſit irroganda aduerſus huiuſmodi delinquentem, an pœna ordinaria, vel extraordinaria? Et quid in Clerico, ſeu Sacerdote?*
15 *Mortis pœna aduerſus Aſcendentes, & Deſcendentes inceſtuoſum, & nefarium coitum committentes infligitur.*
16 *An eadem pœna infligatur* Tranſuerſalibus *ſtupratoribus inceſtuoſis?*
17 *Vbi agitur dè Iuris correctione non fit extentio in pœnalibus per ſubauditos intellectus de caſu expreſſo ad caſum non expreſſum.*
18 *Tranſuerſali inceſtuoſo ſtupratori imponitur deportationis pœna, ſcilicet triremium in perpetuum.*
19 *Pœna dum non infligitur ordinaria, ſed extraordinaria, vt ſupra, triremium, datur etiam bonorum Confiſcatio pro medietate.*
20 *In ordinaria pœna vltimi ſupplicij vniuerſalis datur bonorum confiſcatio.*
21 *An bonorum Confiſcatio à quocumque Iudice imponi valeat?*
22 *Inceſtuoſo ſtupranti, & ſtupratæ ſcienti, & conſentienti infligitur pœna vltimi ſupplicij?*
23 *Vt dicta pęna locum habeat in Statu Eccleſiaſtico, cauſa remittitur ad Iudicem laicum, ſi exiſtat coram Iudice Eccleſiaſtico.*
24 *Maſculus ſi pęna ordinaria plectitur pro inceſtu, non fœmina, & quarè &c.?*
25 *Fœmina pro hoc crimine exiliatur, & relegatur, præſertim ſi in Iudicio ſit ſponte confeſſa, cum bonorum medietatis confiſcatione ſuper addita.*
26 *Exilij pęna ad tempus impoſita nullo determinato tempore dicitur Reo per decennium inflicta, ſecus ſi talis exilij pęna ſit data nullo determinato tempore, ſcilicet non facta mentione temporis, quia tunc exiliatus dicitur in perpetuum.*
27 *Non ſeruanti confinia datur pęna extraordinaria pro motu Principis.*
28 *Exilij pęna an ſit capitalis, vel corporalis?*
29 *In ſententia confinatis quæ clauſula ſit apponenda?*
30 *Fœmina attenta* Conſtitutione *Sixtina in Statu Eccleſiaſtico vltimo ſupplicio traditur, & alio modo iudicari non poteſt à Iudicibus.*
31 *Fœmina vt plurimum eſt cauſa tanti criminis.*
32 *Si differatur accuſatio, accuſatus poſt multum temporis interuallum dicitur Innocens, & ex tarditate præſumitur dolus, & Calumnia.*
33 *Ad carceres ſpontanea conſtitutio facta à prætenſo Reo quid denotet pro Innocentia, quid vè reſultet in bono Iure fauore ipſius conſtituentis?*
34 *Spontanea conſtitutio ad carceres indicat conſcientiam non maculatam, & multum ſibi ex ſpontanea conſtitutione proficit in innocentia.*
35 *Nemo inſanus, & fatuus præſumitur, dum quis ſponte ſe conſtituit in carceribus.*
36 *Conſtituens ſe in carceribus ſpontè, ſi ex proceſſu appareat dè Innocentia, ſiue de aliquo arguenti Innocentiam relaxatur cum fideiuſſione.*

Inceſtus, ſeù inceſtuoſum ſtuprum inter quas Perſonas committatur? Qui de tali crimine querelare valeant? Quomodo probetur? & an ex ſola ſtupratæ inceſtuoſæ Confeſsione? Qua corporali pœna ſtuprator, & ſtuprata plectantur? & an, & quando ſit locus pœnę ordinariæ, vel extraordinariæ cum Confiſcatione Bonorum in totum, vel in parte?

QVÆSTIO LI.

1 Erat prius Fidelium copulatio Carnalis vſq. ad ſeptimum gradum Conſanguinitatis,

tatis, vel Affinitatis prohibita, *vt ex Can. Progeniem 16. cum ſeqq & ex Can. Nulli ex Propinquitate 19. cum ſeqq. in 35. quæſt. 2. & 3.*
2 Poſtmodum verò prohibita remanſit vſq. ad
ſextum, *vt in Can. Contradicimus 21 in ordine 35. quæſt. 3.* & rationem reddit *Can. Conſan-*
3 *guinitas in ordine 1. eadem 35. quæſt. 4.* quia ſi-
cuti ſex ætatibus Mūdi Generatio, & Homi-
nis ſtatus finitur; ita propinquitas Generis
tot gradibus, terminatur.
4 Verùm quia leges humanæ mutari poſ-
ſunt, vt experientia ſatis docet, & D. D. no-
5 ſtri in Vtroq. Iure concordant, Sūmus Pon-
tifex Innocentius III reſtrinxit tam reſpectu
Conſanguinitatis, quam Affinitatis vſque ad
6 quartum duntaxat gradum incluſiuè Ma-
trimoniorum contractus eſse prohibitos ex
impedimentis conſanguinitatis, & affinita-
tis, vt clarè *in cap. non debet 8 de Conſang. & Affinit.* & concordat *cap litteras 13 dè Reſtitut. ſpoliat.* & optime *in vtroq; cap. Barboſ,* etiam ad alia inferens *in primo. & ſecundo tom. Collect. D. D in Ius Pontific. vniuerſ* Et vſque ad ſecundum propter Affinitatem ex Fornicatione contractam, *Concil. Trident, ſeſsion. 24. cap. 4. de Matrim.* imò ſine expreſ-ſa Pontificis diſpenſatione non fiunt Matrimonia, intra præfatum quartum gradum; extrà vero dictum quartum gradum, non eſt opus diſpenſatione. *Tex. rotundus in cap. Non debet 8. & ibi Canoniſ. notan. de Conſang, & Affinit. & Innocen. IV. conſtit. 14 §. Et quoniam tom. 1. Bullar.* Et quando Diſpenſatio eſt neceſſaria, impertitur ad normam eiuſdem *Concil. ſeſsion 24. cap. 5. ergò ſic.*

Verumſi duo Conſanguinei inæqualiter diſtant à Stipite, vtputa Alter diſtat vltra quartum gradum, Alter verò intra illum; in hoc caſu contrahi poteſt matrimonium; & eſt ratio, quia ſi vnus eorum diſtet vltrà quartum gradum, nempè ſit in quinto gradu, quintus attenditur, tamquam remotior pro ineundo ſine diſpenſatione matrimonio; nam, quamuis vnus tantum ſit in quinto gradu, omnes cenſentur eſſe in eodem gradu, vt ex præcitato *cap. Non debet*, egregiè *Sanch. de matrim. lib. 7. Diſput. 53. num. 3. & Prior Corrad. in Prax Diſpenſat. Apoſtolic. lib. 7. cap. 7 num. 72. verſ. Hæc autèm omnia, & Anton. Volp. in ſuis Reſolut Moral. Reſolut. 113. num. 3. vbi enim ſeqq. num.* docet in Vtroque Iure Graduum diſtintionem. Et in fornicaria Affinitate nec pariter diſpenſatio requiritur in 2. & 3. gradu, *Corrad. ibidem ſupra num. 72.* Cæterum prædictus primus caſus limitatur, quandò alter eorum diſtet à ſtipite in primo gradu: tunc non valet matrimonium inter ipſum, & alium diſtantem ab eodem Stipite in quinto, aut alio vlteriori gradu, *Sanch in locis præcitatis num. 4. & Corrad. ibidem ſupra*, & lucu enter idem *Volp. reſolut. 121. & Pignattel. lib. 7. conſult. 22. num 2 & 3.*

Et ſicut limitatus vt ſupra primus caſus, limitatur & ſecundus, vt ex *D. D. ſupracitatis*, & videndus idem *Volp. in ead. reſolut. 121. per totam* optimas reddens rationes.

Bene verum eſt, & notatu dignum, quòd dum gradus, vt ſupra, quartus, & quintus ſtant pro matrimonio ſine diſpenſatione, & reſpectiue ſecundus & tertius proueniens ex copula fornicaria, non indigeat pariter diſpenſatione; attamen ſuper huiuſmodi reſpectiue caſibus requiritur, quod Ordinarius declaret, non obſtare quartum, & reſpectiue in caſu fornicariæ copulæ non obſtare ſecundum ſtante tertio, vt Parochus poſſit poſtmodū legitimè matrimonio interuenire, vt ego pluries habui in praxi tempore, quo gerebam Vicariatum Spoletanum. & ad huc talis praxis in Curia Spoletana continuat.

Eſt ad hoc notandum, quod matrimonium diſpenſatione non indiget, in quo ſcribentes altercantur, an adſit, vel ne impedimentum, ſi negatiua eſt probabilis, licet affirmatiua ſit probabilior; cum ſatis ſit in rebus morabilibus opinionem ſequi prubabilem, *Sperell. deciſ. 119 num. 57. & deciſ. 175 num. 29. par. 2.* Et hoc procedit, ſi lex in contrarium non obſtet, aut aliud non præcipiatur Eccleſiaſtico Iudici ſub excomunicationis pœna, vel quid aliud in contrarium præſcribatur, vt late in dicta deciſ. 119 num. 58

Sint igitur omnes Domini Superiores cauti in ferendo iudicio ſuper huiuſmodi matrimonialibus cauti, & quando has committunt cauſas, Doctis, & Diſcretis Viris committere omnino ſtudeant: ſic eis erit in obſequium tex. clariſsimus in *cap. 1. de Conſanguin. & Affin.* cui inhæret *Sperell. ead. par. 2. deciſ. 193. num. 1.*

7 Intra quos reſpectiue gradus committebatur prius, & his etiam noſtris temporibus intra eoſdem reſtrictos Gradus reſpectiuè Inceſtus committitur, vt ex præfata diſpoſitione Canonica, & diffuſe *Barboſ. in eodem cap. non debet 8. Baiard ad Clar. §. Inceſtus, num. 1. pag. mihi 71. Lucidor dè illegit. Cleric. & Regular. cap. 1. num. 27. & Franc. Baron. tractat. de Corpor. eiuſq; partibus in tit. de Inceſt. pag mihi 329. num 465.*

8 In huiuſmodi inceſtus cauſa ſicuti etiam Stupri, & Adulterij nemo publicè, nec pri-

L 3 uatè

natè querelare poteſt, niſi Pater, Mater, Auus, Auia, Filij, & Nepotes vtriuſq; ſexus, ſeù Fratres, aut Sorores, Filij Fratrum, aut Sororum, *Ciazz. ad defens Reor. diſcept. crim.* 23. *num.* 13. *pag. mihi* 161. *in* 1. *Col.*

Et diuerſimode ſtuprum, Inceſtus, cæte-
9 rique carnales coitus probantur, vt tradit *Farinac. in quaſt.* 136. *cap.* 1. *&* 2. *de delictis Carnis*, vel ex Puellæ confeſsione inceſtuoſæ ſtupratæ tàm extraiudiciali, quàm iudiciali, *Farinac. d. quaſt.* 136. *cap.* 2. *num.* 41. *& ſeqq. & num.* 52. *& ſeqq.* aut iuſtificantur in facto per Teſtes, non autem per præſumptiones, & indicia, *Ciazz. diſcept. crim.* 3. *num.* 41. *&* 42. Cum Fornicatio non præſumatur, niſi quis fuerit repertus in actibus venereis, & propinquis *Farinac. pracit. quaſt.* 136. *num.* 197. *& ſeqq. & in eadem quaſt. cap.* 2. *per totam*; ſiue Inceſtus, vel quicumque alius coitus probatur, ſi duo Teſtes iuſtificent carnalem cognitionem: alij duo Conſanguinitatem, vel Affinitatem, *Gratian. diſcept. Foreuſ. cap.* 438. *num.* 14. *tom.* 3. Et quid, ſi Teſtes ſint ſingulares? late videndus eſt *Farinac. de Teſt. quaſt.* 64. *num.* 223. *cum ſeqq* Vel dicti coitus tamquam dè delictis, quæ occultè committuntur, & difficilis ſunt probationis, probantur ex coniecturis. & præſumptionibus, iuxta Theoricam *cap. litteris* 12. *cum ſeq. cap. dè Praſumption. Menoch. parit. dè Praſumpt. lib.* 1. *quaſt.* 58. *num.* 3. *& lib.* 5 *Praſumpt.* 41. *num.* 1. *&* 4. *& Farinac. d. quaſt.* 136. *nu.* 2. 4. 13. 18. *&* 24. *Conciol. reſolut. Crimin.* 2. *in V. ſtuprum pag. mihi* 608. *& apt me Rot. recent. par.* 18. *tom.* 2. *deciſ.* 801. *num.* 12.

Et eſt ratio, quia licet vna coniectura, & præſumptio non ſit ſufficiens ſimul iunctæ coniecturæ, & Præſumptiones ſuffragantur; cum ſingula, quæ non proſint, multa collecta iuuent, etiam à Iudice arbitranda, arbitrio tamen a Iure regulato, profusè *Farinac. d. quaſt.* 236. *per tot. cap.* 1. *& Rot. in pracitat. deciſ.* 801. *in pracitat. num.*

Ego autem in terminis ſolummodo Confeſsionis a Puella emiſſæ *tom.* 1. *lib* 3. *quaſt.* 6. *num.* 4. *tract. dè Confeſsion.* probaui, carnales huiuſmodi coitus per ſimplicem dumtaxat Confeſsionem Puellæ non probari, ſed per Teſtes, ſcilicet per Obſtetrices. ſeù in arte Peritos, iunctis etiam alijs probationibus per coniecturas, & adminicula veriſimilia, & vltra D. D. allegatos *in eadem quaſt.* 6. ſuper addo *Ioſeph. Ricc. tractat. dè Public. Iudic. in ſpec. quaſt.* 46. *num.* 19. *pag. mihi* 6 8. *& Franc. Baron. eodem tract. dè Corpore, eiuſq; partibus in tit. dè Inceſt. pag. mihi* 329. *& num.* 501. *pag.* 332.

10 Quæ licet probentur, attamen in hoc inceſtuoſo ſtupro non ſufficiunt, ſi non probetur etiam, quod tàm Mar, quam Fœmina ſciuerint parentelæ gradum, alias Inceſtuoſi ſtupri pœna puniri non valent, cum locum ſibi ſolummodo vendicet mera fornicatio, *Clement. I. & ibi Gloſ. & Canoniſt. notantes dè Conſanguin. & Affinit. Baron. ibidem ſupra num.* 498. *cum ſeqq. &* 501 *cum ſeq. pag. mihi* 332. *Clar. in* § *Inceſtus verſ.* excuſatur, *ſecundum Vltimam impreſſ. cum Additio. in eodem verſ. num.* 9. *& in Additton. lit. A, & in veiterata lit. A, num* 12. *& Farinac. eod. tit. dè Delict. carn. quaſt.* 149 Quæ pariter ſcien-
11 tia requiritur etià in vim *dictę Conſtitutionis Sixtina* 54. *vt in* §. 1. & in omnibus caſibus ibi præſcriptis, *vt in ſeqq.* §. §.

Quia data parentelæ ſcientia, ſi plures,
12 atque pluries inceſtuoſi coitus reiteratio detur inter Maſculum, & Fœmina, datur delicti aggrauatio, quia ex tot, tantiſq; reiteratis vicibus elicitur, quod Rei nullum haberent timorem pœnæ temporalis, & æternæ; ſicq; præmeditata. & pertinax culpa, qua toties inſimul data opera in delicto per-
13 petrando, ſeſe carnaliter ad inſtar Belluarum immiſcuerunt, fatenda eſt, vt conſiderat Cyriac. *controuerſ.* 354. *num* 27. *Verſ. & amplius, tom.* 2. Vndè ex *deciſ. Boer.* 318. *n.* 2. erga med. Chriſtianus in ſui erubeſcentiam, & confuſionem agnoſcet ſenſus cuiuſdam Equi, qui dum agnouit (ablato velamine ab oculis) coitum habuiſſe cum Matre equa, affectus maximo mœrore dentibus ſua genitalia abſciſit.

14 Quibus, vt ſupra probatis, talis criminis Reus mortis pœna condemnatur, quandò inceſtus fuit commiſſus cum ſpecie ſtupri, *Gloſ. in princ iuxta l. ſi adulterium cum inceſtu, ff dè Adulter.* Clar. *lib* 5. §. *Inceſtus, verſ. ſed quaro, pag. mihi* 33. *& Bald.* Conſ. 429. *vol.* 5. Non ita proceditur contra Clericum, ſeu Sacerdotem conuictum de inceſtu perpetrato cum qualitate ſtupri per carnalem cognitionem Commatris. Siquidem hic deponitur, & per triennium Ergaſtulo mancipatur, vt concludit *Pignatell. tom.* 1. *conſultat. canon.* 116.

15 Quæ mortis pœna locum ſibi vendicat aduerſus Inceſtuoſos Aſcendentes, & Deſcendentes, inter quos proprie non Inceſtus, ſed nefarius dicitur coitus, *Ricc* Collect. 151. *verſ. ſed vt cumque par.* 1. *Theſaur. deciſ. Pedamont.* 100 *num.* 4. *Batar. ad* Clar. *eodem* §. *Inceſtus, num.* 4. *Boer. pracitat deciſ* 318 *& Farinac. d. quaſt.* 149. *num.* 14. *&* 60. *cum ſeqq.*

dè

Digitized by Google

de Delict. Carn. Philyp.de Bict. in ſuo Epithom. ſeù compend. Theoric. & Prax. Crimin. tit de Delict. & pęn. quaſt. 116. *num.* 24. *& idem Baron. ibidem ſupa num* 479. *&* 480. *cum ſeqq.*

16 At contra Tranſuerſales ſtupratores inceſtuoſi s diſpoſitio eiuſdem *Gloſ. in præcitata l. ſi Adulterium cum Inceſtu* non procedit, *Baiard. ad* Clar. *in eodem §. Inceſtus num.* 11. *pag. mihi* 71. *à tergo*, etiamſi eadem ſit pœna inceſtus, & adulterij, *per Text. in l. ſi quis Viduam, ff. dè Quæſtion.* & eſt ratio, quia huiuſmodi Adulterij pœna fuit aucta per *l. Quamuis de* 2. C. *de Adulter.* non autem in Inceſtu: vnde cum pœna non ſit alterata in Inceſtu, remanet eadem pœna, quæ erat introducta per *d. l. Si quis Viduam*; & inſurgit ratio, quia vbi agitur de Correctione Iuris,
17 non fit correctio in pœnalibus per ſubauditos Intellectus de caſu expreſſo, ad caſum non expreſſum, & concordat etiam *Farinac. eadem quæſt.* 149. *num.* 16. *cum ſeqq. & optime num.* 26. *et idem Baron. ibidem ſupra num.* 492. *cum ſeqq.*

Sicq; dè Iure Communi eidem Tranſuer-
18 ſali ſtupratori inceſtuoſo poſt inquiſitionem tranſmiſſam, & terminos præfixos iam elapſos non comparenti imponenda eſt in
19 perpetuum deportationis pœna, quæ hodie eſt triremium, vt in terminis *d. Theſaurus eadem deciſ.* 100. *num.* 5. *Baiard. ad Clar. in eodem §. Inceſtus num.* 9 *pag. mihi* 71. *à tergo, et in lib.* 5. *§. fin. quaſi.* 67. *verſ. Deportatio, et in V. ego credo, et Farinac. in toties citat. quaſt.* 149. *num.* 11. *et ſeqq, et num.*20 *erga fin.*

Cuius Iuris Communis ſi inhæremus di-
20 ſpoſitioni, ſcilicet quando pœna non ſit ordinaria, nempe vltimi ſupplicij, ſed extraordinaria, iungitur cum hac pœna, ſcilicet in huiuſmodi caſu concurrit etiam confiſcatio bonorum in medietate, iuxta diſtinctionem adhibitam per *Text. in l. Relegati* 4. *et l. Relegatorum* 7. *§. ad tempus, vbi etiam Gloſ. in V. ad tempus ff. dè Interdict. et Relegat. idem Baiard. ad Clar. eodem § fin quæſt.* 67. *num.* 19. *pag. mibi* 288. *à tergo, et quaſt.* 71. *num.* 1.

Secus eſt, ſi imponenda veniat ordinaria pœna; quia in huc caſu vniuerſalis eſt bonorum Confiſcatio, *Bald. in l.* 1. C. *Nè ſine Inſ. Princip. Baiard. ad* Clar. *lib.* 5. *§. fin. quæſt.* 64. *ſine* 65. *num.* 125. *pag. mihi* 283 *à tergo in* 1. *col. Menoch. dè Arbitrar. Iudic. quæſt.* 93. *et late Anton. Concıol. in ſuis Reſolut.* Crimin. *in V. Confiſcatio, Reſolut.* 1. *per tot.*

Quæ confiſcationis pœna à quocumque
21 Iudice imponi poteſt, dum valeat ſuper delicto Iudex cognoſcere, & à lege talis confiſcatio tacitè, vel expreſsè imponatur; nam à Iudice non imponitur pręter legem, niſi talis Iudex ſit Summus Magiſtratus, *Clar. in eodem* §. *fin. quæſt.* 78. *num.* 5.

Sed in Statu Eccleſiaſtico per ſacram Con-
22 *ſtit. felic. Recor. Sixti Papa V. in ordine* 54. in his, & alijs criminalibus ibi comprehenſis locum habet vltimi ſupplicij contra omnes vt ſupra enunciatos.

Quæ mortis pœna cum dari nequeat in
23 foro Eccleſiaſtico; cum Eccleſiaſticis Iudicibus ſit probibitum imponere pœnam ſanguinis, vt *in Can His, à quibus* 23. *quæſt.* 8. *cap. in Archiepiſcopatu vbi D. D. de Rapt. cap. Clerici, et cap. Sententiam, ne Cleric. vel Monac.* dummodo huiuſmodi Reus non ſit Clericus.

Vt igitur grauitatis pœna iuxta d. Sixtinam Conſtitutionem locum habeat, Iudex Eccleſiaſticus, ſi non agatur de Matrimonio, & illius ſeparatione, non ſe immiſcebit in hac grauiſsima cauſa, ſed Iudex Laicus iudicabit, vt cum vltimo ſupplicio exēplificetur nefarium Crimen, vt optime *Farinac. cum pluribus concordantibus in tit. de delict. Carn. præcitat. in quæſt.* 149. *nn.* 117 *pag. mibi* 583. *in* 1. *Col.*

24 Et quamquàm, admiſſa Parentelę ſcientia, in Mulierem, eadem criminis labe Mulier laboret, qua Maſculus: eadem tamèn pœna extra ſtatum Eccleſiaſticum Fœmina non plectitur, ſicuti Maſculus: quià Inceſtus dum eſt intèr Tranſuerſales, Iure Gentium non eſt prohibitus, & extraordinaria pœna infligitur, *l. ſi Adulterium* 38. *§. ſtuprum ff. ad l. Iul. de Adulter. et ſtupr.* Cum Mulier ex ſua maiori fragilitate magis compatiatur, *Farinac. d. quæſt.* 149. *num.* 28. eò maximè dum Fœmina ſpontè fuit confeſſa, *Boſſ. tit. de Confeſſ. num.* 40. *ad fin. Farinac. de Reo Confeſſ. et conuict. quæſt.* 81. *cap.* 2. *num.* 75. *et* 77. *et optime prius num.* 9. *eadem quaſt. cap.* 5. *per tot.* ſicq iuxta opinionem *Theſaur. eadem*
25 *deciſ.* 100. *num.* 5. *et Farinac. eadem quaſt.* 149. *num.* 20. *erga fin.* Mulier prædicta exiliatur, vel relegatur cum pblicatione tertiæ partis ſuorum bonorum.

Quę exilij, vel relegationis pęna ad tem-
26 pus impoſita (nullo determinato tempore) dicitur Reo exiliato, aùt exiliatę, ſiuè relegatę Mulieri data per decennium, *l. ſiuè præfinito, ff dè pęn.* Verumſi Reus condemnatus ſit in exilium, ſeù relegatione (nulla facta mentione temporis) dicitur exiliatus, ſeù relegatus in perpetuum, *l. ſeruus*, C. *dè Pęn. optimè Baiard. ad Clar. lib.* 5. *§. Fin. quæſt.* 71. *num.* 9. *et* 10. *pag. mibi* 299. *à tergo.*

27 Vndè notandum, quòd pœna non ſeruanti Con-

ti Cõfinia eſt extraordinaria pro motu Prin-
cipis, *Baiard. ad Clar. in Prox. Crimin. lib. 5. §. fin. quæſt. 71. nu. 29.* licèt ipſemet *Clar. in eadem quæſt. 71. verſ. quaro qua pena num. 13.* diſtinguat; & videndus *Menoc. dè Arbit. Iudic.*
28 *lib. 2. Centur. 4. Caſ. 325 ſub. nu. 7.* & pęna exilij an ſit capitalis, vel corporalis, nempe Afflictiua corporis, videndus *Boſſ. dè carcerat. fideiuſ pag. mihi 16. à tergo num. 7. & Ricc. deciſ. Archiep. Neapol. 344. per tot. part. 4.*

Vlteriùs ad hoc obſeruandum eſt, quòd in
29 ſententia confinati debet apponi clauſula,
videlicèt = Ita tamèn, quòd ipſo confinato exeunte confines eidem aſſignatos intelligatur incidiſſe in commiſſum pęnę, vel fideiuſſionis per confinatum datę, *Addit. ad Clar. lib 5. §. Fin. eadem quæſt. 71. litt. d. pag. mihi 298 à tergo.* Quorum delictorum pœnas ſolus Princeps remittere valet, *Clar. eodem §. fin. lib 5. quæſt. 59. & ibi Addit.*

Nihilominùs prædicta exilij, vel Relega-
30 tionis circumſcripta pœna, & attenta in ſtatu Eccleſiaſtico præfata *Sixti V. Conſtitutione 54. § 1. cum ſeqq.* etiam fœmina vltimo ſupplicio eſt tradenda, & aliter iudicari non poteſt vt in *eadem conſtitut. §. 5.* ſiquidem vt plu-
31 rimum fœmina cauſa eſt tanti criminis, & Iure optimo cecinit Ouidius relatus à *Ricc. tractat de public. Iudic. in præcitat. locis, & à Baiard ad Clar. § ſtuprum, num. 40 Vim licèt appelles, grata eſt vis iſta Puellis.*

32 Et quęcũq. vis euaneſcit, & inſurgit verus
conſenſus, cùm Mulier diù tacuit, & diſtulit accuſare, imò Accuſatus præſumitur Innocens: ſiquidèm ex taciturnitate præſumitur dolus, & Calumnia, ùt *Baiard. ibidem ſupra proximè, eodem num. 40. cum Boer. & Foller.* & optimè docet *Caball. in ſuis Reſolut. crimin in 3. Centur caſu 288 num. 51. & 52. pag mihi 190. & Farinac; conſ, 24 num. 13.*
33 Sicuti dicitur de ſpontanea conſtitutione
ad Carceres, quę prębet maximum Innocen-
34 tiæ ſignum? cum nemo tàm fatuus, & in-
35 ſanus ſit, qui, ſi Innocens non eſſet, vellet
ſe intra Carceres includere, *Farinac. dè indic. & Tortur. quæſt 48. num. 51. & ſeqq.* & ſi Is
36 ex proceſſus lectura appareat non eſſe cul-
pabilem, relaxatur ſaltèm cum Fideiuſſione, *Farinac dè Carcer, & Carcerat. quæſt. 303, num. 65. 69. & 70,*

SVMMARIVM

1 *Omne Ius probibet Vſuras.*

2 *Vſura per pactum non ſuſtinentur. nec per aliquam diſpoſitionem; imò nec intuitu boni, vel mali euitandi, nec pro redimendis captiuis Vſura ſuſtineri valent.*

3 *Vſura, qua ſit, & qua non? exemplificatur perplures modos.*

4 *Venditio Rei, cuius precium differtur ad tempus, quandò inducat vel non Vſurarij prauitatem?*

5 *Vſura crimen an ex Confeſſione probetur?*

6 *Vtrùm probetur ex teſtium depoſitionibus? quot nè, & quales requirantur Teſtes, vt dè Iure probata reſultet Vſura, & an Intereſſe habentes admittantur, & an Teſtes ſingulares.*

7 *Iudex laicus inter Laicos cognoſcit de Vſurario crimine.*

8 *An in crimine Vſura detur prauentio inter Iudicem Laicum, & Eccleſiaſticum?*

9 *Vſura eſt probibita etiam de Iure ciuili.*

10 *Prauentio quandò Iudici Laico non detur ſuper crimine Vſura, & declaratio Vſurarij contractus ſpectet ſolummodò ad Eccleſiaſticum Iudicem.*

11 *An in boc delicto ex officio per Fiſcum procedi poſſit?*

Vſura an omni Iure ſit prohibita? Quæ ſit Vſura, & quę non? & an Vendens aliquid ſupra iuſtum precium dicatur Vſuram committere? aùt Vendens ad tempus ſupra iuſtum, & commune precium in Vſuram quomodò, & quandò labatur? An hoc crimen ex Confeſſione, vel per Teſtes probetur? & quot, & quales Teſtes eſſe debeant & Vtrùm releuent ſingulares Teſtes? An in boc detur pręuentio, & ad quem Iudicem ſpectet declarare contractum Vſurarium?

QVÆSTIO LII.

1 Vſurarum prauitas omni Iure, diuino, naturali, Canonico, & Ciuili prohibetur, *Barboſ. in ſua Coll & D. D. in Ius Pontific Vniuerſ. cap. Quoniam 2. de Vſuris num 2. Tom. 3 & in Præterm ſ. & Additament tom. 6. cap Ex adminiſtrationis 1. nu. 2. eodem tit Leotard. tract. dè Vſur. in quæſt. 5. num. 1. cum pluribus ſeqq ferè per tot. Paul. dè Rub tract. dè Validitat. legal. cap. 25. nu. 11. Gerard. dè Vſur. quæſt.*

quaſt. 11. *verſ. Reſpondeo dicendum, pag mihi* 162. *& ſeqq.* ·*perell. deciſ. For. Eccleſ.* 91. *num.* 50. *part.* 1. *& deciſ.* 116. *num.* 21. *part.* 2. *& Coccin. deciſ* 1572. *nu.* 34. *Vbi n.* 35. *& ſeqq.*
2 ſubdit, vt Vſuræ ne dùm per pactum poſſint ſuſtineri, ſed nec etiam, quòd plus eſt per diſpoſitionem, imò nec intuitu boni, neq. mali euitandi, nec pro redimendis Captiuis poteſt diſpenſari, quòd fiat Vſura, & redditur efficaciſſima ratio ab eodem *Coccin. ibidem ſupra.*

3 Et Vſura non eſt aliud, niſi lucrum proueniens ex mutuo vero, vel palliato, *Merlin. deciſ.* 161. *num.* 11. *& Coccin. deciſ.* 1437. *nu.*
4 3. *tom.* 3. Nam ſi lucrum non proueniat immediatè ex mutui contractu, ſeù ex vi pacti mutuationis, ſed potius ex Amicitia, vel gratitudine Vſura non eſt. Quamobrem vendens aliquid ſuprà iuſtum pretium non dicitur Vſuram committere, ſed iniuſtitię peccatum: cum lucrum, ſeù exceſſus iuſti pretij non proueniat ex mutuo, ſed ex venditione, *Bonac. in ſua Theol. moral. tit. de contract. diſput.* 3. *quaſt.* 3. *punc.* 2. *in* 1. *Propoſ. n.* 1. *pag. mihi* 617. *tom.* 2. *Baſſ Flor. Theolog. Pract. in V. Vſura num.* 1. *pag. mihi* 1011. *Barboſ. in d. Collect. cap. Conqueſtus* 8. *num.* 8. *tom.* 3 & in terminis etiam quandò datur gratuitò & ſemota omni pactione tacita, vel expreſſa, latè prò non Vſura ratiocinatur *Paul. de Rub præcitat. cap* 25. *à num* 23 *vſq. ad fin. & Vermiglıol. Conſ.* 298. *num.* 5. *& Conſ.* 304. *num.* 4.

Verumtamèn eſt mutuum omnis Contractus, per quem Aliquis res ſuas carius velit vendere, quam ſit iuſtum pretium: vel de pecunia ſoluẽda Venditor Emptorem expectet, ſicq. manifeſtè Vſura committitur, quià huiuſmodi expectatio precij ſoluendi habet mutui expectationem. Vndè quiquid vltrà iuſtum pretium ſub huiuſmodi expectatione exigitur, eſt quaſi pretium mutui, quod pertinet ad rationem Vſuræ. Similitèr etiam ſi quis Emptor vellit rem emere Vilius, quam ſit iuſtum precium, eo quòd pecuniam antè ſoluerit, quàm poſſit ei res tradi, eſt Vſurę delictum, ſeù peccatum, quia cum iſta anticipatio ſolutionis pecuniæ habeat mutui rationem, cuius quoddam precium eſt, quod diminuitur de iuſto pretio rei emptæ, ideò in Vſuram cadit, *cap. in Ciuitate tua* 6. *cap. Nauiganti* 19 *de Vſur. cap. Ad noſtram* 5. *dè Empt. & Vendit. cap. Illo vos* 4. *de Pignor. & alijs caution. & in Can. Putant* 2. *& Can Vſura eſt* 4. *cauſ.* 14 *quaſt.* 3. *Vermigl. conſ.* 288. *nu.* 2. *D. Thom. ſecunda ſecunda, quaſt.* 78. *art.* 2. *Verſ. ſeptimum, pag. mihi* 433. *Leotard. dè Vſur. quaſt.* 24. *num.* 17. *& ſeqq. & Barboſ. in rad. Collect. præcitat. cap. In Ciuitate nu.* 1. *&* 2. *& ſeqq.* & in puncto illius, qui vendit rem valentem ad ſummum precio rigoroſo decem pro duodecim ob dilatam ſolutionem, & videatur mutuare pręcium rei, quam vendidit, & conſequenter Vſuram committere, cum accipiat illud plus iuſto precio, quo res vendita valet, *Nauar. in Manual. Confeſſar. tit. de peccato Vſura circà mutua, num.* 206. *& ſeqq. & Baſſ. ibidem ſuprà nu* 5 Imò in quocumq contractu data fraude, & praua intentione certi lucri abſq. periculo, Vſura committitur, *Merlin. deciſ.* 161. *n.* 3. *&* 4 & ad propoſitum videndus eſt etiam quoad alia *Coccin. deciſ.* 1437. *per tot. diſcur. tom.* 3. & in terminis Mercatoris, qui ad tempus rem aliquam plùs vendiderit; ſicq. attento communi pręcio plùs vendi non poterat, ſed Mercator iniuius fuerit rationi, quòd per illud tempus pecuniæ ſuæ mortuę, ocioſę remanſerit loquitur *D. Thom. tract. dè Camb. tom.* 2. *tract.* 7. *cap.* 6. *verſ. Ex hoc verò, pag. mihi* 125. *in p. col.* vbi Angelicus Doctor ibidem ſubdit, quòd ſi hoc licitum diceretur, iam Vſura non eſſet damnata in Venditione ad tempus. Non damnatur autem Vſura in venditione ad tempus, quandò dubium eſt, res, ſeù merces plus, minuſuè ſolutionis tempore valituras, & Venditor non erat Venditurus tempore, quo vendidit, vt clarè habetur in *d. Cap. In Ciuitate, & cap. Nauiganti, Vtrobiq. Barboſ. num.* 1 *& ſeqq.* qui infert etiam ad alia, & concordat etiam *Vermigl conſ.* 288. *num.* 7. *&* 344. *num.* 2. *& egregie* exemplificat *Card Caiet. ad D. Thom. in eodem ſecunda ſecunda, quaſt.* 78 *art.* 2. §. *In reſponſione ad ſeptimum eiuſdem art.* 2. *pag. mihi* 435. & idem Caiet. *ibidem* §. *Ad hoc dicitur eodem pag. & ſeqq.* refert, quod Vendens frumentum ſoluturum ad futuram Æſtatem, & Oleum in futura Hyeme iuxtà pręcium tùnc currens, in Vſurarum crimen minimè incidat: ea aſſignata ratione, quia ſolutio vt pars emptionis conſumatiua expectatur, ſicq. nullum interuenit mutuum; ſiquidèm ęſtimaodus conceditur valor rei, quæ venditur, conſerendo tempus præſens ad ſolutionis tempus, hòc eſt conſumatæ emptionis; ità vt tantùm plùs poteſt æſtimari, quantùm intèr plus, & minùs creditur veriſimilitèr tunc res valitura, & idem ſequitur *Leotard. in præcitat. tract. dè Vſur. quaſt.* 24. *num.* 2. *et ferè per totum diſcurſum.*

5 In quòd Vſurarium Flagitium ſi agatur criminaliter, & ad puniendum, probationes debent eſſe legitimæ, aùt ex iuridica Vſurarij Confeſſione, *Leotard. in toties citat. tract.*

quaſt.

quæſt. 100. nu. 11. ergà fin. nu. 20. et 24. verſ. Ego magis, cum verſ. ſeq. Ricc. in Prax. Variar. Reſolut. vol. 1. in 1. & 2. par tit. Vſura quandò probetur, Reſolut. 52. num. 2. pag. mihi 321. & Tondut. tract. dè Præuent. Iudicial. par. 2. cap. 26. num 2. pag. mihi 183.

6 Aut ex Teſtium ſaltem duorum conteſtiũ depoſitione vt *in cap. in omni, & cap. licèt 23. dè Teſt. cum alijs congeſtis ab eodem Leotard. quæſt. 93 num. 27. & 28. & quæſt. 100. num. 16. cum ſeqq.* qui deponant vidiſſe B, Fœnus exercentem, *vt in eadem quæſt. 100. nu. 16.* Vel ſuper alterato pretio, ob dilatam precij ſolutionẽ, *Leotard. in d. Tract. quæſt. 24. num. 2 & D. D. ſuperius citati, & bene Vermigl. conſ. 288. nu. 2.* itaut aduertendum ſit, quòd Teſtes non ſint ſingulares, nec intereſſe habentes in cauſa; quia huiuſmodi teſtes in hoc puniendo crimine non ſuffragantur, *Farinac. de Teſtib. quæſt. 60. Illat 2. nu. 77. & ſeqq. Vermigl conſ. 287. nu 7 cum conſ. ſeqq. nu. 4. & conſ. 290. num. 1. & ſeqq. & Conciol. in V. Vſura Reſolut. 3. num 1. & ſeqq.*

Nam Teſtes intereſſe habentes tractant de eorum commodo; cum Vſura reſtituenda veniat ei, à quo fuit extorta, ſiuè eius Hæredi, & hoc non reperto, Pauperibus loci, *Leoncill. in ſuo Aureo Tract. Paupert. Opet. ſiuè dè Priuileg. Pauper. part. 2. Priuileg. 419. V. Vſura 3. num 1 & 2 pag. mihi 405. in 1. Col.*

Et quamquam huiuſmodi Teſtes intereſſe habentes dici poſſint, quòd ad probandum admittantur in cauſa mota per tertium contra Vſurarium *Farinac. d. quæſt. 60, num. 85, Vermigl. d. conſ. 290. num. 19. & ſequitur Conciol. d. V. Vſura, Reſolut. 3. num. 3 & 4.* Attamèn integræ fidei non ſunt, etiamſi ad Tertij fauorem deponant, *Farinac. d. quæſt. 60. num, 85. & Vermigl. Conſ. 299. num. 12.* Et eſt ratio, quia Vſuræ crimen perfectam, & concludentem ad pœnam irrogandam probationem exigit, *Vermigl. conſ. 288. nu. 6. & 299, num 11. & Leoncill. deciſ. Ferrar. 65. num 24.*

Quapropter menti tenendum eſt, quòd dùm Teſtes pro hoc probando crimine inducantur, qui intereſſe habent, vel habere poſſunt contra fœneratorem, ex eoquòd contrà ipſos quoquè teſtes Vſurã Fœnerator extorſerit, nullius erunt efficaciæ pro actu probatorio, ſi priùs non declarauerint, quòd ex eorum depoſitione nullum intendant reportare commodum, & eorum intereſſe cum iuramento omninò renuncient antè depoſitionem, vel depoſitionis tempore, *Vermigl. d. conſ. 288. num. 4. & 5 & conſ. 290. num. 11, & 15. & ſeqq & Leotard. prætitat. quæſt. 100. num. 16. & Conciol. d. Reſolut. 3. nu. 3. & 4. & ſeqq. vbi num 8.* ſubdit, quòd etiamſi renunciatio tempore vt ſupra vigeat: Teſtes tamèn omni exceptione maiores minimè dicantur, & priùs idem *Conciol. in V. Furtum, Reſol. 13. num. 3. & 4.*

Quando autem Teſtes ſingulares probẽt, vel non? ſi generaliter quæritur, an quis fœnus exerceat, vel ſit Vſurarius in genere; vide latè apud d. *Leotard. præf. in quæſt. 100. num. 17.* qui de Communi D.D. calculo examinat, & concludit hanc quæſtionem tam ſi agatur in criminalibus, quam in ciuilibus, ad quem ſtudioſum remitto Lectorem.

Deniquè probabitur Fœnus, & Fœnerator ex inſtrumentis, alijsq; ſcripturis, quibus exercuit vſuras, vel ex libris rationum, cæterisq; enunciatis ab eodem *Leotard. in toties citat. quæſt. 100. num. 18. 19 & ſeqq. & d. Ricc. ibidem ſuprà,* & ex Apocis, ſeù ſcripturis priuatis ſcriptis a perſona priuata coram teſtibus, ſi facta fuerit a Teſtibus recognitio in forma; dè qua non conſtita veritate, & recognitione, nihil probatorij reſultabit, *Gen. dè ſcript. priuat. lib. 1. quæſt. 16. concluſ. 2. & concluſ. 3. & vlt. p. tot. Mantic. dè Tacit. & Ambig. conuent. lib. 11, tit. 24. num. 1. & ſeqq. tom. 1. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 391. nu. 35. Tom. 2. Ricc. Collect. 19. per tot. p. 1. verſ. & àn probata, & collect. 110. per tot. pa 4 & p. 5. collect. 1794. Rot. poſt Pacific. de Saluian. deciſ. 53. num. 3, et ſeqq. et Card. Celſus deciſ. 41. nu. 2. et 3.* Et talis Apoca, ſeù Apocæ, aut aliæ ſcripturæ priuatæ omni fide carebunt, ſi non fuerint in archiuio exhibitæ, nam exhibitio in Archiuium eſt dè neceſſe in ſimilibus ſcripturis priuatis, *Rot. coram clar mem. R. P. D. Veroſpio in Viterbien Cenſus 18. Februarij 1639. §. fin.* & hoc ſignantèr, ſi is, qui ſcripſit dictas Apocas, ſeù ſcripturas priuatas prò Fœneratore ſit Accuſator, & Teſtis, cum dè Iure ſit prohibitum fungi officio Accuſatoris, & Teſtis, *Cap. Accuſatores 2. quæſt. 5. l. Omnibus 9. C. dè Teſtibus.*

Erit igitùr animaduertendum, quòd ad Vſuræ excluſionem quælibet ſit in dubio interpetratio, *Vermigl. d. Conſ 288. nu. 3. Leoncill. deciſ. Ferrar. 4. num. 35. it in eadem deciſ. 65. n. 14.* Ideò probatio in hoc Iudicio debet concludere, vt ob ipſam ſolutionis dilationem res cariùs vendita fuerit, vt egregiè *in d. cap. In Ciuitate 6.* & optimè ratiocinatur *Cyriac. controuerſ. 169 num. 15. to. 1. Barboſ. d. Collect. cap. Conſuluit 10. num. 5. dè Vſur. eodem Tom. 3. Vermigliol d. Conſ 288 num. 2. Leotard. in toties citata quæſt. 24. num. 18.* vbi docet, quòd ſufficiat habitam eſſe fidem de precio, & rem iniuſto precio venditam eſſe,

quia

quià debet ad hùc apparere in his puris terminis auctum fuiſſe precium ob dilatam ſolutionem, & in præmium dilatę ſolutionis; nam potiùs potuit Venditor carius vendere ob iniuſtitiam dùntaxat, & vt interdùm res venduntur iniuſto pretio præſenti, & numerata pecunia.

7 Et quamquàm Secularis Iudex inter Laicos dè Vſuris cognoſcat, & Vſurarias prauitates cōpeſcat, *Leotard. in toties citata quæſt.* 100. *num.* 78. *& Conciol Reſolut. Crim. in V. Delictum, Reſolut.* 2. *num.* 12. *& ſeqq.* Imò

8 inter Laicum, & Eccleſiaſticum forum in hoc crimine detur Præuentio, ſignanter ſi adſit decretum, ſcù ſtatutum Principis prohibens Vſuras, *Leotard. & Conciol. ibidem ſupra & in V. Vſura, Reſolut* 2. *Antonell. tract. dè Regim. Eccleſ. Epiſcop. lib.* 6. *cap* 17. *num.* 1. *Dian. reſolut. moral. tract.* 9. *Miſcellan. reſolut.* 15 *verſ. ſed hæc, in V. Tamen ego, pag. mihi* 330. *cum ſeqq. par.* 9.

Et eſt ratio, quià dè Iure etiam ciuili Vſu-

9 ra prohibetur, *l. Eos C. dè Vſur.* ſicq; datur præuentio. ſignanter ſi ſit ſequta captura ad iſtantiam Iudicis Laici, vt probant D. D. ſuperius allegati.

Nihilominus verior eſt ſententia, quòd in-

10 ter Iudicem Laicum, & Eccleſiaſticum ſit præuentioni locus, quandò non dubitatur contractum eſſe omnino Vſurarium; ſed dum inter partes vertitur quæſtio facti, & conſequenter etiam Iuris, ſcilicet an contractus ſit Vſurarius. vel nòn, tunc cognitio ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum priuatiuè quoad Laicum, *Clar. in* § *fin. quæſt.* 37. *ver. Quæ verò gitur, Tondut. in pracitat. tract dè Præuent. eadem par.* 2 *cap* 26. *num.* 3. 5. 6. 7. *& num.* 10. *verſ. Aduertendum, Leotard. d. quæſt.* 100. *num.* 74. *Gratian diſcept. Forenſ. tom.* 1. *cap.* 14. *num.* 23. *Conciol. d. V. Delictum, reſolut* 2. *num* 13. *& Antonell. dè Regim. Eccleſ. Epiſcop. cap.* 17 *num.* 1. *verſ. Praxis tamen, vbi poſt medium d. verſ.* ſubdit procedere, ſiuè quæſtio Iuris huiuſmodi in Iudicio deducatur principaliter, ſiuè incidenter. Et eſt ratio, quia Iure reſultanti claro, & ineuitabili, mixtam cum Eccleſiaſtico Sæcularis Iudex Iuriſdictionem habet a lege cognoſcendam, & iudicandam de contractu Vſurario, *Dian ibidem ſupra verſ Nota tamen*, & in puncto Bannimentorum generalium Status Eccleſiaſtici optime recenſet *Sylueſter Bouſin. tract. Notabil. ad Bannimens. gener. Alex. VII. cap.* 15 *num.* 2. Quod in vim expreſsè diſpoſitionis d. d. Bannimentorum generalium, ſublata quacumquè diſtinctione cauſæ ciuilis, & criminalis, Secularis Iudex cognoſcere nequit Vſuræ cauſam, niſi quæſtio ſit facti, & notoria; cuius notorietatis effectus optime, & diffuſe eliciuntur *à Ludouic Molin. tom.* 2. *de Inſtit. & Iure, tit. de Contract. tract.* 2. *diſputat.* 333. *à num.* 2. *vſq; ad fin. pag mihi numerat.* 336. *&* 337. Nam Vſura in facto non verificata, non eſt præſumenda. Cum ſi non probetur, non præſumatur *l. cum precibus, & ibi D. D. C. dè Probat. & latè Ricc. in Prax. var Reſolut. vol.* 1. *in prim. &* 2. *par. tit. Vſura quandò probet reſol* 52. *num* 1. *pag. mihi* 321. Et in dubio capi ſemper debet interpretatio, vt actus non trahatur ad illicitum, *Coccin. pracitat. deciſ.* 2437. *num.* 5.

Deniquè notandum eſt, quòd in hoc Vſu-

11 rarum delicto non proceditur ex officio per Fiſcum ſine Accuſatore *Conciol. qui plures adducit Doctores in eodem V. Vſura, reſolut.* 1. *num.* 13. vbi dat nonnullas limitationes, & peculiariter, dum Vſurarius redditur notorius.

SVMMARIVM

1 *Vxori Pauperi an, & quando debeatur quarta pars in bonis viri ſui? & quot librarum ſit dicta quarta pars? & in qua portione conſiderentur filij reſpectu dictæ quartæ?*

2 *Quarta pars ſicuti debetur vxori in bonis viri, ità debetur viro inopi in bonis vxoris ſuæ;*

3 *Paupertas pro conſequenda dicta quarta in bonis viri, an probetur ex aſſertione, & confeſſione ipſius vxoris, aut viri?*

4 *Pauper vnuſquiſque præſumitur, & quare? redditur ratio.*

5 *Paupertas non eſt habitus permanens, ſed variabilis.*

6 *Paupertas non probatur ex confeſſione, & quomodo probetur à Teſtibus?*

7 *Remedium huiuſmodi an ſit ſubſidiarium, & pro eo exequendo, quæ requiſita concurrere debeant?*

Vxori confitenti, & aſſerenti inopiam, an ſit credendum, itaut Vxor inopiæ cauſa conſequatur quartam partem Bonorum ſui Viri? & è conuerſo vtrum talis aſſertio ſuffragetur Marito pro conſequenda dicta quarta in bonis Vxoris ſuæ?

QVÆSTIO LIII.

1 VXori pauperi deberi quartam partem bonorum Viri ſui ſanciuit *Textus in Auth præterea*, C. *vndè Vir*, *& Vxor*, *& §. Quoniam verò*, *Auth. de exhiben. reis*, & poſtmodum Iuſtinianus noſter *Nouellar. lib. 1. tit 90. de Inop. Mul.; quæ ſine dot. &c. in l. Diximus*, *& Nouel. lib. 2. tit 73. in l. Illuſtres*, *§. legibus de Nupt.* Vbi in eodem *§. legibus* dicitur, quod dicta quarta pars centum librarum auri quantitatem non excedat; itaut in hac quarta parte imputetur quidquid fuerit à Marito relictum, vt *in eodem §. Quoniam verò*, *& in præcitat. tit 90. eadem l. diximus ergà fin. & in eodem tit. de Nupt. 73. in eadem l. diximus*, *in V. Mulier autem*, in qua quarta aſſignanda parte conſideratur liberorum numerus, & fauore liberorum præſcribuntur in hoc caſu conditiones contra Vxorem, & dictum fuit etiam prius in *præcitat. Auth præterea poſt med. & in eodem §. Quoniam verò*.

2 Eamdemq; quartæ portionem deberi etiã Viro inopi in bonis Vxoris ſuæ, habemus tam ex eodem *Auth præterea*, *& ex § Quoniã verò Auth. de exhiben. Reis, ergà fin.* ibi = ſimiliter quidem in Viris, ſimiliter autem in Mulieribus communem namquè hanc ſuper eis ponimus legem, ſicut & præcedentem = Quam ex *eadem l. Illuſtres in fin.* ibi = Volumus Maritum quartam partem ex bonis Vxoris ſuæ ſibi vendicare = & in terminis præcitatæ *Auth. Præterea*, determinauit *Rot. coram recol. mem. Cardin. Celſo in Romana quartæ, luna 24. Aprilis 1651 in ordine 115. nu. 1.* & redditur ratio ibidem, quia etiamſi remedium dictæ Authenticæ ſit introductum fauore Mulieris, habet etiam locum in Viro, ex quo tamquam in correlatiuis diſpoſitum in vno, cenſeatur etiam diſpoſitum in alio, prout re vera diſponitur in præcitato *§. & in dicto Iure Nouellarum*.

3 Conſequenter prima facie pro conſequẽda quarta parte in bonis Viri, & reſpectiuè Vxoris, huiuſmodi reſpectiuè Iugalium aſ-
4 ſertioni videtur eſſe credendum ſuper Paupertate, nam vnuſquiſque Pauper præſumitur, *l. ſi vero, §. Qui pro rei ff. Qui Satiſdar. Cogant. vbi Gloſ. & Thomas. d. tiſ Mar. ch. X. num. 4. & 5.* cum quilibet nudus, & pauper naſcatur, *Can. ſicut in ordine 8. §. ſed his, diſtinct. 47.* & concludit illud Catonis,

Infantem nudum cum te Natura creauit.

His tamèn non obſtantibus, cum Pauper-
5 tas non ſit habitus permanens ſed variabilis, *Menoch præſumpt 25. num. 11 & ſeqq. lib. 6 & Cornel. Benincaſ tract. dè Paupert. & eius Priuileg quæſt. 6 num 1 & ſeqq. pag mihi 55. d ie go, Rot. in eadem deciſ 115. n 2. & 3.*

6 Ideò non ex propria confeſsione, cui ſolummodo non ſtatur ad ſui commodum, vt alias comprobauimus, ſed aliunde per Teſtes talis Paupertas probanda eſt, qui coarctare debent negatiuam, & concludere, quod non poſsit Vir, & Mulier reſpectiuè habere alia bona, quin ipſi Teſtes ſcirent, vt *in præcitat. deciſ. 115. num 5.* Adeout huiuſmodi remedium competat in ſubſidium, & in tantum, in quantum ſuperſtes Coniugum ſit adeo Pauper, vt abſque remedio hu-
7 iuſmodi mendicare cogatur, vt colligitur ex *dictis legibus*, *& ex eadem deciſ. 115. num. 3. 4. 7. & ſeqq. & in eodem num 4. in med.* refert. ſufficere, ſi alter ex coniugibus, qui inhæret dictarum legum Præſidio habet panem, & aquam, & *num* 10. ſubdit ceſſare remedium huiuſmodi quoties quis habet redditus ſufficientes, ex quibus neceſsitati Naturæ quoad victum ſubuenire valeat.

SVMMARIVM.

1 *Scripturæ ità credendum eſt ſicuti viuæ voci.*

2 *Scriptura ſi negetur quomodò ſit iudicandum? & quid aduerſus iudicem?*

3 *Scripturam negatam, et poſtea probationibus roboratam, an Reus poſſit confiteri tamquàm veram? et quid ſi approbetur ſcriptura, ſed negetur pecunias fuiſſe numeratas?*

4 *Poſt probationem an ſit locus Confeſſioni ad euitandam pœnam dupli, ſed non refectionis expenſarum?*

5 *Statuto ſi cautum ſit pœnam eſſe minorandam confitenti ſponte delictum, quomodo veniat intelligendum?*

6 *Ne-*

Digitized by Google

6 *Neganti Delictum, et poſtea confitenti, quod Indicium ſit tribuendum?*

7 *An negans, et poſtea confitens in qua parte Iudicij frui valeat beneficio Minoritatis pœnæ?*

Negans ſcripturam, vel literas manu ſua non fuiſſe conſcriptas, vel ſi agnoſcat ſcripturam, ſeù literas, ſed fateatur, pecunias ſibi non fuiſſe numeratas, ſi probationibus conuincatur, an ad duplum teneatur, & ſi veritatem poſtmodum confeſſus fuerit, an ex tali confeſsione dupli pœnam euitare valeat? & ad quas expenſas teneatur fauore Actoris Is, qui vt ſupra negauit, & poſtmodum confeſſus fuit? & in criminalibus negans delictum, an habeat poſtmodum Beneficium Confeſsionis ideſt minorationis pœnæ, ſi delictum fateatur?

QVÆSTIO LIV.

Licet non magis credendum ſit alicuius
1 ſcripturæ, quam viuæ eius voci, *Vermigl. conſ. 466. num. 19.* Attamen ſi ſcriptura negetur, non ita cenſendum eſt, ſed iudicandum venit iuxta tenorem *Text. Nouell. Iuſtinian. lib. 1. tit. 48. de His, qui negaue-*
2 *runt manum eſſe in ſcripto*, ibi = ſi quis probatam manu ſua ſcripturam negauerit, & dixerit, talem ſcripturam ſuam non eſſe, &
3 poſtea Actor probationibus vexetur ex alijs difficultatibus; vel ſi literas quidem agnouerit; dixerit autèm pecuniam ſibi numeratam à creditore non eſſe, in vtroque caſu, ſi conuictus ſit, in duplo debitam pecuniam Actori præſtet. Quòd ſi Iudex contrà præſentem legem iudicauerit; ipſe pœnam Actori reddat. Hoc autem ita ſe habet; niſi fortè Actor probationibus deficiens Sacra-
4 mentum Reo detulerit; tunc enim ſi Reus Sacramentum dare noluerit, ſed veritatem confeſſus fuerit, dupli pœnam euitabit. Quod ſi longiore tempore Litigio extenſo ad Sacramentum Actor recurrerit, poſteaq; Reus Sacramenti timore veritatem confeſſus fuerit: dupli quidem pœnam euitabit: cogatur autem omnes impenſas, quas Actor propter improbitatem eius fecerit, Sacramento Actoris præſtare. Si quis autem dixerit ſibi nullam adnumeratam eſſe pecuniam: poſtea autem confeſſus fuerit, & dixerit etiam ſe particularem ſolutionem ſoluiſſe; quamuis reuera perſoluerit. Attamen, nihilominus integram partem perſoluat: ſed etſi Reus literas Actoris protulerit, eaſque ſuas eſſe Actor negauerit, & poſtea Reus veritatem probare potuerit, cogatur Actor non ſolum illud imputare Reo, quòd literis declaratur: ſed etiam alteram tantum perſoluat pœnæ nomine Mendacij ſui: & in hoc caſu Sacramenti ratio eadem habeatur tam in Actoris, quàm in Rei perſona =

Quoad aliam huius quæſtionis partem,
5 videlicet ſi Iure municipiali ſit cautum, quod in cauſis criminalibus confitenti ſponte delicti pœna minuatur in certa parte; Neganti autem augeatur, An dum quis primò
6 negauerit, ſe comiſiſſe delictum, poſtea verò confiteatur, in qua parte Iudicij gaudere
7 valeat minorandæ pœnæ beneficio, vel augenda ſit pœna ob mendacium. Quià hæc materia multum in Iudicijs eſt vtilis, & diffusè, ac diſtinctè pertractatur à *Petr. Caball. in ſuis reſolut crimin. caſ. 56. num. 1. 2. et 3. cum ſeqq. ferè per totum diſcurſum*, ideò cupidum Lectorem ad ea, quæ problematice loquendo ſirmat tantus Doctor, & ad alia pro conſimili materia, quandò ſcilicet quis negauerit delictum, remittimus, etiamſi poſtea fateatur, feciſſe ad ſuam defenſionem, & docet etiam *Farinac. conſ. crimin. 6. num. 29. tom. 1.* & diximus *in primo tom. de Confeſsion. lib. 3. quæſt. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio de non ſolutione Gabellæ facta à portitore an, et contra ipſum afficiat?*

2 *Mulio non ſoluens Gabellam an incidat in commiſſum, & ſit locus confiſcationi, ſub qua an veniant etiam Muli?*

3 *Quæ requirantur, vt ſit locus confiſcationi incidiræ?*

4 *Mulio ſoluere tenetur pedagium, ſeù portorium pro Mulo, pro rebus, quas portat Mulus, debet dominus ſoluere.*

5 *Talis diſtinctio limitatur ob pactum initum inter dominum, et Mulionem.*

6 *Applicatur Appaltatori confiſcatio, dum Gabella fuit appaltata.*

Mulio, ſi in Iudicio confiteatur non ſoluiſſe Gabellam, & res aſportata incidat in commiſſum, an confiſcatio cadat in damnum Domini, vel ipſius Mulionis?

QVÆSTIO LV.

SAtis diximus in *primo Tom. huius noſtri Tractatus de Confeſs. in quaſt. 1. et alibi*,
1 quod nulla melior ſit in Iure Probatio, quam confeſsio ſignanter in Iudicio emiſſa; per quam conſtito de non ſolutione Gabellæ, res quæ à mulione deferuntur, incidunt in commiſſum, & ipſo Iure confiſcantur, non
2 autem Muli, nec Nauis, nec Currus, *Bertachin. de Gabell. in 4. par. num. 25 et ſeqq. Pereg. de Iur. Fiſc. lib 6. tit. 5 num. 31.* quos vna cum alijs ſequitur *Guazzin. dè Confiſcat. Bonor. 82 ampliat 13. Concluſ. num. 1 et Mauſon. dè Contraban. quaſt. 18 num. 28.* Vbi rationem reddit, quia ſufficit ita pœnas legales locum obtinere, niſi lex, vel ſtatutum aliud ſtatuat, vt exemplificat *Mauſon. in eodem tract. quaſt. 6. An licitum confiſcari debeat cum illicito*.

Et hæc locum habent, quando primo Pu-
3 blicani probent Tranſeuntem ſciuiſſe, illud fuiſſe prohibitum, ſecundo quod fuerit ſolitus pertranſire, & conuerſationem habere in loco; Tertio quod Gabella fuerit impoſita ab ipſo Principe, vel ipſius Authoritate. Quarto, quod Gabella ſit æqua inter omnes Perſonas; ſecus ſi eſſet nimis Barbarica, vtputa ſi ſolueretur vltra tertiam, & octauam partem, vt *Guazzin. ibidem ſupra num. 10.*

Quibus requiſitis concurrentibus, Mulio
4 cum teneatur ſoluere pedagium, ſeù portorium pro Mulo, & pro rebus, quas portabat Mulus, cum debeat illarum Dominus ſoluere, iuxta *l. Cum in plures 60. §. Vehiculum ff. Locat. et Conduct. & Pacion. tract dè Locat. et Conduct. cap. 34. §. 1. num 42. &*
5 *ſeqq.* in damnum Mulionis peribit Mulus, & res in damnum Dominì, niſi Dominus contrarium inierit pactum cum Mulione, *vt Pacion ibidem num. 44 pag. mihi 338.*
6 Et quando Gabella fuerit appaltata, cedet Confiſcatio in vtilitatem Gabellarij, niſi ſtatutum contrarium diſponat, *Choell. ad Bull. Bon. Regim. cap. 47. num. 50.*

SVMMARIVM.

1 *Zelotypia expellenda eſt antequam adoleſcat in Animo.*
2 *Maritus ardentior Vxoris amator, quis ſit?*
3 *Maritus Zelotypia quos affectus pariat in Vxorem?*
4 *Maritus Zelotypia Vxoris agitatus an per violentias poſsit extorquere confeſsionem, quod ipſa adulterium commiſerit & an valeat talis confeſsio, etiam iurata? & dantur rationes,*
5 *Per Iuramentum quando vocetur Deus in Teſtem? & quid operetur, vel non iuramentum, dum lex confeſsis reſiſtit?*

Vir Zelotypia laborans in Vxorem ſuam per metum, & Violentias cogit eam, vt fateatur etiam cum Iuramento Adulterium, quod ſuſpicatur ab ea fuiſſe commiſſum, an dum emittitur talis Confeſsio efficiat, vel non Vxori?

QVÆSTIO LVI.

SÆpè ſæpius in his mundanis plagis nonnulli Coniugati, reperiuntur Homines,
1 qui Truculentiſsima Zelotypiæ perturbatione agitantur, & neſcientes maturè expellere, priuſquam in animo adoleſcat, ſta-
2 tim efficiuntur Vxoris ardentiores amatores, & conſequenter Adulteri ad tenorem *Can. Origo 5. 32. quæſt. 4.* ibi = Origo quidem Amoris Honeſtas erat, ſed magnitudo
3 deformis. Adulter eſt in ſuam Vxorem Amator ardentior = ſicque etiam ſuſpicantur Mariti adulteram eſſe Vxorem, & cruciantur iuxta tradita à *Pollydor. Rip. tract. de noct. tempor. tit. dè Adulter. cap 36. num. 40. & 41. pag. mihi 128.* & adulterio ſuppoſito noctes, dieq; eam ſæpè vexare non ceſſant, donec à miſerrima Muliere etiam cum iuramento Adulterij confeſsionem extorqueant. Hac extorta confeſsione, exquirunt Veſano furore legales Mulieri irrogare pœnas; at incaſſum elaborant; quia dum Iudex dè viribus
4 eiuſdem confeſsionis cognoſcit nullam, & iniuſtam ob metum, & violentias Mulieris

con-

confeſsionem declarat, & ex capite Innocentiæ è carceribus exire permittit. Et Iure optimo, quia Stephanus Papa V. *in Can. Conſuluiſti 2. poſt med. in 2. quæſt. 4.* ſanciuit, quòd præfatarum Violentiarum examinatione non extorqueatur confeſsio, ſed ſpontanea confeſsione, vel Teſtium approbatione publicata delicta (habito præ oculis Dei timore commiſſa (ait Pontifex) ſunt Regimini noſtro iudicare. Occulta verò, & incognita illi ſunt relinquenda, qui ſolus nouit Corda filiorum Hominum, vt etiam in *diſt. 32. Can. Erubeſcant 11. in fin.* Et cum huiuſmodi Canone Stephani Papæ V. euaneſcunt diſpoſita prius in lege Moſayca in terminis Zelotypiæ, *vt in Can. In libro, in ordine 21. eadem ſecunda, quæſt. 4.*

Non obſtat, quod ſit a Muliere iuratum, ſicq; vocatus Deus in teſtem ex latè cumulatis per *Couar. in cap. Quamuis pactum, num. 1. de pact. in 6 pag mihi 222 tom 2.*

5 Siquidem Deus abhorret a Violentijs; quia data violentia excluditur conſenſus, & ex defectu conſenſus iuramentum nõ operatur, vt latè *Mancin. de Iurament. par. 4 prim. eſſect quæſt. 12 per tot. & peculiariter num. 3. 6 & 7. & optime Rot recent. par. 18. tom. 1. decif. 54. num 7.*

Eo magis, dum lex Violentę confeſsioni vt ſupra extortæ reſiſtit, confeſsionemq; iniuſtam declarat ad tradita per *Can. Innocens 23. cauſ. 22. quæſt 4. in V. Illicitum, & in V. Iuramentum, & in vtroq; termino Rot. recent. par 19. decif 348 num 5. 7: & 8. & 9. vbi num. 8* ſubdit quod confeſsio alias omnium probationum fortiſsima non admittitur lege reſiſtente. Vndè in hac vnanimi triſtitia Coniugatorum canam, vt infra.

Quid facis infœlix? tereris, terituque repentè
Vxor: ſic languent vnica membra diù.
Zelus tu Vir: non, ſed Zelotypuſque vocaris:
Non Amor, aſt ira Es, & furor, ac rabies.
Hac te conſumis, mea languida membra reſumis.
Tu teris, ipſa tero; tempus, & omne terit.

SVMMARIVM.

1 *Cedenti confeſsio poſt factam ceſsionem in poſitionibus, vel Iudicis mediante decreto emanata maximè cum iuramento, & concurrentibus veriſimilitudinibus, an & quando valeat?*

2 *Circumſcripta veriſimilitudine, confeſsio poſt ceſsionem à cedente confeſsio eſt tamquam ſimulata inſuſiſtens.*

3 *Veriſimile, quod non eſt non præſumitur verum.*

4 *Inueriſimilia non merentur attendi.*

5 *Simulatione in confeſsione vigente, iuramentum non attenditur, & quare?*

6 *Ex quibus Iuramentum reddatur ſubſiſtens, & ex quibus inſubſiſteat?*

7 *Dos licet multis fruatur privilegijs ſimulata tamen dotis recepta confeſsio non attenditur, vtputa ſi facta ſit ob ſumoſam quam tam honorificentiam, & re vera in tali ſumma dos conſtituta non ſit, vt enarratur.*

8 *Magis attenditur ipſa veritas, quàm id, quod ſimulatè concipitur.*

9 *Fumoſam dotis confeſsionem (agnita veritate) Rota damnat.*

10 *Ceſsio ſine cauſa dicitur ſimulata.*

11 *Cedens, ſi confiteatur à Ceſsionario ſe fuiſſe ſatisfactum, an valeat confeſsio ſi aliunde, quàm ex confeſsione non appareat dè ſolutione, ſeu ſatisfactione?*

12 *Deficiente cauſa, deficit & obligatio, etiamſi talis obligatio ſit iurata, & cum obligatione Camerali.*

13 *Quid ſit ceſsio facta pecunia mediante?*

14 *Ceſsio quando inducat, vel non nouationem? & quando talis nouatio inducatur?*

15 *Ceſsionarius in quo tempore docere debet dè Ceſsione? num. 16.*

16 *Per obligationem Cameralem acquiritur actio ſine ceſsione aduerſus debitorem, & quomodo intelligatur concluſio num. 15.*

An,

An, à Cedente ſi emittatur confeſsio poſt ceſ-
ſionem; quæ confeſsio non ſit voluntaria, &
gratuita, ſed neceſſaria, videlicet ea, quæ fit
a Cedente poſitionibus reſpondendo, vel per
alium iuridicum modum a Iudice præſcriptum,
obſit, vel non Ceſsionario, num Ceſsio ſine
cauſa valeat, vel nè? & confeſsio cedentis ſe à
Ceſsionario fuiſse ſatisfactum vtrum inducat
ſolutionem, ſi de huiuſmodi ſolutione aliunde
non conſtet, quam ex mera cedentis aſsertio-
ne? & quid ſit Ceſsio facta per Cedentem
Ceſsionario mediante pecunia? &
multa alia notabilia ſuper no-
uatione in Ceſsione,
& Cætera notan-
tur ad mate-
riæ propo-
ſitum.

QVÆSTIO LVII.

DE Confeſsione Cedentis aduerſus Ceſ-
ſionarium poſt ſequtam Ceſsionem tra-
ctauimus *in noſtro primo de Confeſſ. 1. tom. lib.
2. quæſt. 10.* ſed nihil diximus, quandò poſt
ceſsionem cedens aduerſus Ceſsionarium ad
inſtantiam Debitoris ceſsi coactè aliquid in
Iudicio committetur ſuper poſitionibus, vel
materijs articulatis pro parte debitoris; &
1 pro huiuſmodi confeſsionis validitate ſi Cõ
feſsio ſit ſuffulta veriſimilitudinibus, & Iu-
ramento reſpondet *Ole. tract. dè Ceſsion. Iur.
& action tit 8. quæſt. 2. à num. 41. vſq; ad fin.
pag. mihi 3 8. in 2. col.*
2 Quia circumſcripta Confeſſionis Veriſimi-
litudine, nos conſtantèr tenemus Confeſſio-
nem Cedentis non ſubſiſtere fauore debitoris
Ceſſi contra Ceſſionarium, & innitimur ra-
tioni ſimulationis, quam adduximus *sod.
3 quæſt. 10. num. 1 ergà med.* Quia veriſimile
quod non eſt, non creditur verum, *Rot. re-
4 cent. part. 19. decıſ. 13. num. 12.* ſieq. inueri-
ſimilia non merentur attendi, *Rot. in eadem
part. decıſ 19. num. 2.*
5 Et hac concurrente ſimulatione, minus
in Confeſſione attenditur Iuramentum, *Ole.
in eodem tract. tit. 8.* quæſt. 1: *& late Merlin.
6 decıſ. 835 ferè per totam* Nam Iuramentum
ad hoc vt valeat, debet habere comitem
veritatem, vt diffusè probaui in meo 1. *tom.
dè Confeſ lib. 1. quæſt 8. limit. 6. nu. 65. & 66.*
7 Et quamquam Dos ſit in Iure multùm
priuilegiata: attamèn Iura tam Ciuilia,
quam Canonica ita a ſimulatione abhorrent,

vt ſi vir ſimulatam Dotis Confeſſionem faci-
at, aut maioris ſummæ, quam verè ſit, aſſe-
ratur Dos; cum confeſſio facta dicatur ob fu-
moſam quandam honorificentiam, quæ Ve-
ritatis non habet ſubſtantiam, nullatenùs ve-
8 nit attendenda; cum magis ſit ipſa Veritas
inſpicienda, quam quod ſimulatè concipitur,
*vt tot. tit. C. Plus valer. quòd agit. cum alijs l. l.
ciuilibus, & Canonicis,* quas vt dè more co-
pioſè refert *Paul. Rub. add ad decıſ. 382. nu.
85. 86. & 87. part. 9. Recent. tom. 1 vbi num.
88. cum ſeqq.* ſubdit, quòd paſſim Rota huiuſ-
9 modi fumoſas Confeſſiones factas ad maio-
rem Matrimonij honorificentiam, conſtito
de veritate in contrarium, uti ampulloſas,
ſimulatas, & inanes annullat, & inualidas
declarat, & diximus etiam *in noſtro 1. tom dè
Confeſſ. in duabus quæſt.*
Vndè notandum eſt, quòd ſimulata, &
10 nulla dicitur Ceſſio, ſi ceſſionis cauſa non
exprimatur, *l. Perdiuerſas, & ibi Bart. nu. 3.
C. mandat.* & ſequitur *Marc. Angel. Leon. dè
Preparat. Iudic. part. 2 Præparat. 17 num. 41.
ibiq. num. 42.* docet, quòd ſi Cedens eo fi-
11 teatur ſe a Ceſsionario ſatisfactum: hæc
confeſsio tamquam ſimulata non attenditur,
cùm ſtatim ſit nulla, niſi aliundè, quam ex
Confeſsione cedentis dè vera precij ſolutio-
ne conſtet, & allegatur *Bart. in dicta l. per
diuerſas num 11. Soccin Iun. Conſ. 92. num. 7.
lib. 2. Put. d. 22. in fin. lib. 3. & Rot. coram Cy-
ptio in Eſina bonor.*
12 Prædictaq. procedunt etiamſi Ceſsio ini-
ta ſinè cauſa eſſet Iuramento, & obligatione
Camerali vallata: cum, deficiente cauſa in
contractibus, deficiat in totum obligatio, &
Cameralis obligationis impeditur Exequ-
tio *Zacch. tract. de oblıgat. Cameral. quæſt. 17.
num. 129. cum ſeqq.* vbi de Communi D. D.
calculo a Rota approbato.
13 Vlterius conſiderandum eſt, quòd Ceſſio
facta mediante pecunia, non ſolum excludit
ſimulationem; verum etiam pecunia dùm ce-
denti ſoluitur, inſurgit quædam nominis,
ſeù actionis emptio, *Rot. decıſ 492. num. 3.
part. 2. Recent. & Merlin. d. 17. nu 14. tom. 1.*
Imò huiuſmodi Ceſſio æquiparatur vendi-
tioni. *Merlin. decıſ. 2. nu. 5. tom. 1.* & reſpe-
ctiuè eſt emptio, & venditio, & ex hac em-
14 ptione, & venditione, ſiuè per expreſſam
dationem in ſolutum ceſſio nouationèm in-
ducit, liberatus cedens, & delegatio inter-
uenit ad *Teſt. in l. 3. C. dè Nouat. Rot. coram
recol mem. Cereſpia in cauſa Bononien. literarum
cambij, Mercurij 19. Iunij 1647. in princ.* Ve-
raq. delegatio tùnc dicitur interueniſſe, dum
interuenit formalis ſtipulatio inter debitorē

ceſſum

ceſſum, & ceſſionarium, vel cedentis mandatum directum debitori Ceſſo ut Ceſſionario perſoluat, iuxtà *Text. in l. 1. C. eodem, l. 3. §. Quod ſi ff eodem tit. & in d. deciſ. coram Veroſpio § Nulla enim de huiuſmodi, & Rot in Romana pecuniaria luna 4. Iuny 1657. coram bon. m. Meltio, & Ricc. part. 8. Collect. 3497.*

Beneuerùm eſt, & notatu dignum quòd
15 actio per obligationem Cameralem nobis finè ceſſione acquiritur, *Galleſ. penès Zacch. de obligat. cameral. quaſt. 2. num. 22. & 23. &* Creditor habens obligatum nomen debitoris dicitur in locum ſui debitoris, & poſſidere creditum ſuum in ſuo debitore, *Thomat. deciſ. March. 44. num. 11. & ſeqq. & melius etiam ad alia*, Cyriac. *tom. 1. contr. 47. num. 4. & ſeqq. & Rot. coram R.P.D. Beulacqua in Romana pecuniaria 14. Iuny 1669. §. non obſtat, quòd.*

Menti deniquè recommendandum eſt,
16 quòd ſi Ceſſionarius agat nomine cedentis tamquàm illius Procurator, Ceſſionis Inſtrumentum exhibere debet antè litis Conteſtationem; ſi verò agat nomine proprio tamquàm Ceſſionarius, ſufficit, quòd doceat dè Ceſſione poſt litis conteſtationem, *Cenc. dè Cenſib. quaſt. 72. num. 23. Verſ. hac autèm Inſtrum Thomat deciſ. March. 100. num. 2. & ſeqq. & Ricc. Collect. 3523. part. 8. & prius part. 1. Collect. 118. verſ. Item num.*

SVMMARIVM.

1 *Actus quis dicatur Attentatus?*

2 *Qui ſuam continuat Poſſeſſionem, àn attentet poſt inhibitionem? & àn talis poſſeſſionis continuatio ex Confeſſione probetur?*

3 *Poſſeſſionis continuatio quod denotet?*

4 *Purgationi Attentatorum quando non ſit locus? & quando ſit locus, quomodò purgentur, damna àn ſtatim refundantur?*

Affirmanti, & Confitenti ſuam continuare Poſſeſſionem, àn imputentur inhibitionis contrauentio, & attentatio? & proptèr bonum Ius quis effugiat Attentatorum Pœnam?

QVÆSTIO LVIII.

1 Est indubitata concluſio, quòd attentatus dicitur actus poſt inhibitionis denunciationem *Card. Cerr. deciſ. 153. num. 5. & deciſ. 575. nu. 1. & Caualer. deciſ 499. nu. 1.*

Attamen Inhibitioni nô dicitur contraue-
2 nire Is, qui ſuam continuat poſſeſſionem, quam poſſeſſionem aliundè, quàm ex ſua aſſerſione, & Confeſſione iuſtificet. Siquidèm prætextu litis motę nô debet quis à ſua poſſeſſione deſiſtere, quia iuſtè poteſt in ea perſeuerare; ratio ſiquidem is, qui ſuam continuat poſſeſſionem, non dicitur alterius turbare poſſeſſionem; imò dicitur, quòd habeat iuſtam cauſam turbandi: & ſi aliter face-
3 ret deſiperet: & in dubio præſumitur quis voluiſſe ſuam contiuare poſſeſſionem ad excludendum delictum, *Ciazz. in ſuis diſcept. ſeù Concluſ. forenſ. crimin. ad defenſ. Reor. Diſcept. 17. dè Inhibit. ferè p. tot. & Ricc. Collect. 3678. & præſertim verſ. infertur, cum ſeqq. part. 8*, & faciunt quæ dixit etiam idem *Ricc. part. 7. Collect. 3098. & Sperell. deciſ. for. Eccleſ. 178. num. 63. part 2.*

Et quandò Bonum Ius eſt clarum proptèr
4 rem iudicatam, vel partis Confeſſionem, Attentata non purgantur, *Lancell. dè Attent. 3. part. cap. 24. nu. 70. cum ſeqq. dè Rei, & exceptio. contr. Attent. comp. quaſt. 1.*

Cęterùm ſi non vigeat bonum Ius, eſt locus purgationi Attentatorum in omnibus expenſis tam iudicialibus, quam extraiudicialibus, & in damnis, & intereſſe, & dè eiſdem expenſis in actis conſtito, non eſt locus depoſito varus lutij cum oblatione, & obligatione ſoluendi reſiduum, ſed debet interuenire vera reans, & totalis reſtitutio v q; ad obulum, *Celſ. deciſ. 80. num. 5. & ſeqq. & melius deciſ. 247. num. 14. & ſeqq. & recent. par. 16. deciſ. 101 num. 9. & 221. num. 20.*

In damnis verò, & intereſſe non liquidis erit locus dictæ oblationi, vt *in dicta deciſ. 101. num. 10. & late in eadem deciſ. 221.*

SVMMARIVM.

1 *Cambium quid ſonet? & an ſit Contractus?*

2 *Litera Cambij quos contractus contineant?*

3 *In literis Cambij confeſſio de recepto an admittat exceptionem non numerata pecunia? & n. 5.*

4 *Quot ſint de ſubſtantia Cambij?*

5 *Campſ.res, ſeù Mercatores, qui in literis Cambij fatentur recepiſſe pecunias, an valeant dare exceptionem non numerata pecunia?*

6 *An Promittens ſoluere literas Cambij poſſit, vel non dare hanc exceptionem?*

7 *Scribens literas Cambij, an liberetur ex ſola acceptatione illius?*

8 Quid

8 *Quid ſi fueris neglectum literas exigere? vel de nimium dilata ſolutione ſcribentem non certioraverit?*

9 *Mora in exigendo, qua nim ſit conſiderabilis, & qua non veniat conſideranda?*

Confeſſio facta in literis cambij de pecunijs receptis, ſeù vt dicitur, pro valuta habita, an intra biennium admittat, vel non exceptionem non numeratæ pecuniæ? & hæc exceptio an poſſit, vel non dari ab eo, qui literas acceptauerit, & ſoluere promiſerit?

QVÆSTIO LIX.

1 CAmbium idem ſonat, quòd Permutatio, *Tur. tract. de Camb. quaſt. 1. num. 1 & Card. Mantic. deciſ. 77. nu. 2.* vbi ſubdit, quòd Cambium ſit contractus vltrò, citroq. obligatorius, & correſpectiuus.

2 Imò ſecundum Rotæ ſententiam *penes R. P. D. Priolum, deciſ. 173. nu. 11.* literæ Cambij tres continent contractus, vnum intèr dantem pecunias, & ſcribentem literas; alterum inter eundem ſcribentem, & illum, cui Tracta dirigitur; Tertium inter iſtum, & eum, cui fit remiſſa. Ideò niſi vltra conſenſum dantis pecuniam, & ſcribentis literas interuenerit conſenſus illius, cui dirigitur Tracta, & eius, cui dirigitur remiſſa nulla poteſt oriri obligatio inter Mandantes, & illos, in quos mandata diriguntur.

3 Conſequentèr in hoc correſpectiuo contractu, ſic vt ſupra inter dictas Partes regulato & diſtincto locum ſibi vendicabit exceptiò non numeratæ pecuniæ intra ſua biennij tempora per Confeſſionatas litteras Cambij ſupèr valuta habita, ſeù receptis pecunijs; quia ſicuti hæc exceptiò militat in mutuo, & dote confeſſata, ſic etiam militare debet in confeſsione dè pecunia recepta in literis Cambij, vt diffuſè multis adductis argumentis docet *idem Turr. de camb. diſput. 2. quaſt. 16. tit. du contr. lit. Camb. admittatur &c. nu. 23. cum plurib. ſeqq. & ſignantèr num. 32. 33. & 34. & Barboſ. in Collect. D. D. ſuper C. tom. 2. tit. de non numerat. pecun. in l. in contractibus 14. 5. ſuper cæteris num. 28. cum ſeqq.* tenet procedere talem exceptionem in omni contractu infra triginta dies.

4 Et eſt ratio, quia in Cambijs duo ſunt de ſubſtantia, Conſenſus contrahentium, & traditio pecuniæ in Recipientem, *Rot. rec. part. 19. deciſ. 34. num. 9.*

Contrarium cũ *Duen. Foller. ad Marant Rebuf. & Maſcard. tenet Barboſ. in eadem Collect. ſuper C. in l. fruſtra opinaris, 6. nu. 3. & 4. de non numerat. pecun. Tot. 2.* quòd Cãpſores, ſeù

5 mercatores, qui in literis Cambij confeſſi ſunt accepiſſe pecuniam, nõ poſſint vti exceptione non numeratæ pecuniæ, *& ibi num. 4.* redditur ratio, quòd confeſſio mercatoris, ſeù Cãpſoris dè recepto proptèr publicam fidem probat, & talis non numeratæ pecuniæ exceptio denegatur: & *Rot. coram Clar. mem. R. P. D. Priol. deciſ. 428. num. 9.* hanc Canonizat ſententiam, dum ſanciuit, quod non ſit inuſitatum per confeſſionem de recepto in Apoca Cambij emiſſam Cambia contrahere, & priùs *coram eodem Priolo deciſ. 372. num. 17. & ſeqq.*

6 Ita ùt hæc vltima verior ſententia intelligatur ſupèr exceptione non numeratæ pecuniæ procedere reſpectu etiam Promittentis literas Cambij ſoluere, dum Promiſſor proprio nomine ſoluere promiſerit; ſecùs, quandò pro alio ſe ſoluturum repromiſerit; quia in hoc caſu erit locus d. exceptioni non numeratæ pecuniæ, vt *per Barboſ. ibidem ſupra n. 72. et ſeqq* & Concordat *Mantic. d. deciſ. 77. num. 3. cum alijs adductis ibidèm per d. Barboſ.* & eſt alia ratio reſpectu Acceptantis, ſeù literas ſoluere Promittentis; quia Acceptans, ſeù literas ſoluere Promittens, tenetur ex conſtituto, & conſequentèr huiuſmodi exceptionem proponere nequit; quia reſpectu obligationis per ipſum ſuſceptæ militat diſpoſitio *d. lig. fruſtra*, vt ibi *præfatus Barboſ. num. 1. et ſeqq et Turr. ibidèm ſupra num. 72.* ſignanter *verſ retento igitur, cum numeris ſeqq.* vbi *num. 76. cum ſeqq* refert alios caſus a lectore perpendendos. Benè verum eſt, & no-

7 ratu dignum; quòd literas Cambij ſcribens non liberatur ex ſola acceptatione illius, cui literæ diriguntur, niſi etiam compleantur mediante ſolutione, *Gregor. XV. deciſ 217. et Rot. coram Pamphilio deciſ. 468. et ibi in Annot. num. 8. et in Recent. part. 3. deciſ. 716.* & late videndus *Ricc. part. 8. collect. 3497.* vbi reſpectiuè redditur efficaciſſima ratio.

8 Et id procedit etiam, quando creditor neglexerit literas exigere, vel de nimium dilata ſolutione ſcribentem non certiorauerit; vt firmatur in *Annot. ad Gregor. XV. d. deciſ. 217. In V. et hoc habet locum, cum deciſ. ſuperius allegatis.*

Et eſt ratio, quia per exactoris moram, & negligentiam debitor, qui dedit literas Cambij, non liberatur, niſi vera ſequatur ſolutio,

vel

vel interuenerit delegatio, aut in ſolutum datio, *Mareſcot. var. reſolut lib. 2. cap. 11. Gratian. diſcept. Forenſ. cap 64. per totam, tom. 3. Gregor. XV. in pracitat'a deciſ. 217. Burat. deciſ. 486. Rot. recent. par. 4 tom. 2. deciſ. 228. per tot. et par 5. tom. 1. deciſ. 334. num. 6. et 7. et par. 10. deciſ. 47. fere per tot. et Card. Celſ. deciſ. 54. et bene etiam in recent. par. 16 deciſ. 213. vbi num 11; et 12. cum ſeqq.* ſubdit, non eſſe neceſſariam literarum remiſſionem, cum proteſtatione; ſi huiuſmodi cauſa eueniat Romæ, quia ſic ibi de ſtilo;

Et huiuſmodi Rotæ Romanæ Oracula; quæ ſummopere veneror; non ità abſolutè crederem locum habere aduerſus eum, qui literas ſcripſerit, & conſignauerit, ſed factis prius diligentijs ab eo, qui literas recepit, contra illum, cui fuerunt literæ directæ pro ſolutione, vt multis D. D firmat *Olea tract. de Iur. Ceſſion tit. 7. quaſt. 3. num. 37. & num. 42. in V. At verò*, concludit, quòd ſi literarum Dominus, vel Ceſsionarius partem debiti ſponte à debitore receperit, verius ſit; Campſorē, vel cedentē confeſtim liberari, nec amplius de inſufficientia Debitoris teſsi teneri, & *num. 44. in fin.* reddendo rationem concludit, quod periculum nominis ad eum pertinebit, quia à culpa immunis non eſt, dum potuit integram ſummam exigere, & partem ſolummodo crediti libenter acceptauit. Opinio autem *Gratian. in pracitat. diſcept 64. num. 30.* procedet in coacta exactione, in qua ſuper reliquatu non infertur exigenti præiudicium, vt poſsit redire contra eum, qui literas tradiderit. At huiuſmodi regreſſus non procedit, quando pro parte illius, qui literas exigere tenebatur, interuenerit poſt tempus elapſum, & præſcriptum in literis mora conſiderabilis viginti, & ſeptem dierum in non exigendo, & interim Debitor literarum decoctus euaſerit; quia hic caſus moroſus; & negligens cedet damno illius, qui literas acceptauit, & benè *idem Olea tom. 2. Additam eiuſdem tract. de Iur. Ceſsion. in pracitat. tit. 7. quaſt. 3. pag. mihi 232. in prima col. verſ. Gizzius, & Annot. ad eamdem deciſ. 217. coram Gregorii XV. num. 9. in V. debet tamen*, vbi refertur, quòd Creditor Cambij, qui non poteſt exigere literas, ſtatim certiorare tenetur eum, qui ſibi fecit literas, remittendo dictas literas cum proteſtatione, & hoc exequuto, non imputabitur in damnum recipientis, ſed literas tradentis, vt *in eadem annot. & Burat. deciſ. 486. num. 6.*

Cæterum Rota *d. deciſ. 228. num. 10. & 11. eadem par. 4. tom. 2.* firmat, quod negligentia illius, qui teneatur Exigere non ſit habenda in conſideratione aduerſus eum, qui non exegit, quia delegatione, vel nouatione ceſſante, mora præiudicium non inferat, vt in his terminis delegationis, & nouationis latè ratiocinantur deciſiones deſuper allegatæ *in §. Et eſt ratio.*

Attamen ſi ad trutinam reducantur deciſ. allegatæ per *d. deciſ. 228.* nempè *deciſ 49. num. 8. verſ. Non obſtat mora, & deciſ. 51 ſub num. 8. verſ. non obſtat, quod dicitur, poſt Paciſic. de Saluian.* colligūtur multę circumſtantiæ, quibus Rota è negligentia exclusit moram, & conſequenter ſi circumſtantiæ enunciatæ in eiſdem deciſ. non concurrerent, minime recederem à ſuperius declaratis diſtinctis, & limitatis.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa excuſantes à tutela, & cura ſi in Iudicio confiteantur, quomodo confitenti, Proponenti, & eaſdem cauſas iudicialiter proferenti ſuffragentur; vel nè?*

2 *An poſsit quis deſerere tutelam, & curam iam agnitam? & quare?*

3 *Quid ſi Tutor, & Curator fuerit inuitus confirmatus?*

4 *Et quid, ſi poſtmodum Mutus, vel Surdus, aut Cæcus efficiatur?*

5 *A Tutela, & Cura quis non liberatur ex falſis cauſis coram Iudice allegatis: imò ad damna tenetur Minori, ſi ex falſis cauſis Tutor, & Curator remanſerit liberatus à tutela, & cura.*

6 *An Minor (inuita Tutore, & Curatore) poſſit ſe liberare à tutela, & Cura?*

Tutores Pupillorum, & Adultorum Curatores, qui tutelam, & curam acceptarunt, an poſsint poſtmodum ob cauſas ab ipſis aſſertas, & in Iudicio propoſitas, & Confeſſas, ab onere tutelæ & Curæ iam ſuſceptæ ſe ſe eximere, & penitus, penitus hinc liberari?

QVÆSTIO LX.

1 SI à quacumque Perſona in Iure, vel aliqua vltima voluntate comprehenſæ cauſæ, quæ excuſant à non ſubeundo onere tute-

tutelæ, & curæ, aſſerantur, confiteantur,
& in Iudicio proponantur ante tutelæ, &
2 curæ munus agnitum, dum cauſæ ſint de il-
lis, quæ exarantur *in tot. tit. C. dè Excuſat.
Tutorum, & Curat. cum ſubſequent. tit. C. ſi
Tut. & Curat Falſ. allegat. excuſat.* Certum
eſt, quod non cogunt ad acceptationem, *vt
in præfat tit.* ſed poſtquam tale munus eſt ac
ceptatum, huiuſmodi cauſarum aſſertio, &
confeſsio in iudicio propoſita à Tutore, &
Curatore, eiſdem nequaquam prodeſt pro
deſerenda tutela, & cura iam acceptata: cum
Tutor, & Curator tempore ſuæ ſuſcepiæ
adminiſtrationis non completo, derelinquere
non poſsit officium, *Text. clar. in § & qui
poteſtatem 3 Inſtitut. dè Excuſat. Tutor. & Cu-
rat. vbi benè Aret. num. 1. & optime Azz. in
Summ. ſub eiuſdem tit num. 8. pag. mihi* 554;
*& Text. Rotundus in l. Tutares 2. C. ſi Tut. vel
Curat, Falſ Alleg vbi optimè Barboſ. in d. Cod.*
3 *Collect. num 1. & 2. ac num. 4. vbi num. 3.* re-
fert non procedere, ſi Tutor, vel Curator
4 confirmatus ſit inuitus, vel ſi reddatur Sur-
dus, Mutus; vel Cœcus; tunc huiuſmodi
munus expirat. *Rot. recent. par. 5. tom. 2. deciſ.
602. num.* 7. Alias munus hoc non expirat, &
5 excuſationes non admittuntur; etiamſi fa-
uorabilem declarationem a Iudice habuerit;
cum Tutor, & Curator ex falſis allegationi-
bus in Iudicio propoſitis, & confeſsis non
liberetur, cum adhuc tamquam talis perma-
neat; & Pupillo adulto, ac minori tenetur
ad damna ex ceſſata adminiſtratione tutelæ,
& curæ prius non ſuſceptæ, vt optime *ex l.
3. C. eod tit. Si Tut & Curat. Falſ.* & Egregiè
*Rot recent. par 6. coram recol. mem. Merlino
deciſ. 3. num. 13. & 14*
6 Et ſi nequit Tutor, & Curator ſe libera-
re; ità nec à tutela, & Cura nequit minor
pro libito ſuæ voluntatis ſe eximere, & di-
ſtrahere, niſi ipſo Tutore, & Curatore con-
ſentiente, *Burat. deciſ.* 557. *num. 5. tom.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Clericis prohibetur cohabitatio, & conuerſatio cum Fœminis, excepta Matre, & Sorore.*

2 *Clericus ſi confiteatur cum Sorore dormiuſſe, & poſtmodum appareat Soror grauida, an, & quando præſumatur fuiſſe Sororem cognitam à Clerico fratre. vel nè?*

3 *Quid ſi Mater, Soror, vel alia conſanguinea, vel Clerici Affinis male audeat? an confeſsio Clerici habeat contra ſe Iuris præſumptionem, fuiſſe ſilicet Matrem, vel Sororem à Clerico cognitam, & ab eo redditam fuiſſe prægnantem?*

4 *Diuus Auguſtinus quare abhorruit à cohabitatione Matris, & Sororis?*

5 *Conuerſatio, & cohabitatio cum Mulieribus Sanguine coniunctis quare multoties fuit cauſa Inceſtus, & ſtupri?*

6 *Fomes quid ſit? & an repuguet legi mentis etiam in perfectis?*

7 *Immoderata Epiſcopi conuerſatio cum propria Filia, an faciat malam præſumptionem aduerſus eumdem Epiſcopum Patrem? & contra eum an fieri valeat aliqua monitio, vt abſtineat?*

8 *Conuerſatio, & Clerici cohabitatio cum Matre, vel Sorore diffamatâ, an contrà ipſum Clericum faciat malum Iudicium, iuncta confeſsione ſuper dormitatione cum Sorore, vel Matre? & quare?*

9 *Venerandum eſt conſilium S. Auguſtini.*

10 *Fuga in venereo Bello laudabilis, et in hoc certamine Victoria à fuga perficitur.*

11 *Nè quis incidat in periculum venerei belli, ſeruet aurea monita S. Hieronymi.*

12 *Quot, et quanta pericula eueniant per conuerſationem cum mulieribus?*

13 *Præceptum dè non conuerſando cum Mulieribus quantum fuit veneratum ab antiquis Sacerdotibus.*

Clericus Frater ſi à Birruarijs reperiatur in eodem lecto dormiens cum ſua Sorore, quę appareat grauida, & coram Iudice, ſi idem Frater conſtituatur, confeſsionem emittat, dormiſſe cum Sorore non cauſa cognoſcendi Sororem carnaliter, ſed ob Grabati carentiam, & paupertatem in prouidendo, an per huiuſmodi confeſsionem inſurgat Indicium contra ipſum pro Inceſtu, quando iuſtificetur, aliam Perſonam habuiſſe amicitiam cum eadem Clerici ſorore?

QVÆSTIO LXI.

1 SVnt ſatis Sacrorum Canonum comperta Oracula. quod Clericis ſit prohibita conuerſatio, & cohabitatio cum Fœminis excepta dumtaxat Matre, Sorore, Conſanguinea, vel Affine, vt *in Can. Volumus 24. diſtinct.* 81. & in hoc Canone enumerantur Mulieres ſanguine cum Clericis coniunctæ, quibus permittitur cum eiſdem habitatio, & me-

melius etiam in *eadem diſtinct. can. cum omnibus 27 cum ſeqq. et in cap. Inhibendum 1. et in cap. a Nobis. 9. Vtrobiq; Barboſ. tom. 2. cæteriq; communiter Canoniſtæ ſcribentes tit. dè Cohabitat. Cleric et Mulier. et idem Barboſ. tom 6. Additamen. in præcitat. cap. Inhibendum.*

2 Conſequenter ſi alterius Perſonæ Clericus
Frater iuſſi ſit amicitiam, & conuerſatio-
nem habitam cum Sorore ſua, confeſſio ſu-
per dormitatione a Clerico fratre emiſſa
omnem contrariam præſumptionem, om-
neq; ſiniſtrum Iudicium aduerſus ipſum Cō-
fitentem excludet, non tantum ob Iuris aſ-
ſiſtentiam non prohibentem Clerici fratris
contuberniuum cum Sorore, verum etiam
dum iuſtificatur Clerici paupertas, ob quam
non erat eidem permiſſum ſeparatum ſibi, &
Sorori præparare lectum, vt fuit deciſum à
Curia Archiep. Neapol. penes *Ricc. deciſ.48. per totam par. 2. pag. mihi 156. in 2. col.*

Verum ſi Clerici Mater, aut Soror, vel
3 alia Affinis, ſiuè Conſanguinea Mulier male
de ſe reſpectiue oleat, cum dè Iure filio Cle-
rico, ſiuè Fratri, aut Conſanguineo, ſiuè Af-
fini in hoc caſu nōn permittatur cohabita-
tio; ideo talis confeſsio cum habeat contra
ſe Iuris reſiſtentiam, afficiet Clericum, qui
dormierit cum Matre, aut Sorore, ſiue con-
ſanguinea, aut affine reperta reſpectiuè gra-
uida, ſi concludenter Clericus non probet,
ab alio, quam ab ipſo fuiſſe pregnantem red-
ditam; & eſt ratio, quia huiuſmodi Clericus
tenebatur à ſimili abſtinere cohabitatione,
ob ſuſpicionem inhoneſtæ vitæ Matris, ſiuè
Sororis; aut alterius conſanguineæ vel af-
finis, vt habemus ex *præcitato cap. inhibendum, vt in V. dè quibus ſuſpectus, vbi optimè Barboſ. num. 4 pag. mihi 14. tom.2. & additamen. tom. 6. in eod. cap. Inhibendum num. 1. & dè Iur. Ecleſ. vniuerſ. lib 1. cap. 40 num. 38.*

4 Ad hęc igitur euitanda corporis, & ani-
mæ pericula memoriæ ſuæ iugiter Clericus
recommendet efficaciter aurea D. Auguſti-
ni monita exarata *in Can. 25. eadem diſtinc.*
81. ibi = Quæ cum Sorore mea ſunt, Soro-
res meæ non ſunt = Nam inſtigante Dia-
5 bolo fuerunt plures, qui inceſtus, & ſtupra
commiſſerunt; *Menoch. Præſumpt. 17. num.9. lib. 5. & Barboſ. in dicto tom. 2. in præcitat. cap. Inhibendum, num. 4. & in dict 6. tom. ibidem num. 1.* Ideo doctiſsimi, & ſanctiſsimi
huius viri cauthela, magna Nobis debet eſ-
6 ſe inſtructio, cum fomes ſit languor Naturę,
qui cum carnis concupiſcentia appelletur,
vt *in 15. quæſt. 1. incipien. quod autem § Ex voluntate itaquè*, & fomes huiuſmodi ſemper
repugnèt legi mentis etiam in Perfectis, vt
optimè *in 32. quæſt. 5. Can. ſi Paulus XI. in ordine*, conſequenter accuratè cauendum.
Qua propter ſi quidam Epiſcopus, vt *in Can. quorundam in ordine 1. diſtinc 34.* fuit com-
monitus, & correptus, vt non haberet am-
pliùs cū Filia ſua familiaritatem tamquam
immoderatam iudicatam, & ab ea ſe coar-
ceret, quia de hac malum eliciebatur indi-
cium; Quantò magis præſumendum eſt pro
8 delicto, dum Clericus Filius, vel reſpectiuè
Frater cohabitationem tenet cum Matre,
vel Sorore diffamata, & cum ea in lecto ia-
cuiſſe fatetur? in hoc enim caſu pœnæ ſunt
infligendæ iuxta leges tam ciuiles quam Ca-
nonicas, & conſtitutionales; & eſt ratio,
quia in hoc execrando caſu receditur a diſ-
poſitione in dicto *cap. A Nobis.* & notat
Barboſ. in eod. cap. Inhibendum, num 3 tom 2.
9 Ideo venerandum eſt conſilium S Auguſtini.
Iure igitur merito ex ſententia *Apoſt. Paul. relat. à Barboſ. de Iur. Eccleſ. vniuerſ. tom 1. cap 40. num. 41. poſt med. de Vit & Honeſtat. Cleric.* in hoc vitio non eſt inſiſtendum, ſed
10 ab eo fugiendum, vndè canam.

Omnia vincit Amor, Fuga certè aſt vincit Amorem:
Iſta fugat fucos: ſic fuga vincit Ouans.

Vnde ad propoſitum Nos docet *S. Hieronymus ad Nepotian. de vita Clericor & Sacerd.*
= Nè ſub tecto manſites. Nè in præte-
rita caſtitate confidas. Nè ſanctior Dauidè.
Nè Sanſonè fortior. Ne Salamone potes
eſſe ſapientior; memento ſemper, quòd Pa-
11 radiſi Colonum de poſſeſsione ſua Mulier
eiecerit; & *idem Sanctus in Epiſtol 47. de vitan. ſuſpect Contubern.* ſcripſit = Quid tibi
neceſſe eſt in ea verſari domo, in qua neceſ-
ſe habes quotidie aut perire, aut vincere?
Quis vmquam Mortalium iuxta Viperam
ſecuros ſomnos capit, quæ etſi non percu-
tiat, certè ſollicitat. Securius eſt perire non
poſſe, quam iuxta periculum non periiſſe?
His igitur pro explorata veritate ſuper
12 addo, vt peculiariter Sacerdotes omnium
effugiant prorſus Mulierum contubernia,
exemplo Sacerdotum, & Leuitarum Vete-
ris legis, quibus præcipiebatur, vt ab Vxo-
ribus, & proprio domicilio eſſent ſeparati;
ſicq; multò magis iniunctum eſt in hoc prę-
cepto erga nouæ legis Sacerdotes, vt ſoli-
diſſimis argumentis infert *Text. in diſtinct. 82. Can. Propoſuiſti 2. cum ſeq; Can. Plurimos*, &
egregiè *Barboſ. dè Iur. Eccleſ. Vniuer. tom. 1. in præcitat. tit. de Vit. & honeſt.* Cleric. *cap. 11. num. 41. cum ſeqq. pag. mihi 510.*

SVMMARIVM.

1 *Delictum commiſſum in ſtatu Laicali ſi confeſſum fuerit tempore, quo quis eſt in ſtatu Eccleſiaſtica, an veniat puniendum pœna inflicta à Sacris Canonibus, vel à legibus Ciuilibus? & an per Iudicem Laicum, vel Eccleſiaſticum ſit talis irroganda pœna.*

2 *Fornicationis confeſſum, aut conuictum crimen perpatratum à Sacerdote, qua pœna hodie puniatur?*

3 *Varietas Delicti inducit varietatem pœnæ, & dantur exempla.*

4 *Quare pęna olim conſtituta aduerſus Fornicarium, ſeù inceſtuoſum Sacerdotem, in hiſce noſtris temporibus ſint minorata? aſſignantur tres efficaciſſimæ rationes.*

5 *Sacrum Concilium Tridentinum, quæ prius exequenda præſcripſerit contra Clericum concubinarium antequam deueniatur ad pœnas?*

6 *In fora conſcientiæ contra Clericum Fornicarium, & inceſtuoſam &c. quo ex Canone eligantur pœnę ſalutares? & in fora externo enunciantur pecuniariæ cum datatione.*

Ante ſuam ordinationem ſcilicet in ſtatu Laicali ſi Præsbyter confiteatur ſponte in Iudicio, vel extra Iudicium fornicationem, ſiue quodcumq; aliud perpatratum delictum, vel de eo accuſatus ſit conuictus, qua pœna plectatur?

QVÆSTIO LXII.

EX liquida Sacrorum Canonum diſpoſitione, vt *in Can. qui admiſit 1. & ibi optime Gloſ. & in Can. ſi quis Præsbyter 4. & ibi pariter Gloſ. & Canoniſtæ notantes Cauſ. 15. quæſt. 8.* liquida quoq; oritur reſolutio, quòd ſi Præsbyter in Iudicio ſponte confiteatur, fornicationem feciſſe ante ſuam aſſequtam ordinationem Sacerdotali executione carebit, ſed in alijs officijs permanebit, ſi eſt vtilis, ſi vero non eſt confeſſus, vel conuictus ſuo arbitrio relinquatur; & ſi nolit confiteri cætera grauiora peccata, & dè illis conuincatur, deponitur Sacerdos, & idem eſt de Diacono, & melius habetur *in diſtinc. 50. Can. Hi, qui Altare, il 2. in ordine 52. & ibi Gloſ. & Canoniſtæ ſcribentes*, & late videndus eſt *Cardin. Hoſtien. in ſua eruditiſſima Summa lib. 5. tit. de accuſation. §. Quis ſit effectus accuſationis, in V. quæritur autem, num. 15. pag. mihi 382. à terga in 2. col.*

Et hæc infligenda pœna per Iudicem Eccleſiaſticum procedit, etiamſi Fornicatio, vel aliud delictum fuerit commiſsum à Sacerdote anteaquam ipſe Sacerdos eſſet ſub ditione Eccleſiaſtica, vt magiſtraliter multis diſtinctis caſibus docet *Caball. in ſuis reſolut. crimin. Centur. 3 caſ. 259. per totum diſcurſum, & Antonell. de Regim. Eccleſ. Epiſcop. lib 4. cap. 1. num. 28. de Priuileg. Clericor. pag. mihi 232.*

Verum hodie Fornicarius Presbyter ſi
2 ſpontè ſuam fateatur Fornicationem, non deponitur, ſed vt ab ea reſurgat, ſalutaribus plectitur pœnis deſcriptis *in Canon. Præsbyter. in ordine 5. diſtinct. 82. & ibi Gloſ. in V. decem annis*, ſubdit, quòd varietas delicti inducit varietatem pœnæ, ſcilicet dum Fornicatio eſt ſimplex, vel inceſtuoſa; ſicq; poterit pęna mitigari pro quantitate criminis, & qualitate perſonæ, vt etiam diffuſe ſuper His, cæteriſq; carnis criminibus videndus eſt *Farinac. tit. dè delict. carn. quæſt. 138. per totam par. 2. pag; mihi 444. cum ſeqq.*

Et duæ ſunt rationes; prima nempe inſurgit ex dicta *Gloſ in V. Præsbyter*; quià hodie
4 fragiliora ſunt corpora noſtra, quam olim erant; ſecunda; quia in hac noſtra tempeſtate pauci inueniuntur ſine tali peccato, *Carol. Pellegrin in Prax. Vicarior. crimin. tit. de accuſat. par. 4. ſection. 3. num 66* qui etiam latiſsime in præcedentibus, & ſubſequenti-
5 bus numeris. Tertiam ſuperaddimus rationem, quià *Sac.* Concil *Trident. ſeſſ. 25. de Reformat cap. 14* præſcribit, quod per tres vices ſint Clerici Concubinarij monendi, vt dimittant Concubinam, vel deſiſtant ab inhoneſto fornicationis crimine, alias in foro foti gra latim deuenitur ad pœnas, vt in eodem Concil. & ſingillatim enumerat *idem Antonell. in eodem tract. lib. 6. tit. de Iudic. crimin. cap. 29. dè contubinat. num. 3. verſ. ſed hodie, & Barboſ. in collect. D. D. Iur. Pontific. Vniuerſ. tom. 2. cap. ſicut 4. num. 1. & ſeqq. tit. dè cohabitat. Cleric. & Mulier.* & me refero etiam ad ea, quæ luculenter diſtinguendo, & declarando docet *idem Farinac. ead. quæſt. 138. in præcitat. 2. par.* Præfatuſq; eruditiſsiſimus Doctor, eſt pariter accuratè videndus in *eodem tract. de Delict.* Carn. *in quæſt. 149. par. 1.* per totam, vbi agitur de Clerico inceſtuoſo, & *num. 37. ibidem* recenſentur pœnæ,

Digitized by Google

næ, quæ in foro conſcientiæ ſunt iniungendæ ad tenorem præcitati *Can. Presbyter*, & aliorum Canonum ſuperius enucleatorum. Sed *Vermigl. conſ. crimin. 123. num. 10. & Ciazz. conſ. pariter crimin. 8. num. 1. & ſeqq.* Firmant pœnam eſſe pecuniariam in Clericum fornicarium, ſeù ſtuprantem. Et *Antonell. ibidem ſupra cap. 30. de Stupro num. 5.* dicit teneri dotare Puellam cum pœna depoſitionis; ſi Clericus eſt in ſacris.

SVMMARIVM.

1 *Ex confeſsis, & narratis in precibus datis Summo Pontifici aa Fideicommiſsi derogatio originem trahat, vel non?*

2 *Confeſſata, & narrata in precibus ſi iuſtificata non remaneant, gratia derogationis Fideicommiſsi remanet obreptitia.*

3 *Gratia derogationis Fideicommiſsi obreptitia reſultat ſi non ſit in ſupplicatione expreſſum, quod aderant bona libera.*

4 *Narratis, & confeſsis non iuſtificatis, gratia dicta derogationis ſtat ſubreptitia, & nihil operatur.*

5 *Amplia, ſi gratia facta ſit cum clauſula = vt aſſeris = vel cum clauſula = conſtito.*

6 *Gratia ex falſa narratione euaneſcit.*

7 *Emptor Bonorum Fideicommiſsariorum adimplens omnia, quæ ſunt præſcripta in Breui Apoſtolico ſuper bonis emptis moleſtari non poteſt, & an Breue ſit indiuiduum? & an ſufficiat ſinis conſequutio?*

8 *Inueſtimentum iniunctum in literis Apoſtolicis cum clauſula = In primis, et ante omnia = quid de Iure operetur? etiam reſpectu ipſiuſmet, qui emit?*

9 *Derogatio Fideicommiſsi ſub conditione multiplici, quid importet?*

10 *Ceſſante gratia cauſa, ceſſat, et ipſa gratia.*

11 *Derogatio eſt ſtricti Iuris, et ſtricte interpretanda.*

12 *Iuſtificatio narratorum in Breue quando non ſit neceſſaria?*

13 *Quæ concludenter, et quæ non ſint in gratia iuſtificanda?*

14 *Inueſtimentum, ſeù multiplicatio iniuncta Montis Pietatis Depoſitario per dictionem Per quid importet et an obliget ſucceſſores?*

15 *Mons Pietatis locus eſt pro depoſitis, pro quibus an obligetur Mons, et bona Montis?*

16 *Fideicommiſsaria bona alienata ante derogationis Breue, an, et quando valeat, vel non alienatio?*

Derogatio Fideicommiſsi à Papa per literas Apoſtolicas Fideicommiſſario impertita mediante præuia ſupplicatione, in qua Fideicommiſſarius enarrat, & confitetur Æs alienum, quo grauiter ipſe præmitur extinguendum, cum alienatione partis bonorum Fideicommiſſo ſubiugatorum, ſi huiuſmodi alienandi facultas a Papa concedatur cum conditione pro vna parte precij eorumdem bonorum alienandorum ſoluendi, & extinguendi debita, & pro alia inueſtiendi in bonis ſtabilibus ad effectum multiplicandi cum fructibus, donec multiplicatio perueneret ad ſummam bonorum alienandorũ pro totali reintegratione bonorum prædictorum diſtrahendorum cum clauſulis tamen reſolutionis, quatenus non fiat talis multiplicatio, an, & quando, ſi aliunde, quam ex confeſsis, & narratis non iuſtificetur Derogationis gratia, præiudicium interat ad Fideicommiſsum vocatis?

QVÆSTIO LXIII.

NOn eſt dubium, quod per confeſsionem emanatam in precibus Summo
1 porrectis Pontifici a Fideicommiſsario ſcaturiginem habet Fideicommiſsi derogatio ſuper alienatione bonorum Fideicommiſso ſubiugatorum; ſed non eſt verum, quod Fideicommiſsi derogatio robur ſimpliciter accipiat è dicta debitorum enarratione, & confeſsione, ſi in precibus confeſsa, & narrata non iuſtificentur; ſiquidem, non data
2 huiuſmodi iuſtificatione, remanet derogationis gratia obreptitia, *Rot. recent. part. 10. deciſ. 325. num. 8. & 9. & part. 18. deciſ. 379. num. 16.*

Reſultatq; talis gratia etiam ſubreptitia,
3 ſi Fideicommiſsarius tacuerit narrare, quòd habebat bona libera, quæ exprimenda ſunt, cum alias Princeps cenſeatur noluiſſe concedere derogationem Fideicommiſsi, vt multis adductis Authoritatibus etiam Rotalibus, ſanciuit *Rot. coram recol. mem. Peutingerio deciſ. 75. num. 1. par. 9 recent. tom. 1. vbi num. 2. & 3. cumſeqq.* declaratur, quando dicantur bona libera, & quando non libera, vt tollatur è medio ſubreptitia gratia, & ſu-

Digitized by Google

& ſuſtineatur alienatio, ad quas lectorem remittimus;

4 Quia non data, ut ſuperiùs diximus, iuſtificatione narratorum, confeſſatorum, & in ſupplicatione eſpoſitorum, Derogationis Gratia pro ſubreptitia conuincitur, & nihil operatur, *Rot. recent. part. 7. deciſ. 87. nu. 17. & part. 10. deciſ. 41. num 18 deciſ 46. nu 39. deciſ. 85. num. 12. & deciſ. 115 nu. 12 & benè, ac latè Recent. par. 16 deciſ. 186. ferè per totam.*

5 Singulàrìter ſi talis gratia facta ſit cum Clauſula = vt aſſeris = quia in hoc caſu ſempèr ſtat in ſuſpenſo, donèc per neceſſarias probationes verificetur, *Rot. recent. part. 19. deciſ. 379. num. 10.* vel cum Clauſula = Conſtitu = *Rot. d. part. 7. deciſ. 157. num. 3.*

6 Et penitùs Gratia dicitur eliminata, ſi Papæ falſa in ſupplicatione ſit facta narratio;
7 *Rot. d. part. 19. deciſ. 375. nu. 19.* Conſequenter ſi aſsitans vitio literę Apoſtolicæ, ſeù Apoſtolicum Breue non laboret, ſed fuerit tale Breue adamuſſim iuxta illius tenorem tam reſpectu narratorum, quam extinctionis debitorum, & iniunctæ multiplicationis puntualitèr exequutum, Emptor bonorum fideicommiſſariorum moleſtari nō poteſt, quia vocatò ad Fidei commiſſum remanet os clauſum, & Iudici ſunt manus ligatę. Vocatoque ad Fidei commiſſum competit ſolùmodò actio contra Alienantem, ſed non contra Ementem, quem Pontifex voluit eſſe ſecurum, *Canale, deciſ. 430. num. 2. & 3. Coccin. deciſ. 1404. num. 10. cum ſeqq. part. 3 & optimè etiam Card Cerr. deciſ. 117 num. 10. verſ. Nec dubitari cum numeris ſeqq. optimè idem Cerr tom. 2. deciſ 437. num 5. cum ſeqq.* vbi *num. 6. & 7.* ſubdit præſertim procedere, ſi Emptor accedente Principis Authoritate ſit liberatus ab onerè inueſtiendi; & *num. 9. & 10.* firmat, etiamſi in actu inueſtimenti pro cauthela Emptoris, requiratur ipſius Emptoris conſenſus pro ſua cauthela, & ſecuritate, & optimè diſtinguit *Bich. deciſ. 175. num. 11. 12. & ſeqq. & part. 9. tom. 1. deciſ. 109. num. 11. in recent, & in eiſdem recent: part. 18. tom. 2. deciſ. 416. num. 2. & 20.* Alias ſi falſa ſint narrata Papæ; Gratia derogationis remanet nulla ex adductis rationibus in *deciſ. 375. nu. 19. d. part 19. recent.* ſicuti ſi præſcripta in Breue non ſint ad mentē Pontificis ſeruata ad nihilum ſuffragatur Gratia, & emptio reſoluitur æque ac ſi facta non eſſet, ut ex *deciſ. ſuperius allegatis, & benè Rot. recent. part. 16. deciſ. 186. num. 5. & ſeqq* cum Breue ſit indiuiduum, *Bich. deciſ. 230. num. 14. tom. 5. & Recent. part. 9. tom. 1. deciſ. 109. nu. 1. & ſeqq. & coram recol. mem. Priolo deciſ 317. nu. 23. & dicta parte 18. tom. 2. eadem deciſ. 416. nu. 16. 17. & 18.* limitatur, dum forma, aut conditio reſpiciunt aliquem certum finem, ſufficit, quòd finis ille quomodocùmq habeatur, & magiſtralitèr *in d. part. 10. recent. deciſ 363. ferè per totam coram Emin. Corrado* & peculiaritèr *num. 29. & ſeqq.* vbi *num. 15. cum ſeqq.* ſubdit, eo magis procedere, ſi in Breui Apoſtòlico fuerit à ſummo Pontifice ſinu Inueſti-
8 mentum iniunctum cum Clauſula = In primis & antè omnia = quę ſtatim imponit formam, & conditionem, ut *in dicta proximè citata deciſ. Coram. Corrado, & in alia inferius proximè citanda part. 7. recent. & in d. part. 16. deciſ. 186.*

9 Vel ſi iniunctum ſit Inueſtimentum cum multiplico ipſimet Emptori cū eadem Clauſula, & Emptor neutrum fecerit, *Rot recent. part. 7. deciſ. 131. nu. 6 & 7.* & in alijs deciſ. enunciatis in calce eiuſdem *deciſ. 131.* Et eſt ratio, qua Derogatio Fideicommiſſi ſub conditione Multiplici peccat in forma non facto multiplico; *Rot. recent. part. 12. deciſ. 233.*
10 *num. 8.* Aliaq. eſt ratio, quia Gratię cauſa ceſſante, ceſſat etiam & ipſa Gratia, *Rot. d.*
11 *part. 7. deciſ 237. num. 5.* cum Derogatio ſit ſtricti Iuris *Rot. recent part. 5. tom. 1. deciſ 23. num. 19. & in eodem part. 5. tom. 2. deciſ. 584.*
12 *num. 39. & Manzaned. deciſ. 917. num. 4.* vbi, quòd non comprehendatur, niſi quantum in eadem derogatione continetur, vel in eadem derogatione de neceſſitate inferatur, Cęterum ſi per Breue ſint bona empta a Fideicommiſſi vinculis exempta, Emptor erit perpetuò ſecurus ab omnibus moleſtijs; ſiuè inueſtimenta tuta ſint, ſiuè non, etiamſi inueſtimenta nullatenus fierent, *Rot. recent. part. 9. tom. 1. deciſ. 278. num. 12. cum ſeqq. & in ſuperius allegatis deciſ. coram Cerro.*

13 Et ſupradicta, quę diximus quòad iuſtificationem ſunt intelligenda vera; ſi Breue ad partis inſtantiam eſt obtentum, ſecus ſi motu proprio Pontificis, *Rot. deciſ. 196. num. 5. & deciſ. 225. num. 2. & 3. eadem par. 7.* Vbi *eodem num. 3.* aſſignatur ratio, quia dum motu propriu gratia à Papa conceditur iuſtificatione non eſt opus; cum innitatur ſolo verbo Papæ, ſicq; habet executionem paratam. Nec attenditur alia iuſtificatio, ſi effluxerint cum obſeruantia triginta; vel plus anni à data gratiæ, ſeù Breuis, vt *in dicta deciſ 196. num. 6. & 7. & par. 8. recent. deciſ. 215 num. 30. & 18. tom. 2. deciſ. 467. num. 11. & 12.* Vbi etiam dicitur, quamquam deducatur ex vrgentiſsimis coniecturis.

Eſt igitur circa præmiſſa aduertendum, quod

quod dum opus eſt gratiæ iuſtificatione; generale eſt in quacumq; gratia, vt debeant probari plenè, & concludenter ea, ſuper quibus gratia fundantur; reliqua vero, quę dicuntur pars gratię, eoquia in ea narrata ſunt, ſufficit probaſſe ſemiplenè, & ex fama, vt *multis Rotæ deciſionibus in eadem par. 7. deciſ.* 255. *num.* 10. & 11.

Eſt tandem accurandum, quod ſi onus multiplici non ſit iniunctum emptori, aſt alteri Perſonæ, vtputà Depoſitario Montis Pietatis (adimpletis alijs ab Emptore in Breui præſcriptis) ſubtrahitur ipſe Emptor à munere multiplicandi, & ad id tenetur Depoſitarius, qui pecunias ad multiplicandum recepit, & illius in Officio ſucceſſores obligati remanent, ſicuti obligatus fuit Anteceſſor, qui depoſitum recepit ſumptibus tamen bonorum Depoſitatorum, *Salgad. in labyrinth. Credit. concurrent. par. 1. cap 13. num.* 36. 38. *& ſeqq. pag. mihi* 81. *& aa.* 40. *& part.* 3. *cap.* 6. *à num.* 12 *vſq. ad* 17. præcipuè ſi in literis Apoſtolicis ſit dictum, quod multiplicatio fieri debeat per Depoſitarium Montis Pietatis; ſiquidem præſata dictio *Per* importat tractum curſum, & continuationem dè Depoſitario in Depoſitarium, *Merlin deciſ.* 206 *num.* 23 *&* 228 *num.* 24. *tom.* 1 & cauſam efficientem, ac immediatam *Rot. recent. par.* 17. *deciſ.* 387. *num.* 17. *& par.* 18. *tom.* 2. *deciſ.* 494. *num* 6.

Et cum recipiat ſubſiſtentiam depoſitum
15 à Breui Apoſtolico, & trahat ſecum Iuris aſſiſtentiam in Aede ſacra, *l. Acceptam* 19. *C. dè Vſur. &* Clemen. *VIII Conſtit.* 88. §. 3. *Bullar. tom.* 3 Pro indemnitate huiuſmodi Depoſiti erunt obligati Depoſitarij, & bona Montis, iuxtà tenorem *Conſt.* 94. §. 10. *Gregor. XIII. tom.* 2. *Bullar.* vt in terminis reinueſtimenti, & multiplici docet etiam *Gratian. diſcept. Foren.* 579. *num.* 2. *& ſeqq. & num.* 26. *&* 27, *tom.* 3. & agi poterit executiue, quacumq. exceptione remota, *l. ſi quis, C. de poſit. Merlin. deciſ.* 217. *num.* 5. *tom.* 2. *& Annot. ad Burat. deciſ.* 516. *num.* 2. *& ſeqq.*

Quid deniquè dicendum eſt, ſi prius fue-
16 rint bona Fideicommiſſaria alienata, & poſteà Breue fuerit obtentum? negatiuè *Rot. eadem par.* 9. *recent. tom.* 1. *deciſ.* 75. *num.* 11. *&* 12. Diſtinguit tamèn *Rot. eadem par.* 10. *deciſ.* 363. *num.* 5. 10. *& ſeqq.* cui pro diſtinctionibus adhęreo.

SVMMARIVM.

1 *Carceris Fractor, qui ab eo aufugit, qua pœna mulctetur?*

2 *An irrogata pœna fracti Carceris, dari poſſit poſtmodum alio ratione delicti, pro quo aliquis carcerabatur?*

3 *Carceris Effractor ex qua cauſa puniatur?*

4 *Delictum nil commune habet cum Carceris fractura.*

5 *Prælatio inter principale Delictum, et carceris Fracturam cui detur?*

6 *Aduocatus rationibus aſſignatis à Ciazzio an validè poſſit tueri Iura carcerati Rei, qui aufugit?*

Effractori Carceris, qui ab ea aufugit, habito pro confeſſo, & conuicto, mediante dicta fractura, & fuga, an infligenda ſit pœna condigna delicto, pro quo fuit carceratus, vel prius ſolùm pro effracto carcere, & fuga arrepta?

QVÆSTIO LXIV.

Diximus concurrentibus requiſitis, de quibus in *noſtro primo tom. dè Confeſsion.*
1 *lib.* 2. *quæſt.* 24. Carceris Effractori eſse irrogandam pœnam arbitrariam iuxtà circumſtantias facti, & perſonæ qualitates: & *num.*
2 12. ibidem concluſimus, quod dum fuerit Carceris Effractor ante effractionis tempus confeſsus, & conuictus, & condemnatus vltimo ſupplicio, ceſſat arbitraria pœna; qua non data condemnatione, eadem arbitraria pœna locum ſibi vendicat, vt probauimus in *dicta quæſt.* 24. *num.* 1. cui ſuperaddimus *Tex. in l.* 1. *et* 2. *ff. de Effractor. et expilator. Farinac. dè Carcer. et Carcerat. quæſt.* 30. *num.* 25. *pag. mihi* 58. *et conſ.* 193. *num* 43 *tom.* 2. *et deciſ.* 313 *num.* 11. *et ſeqq. antè præfatum tom.* 2. *Caball. poſt Problematice diſcuſſum articulum, caſ* 8. *num.* 28. *et ſeq. vbi eodem num.* 28. explicando verba *d. l.* 1. ibi = capite puniendos = Intelligit de alia mitiori pœna citrà mortem, & firmat, quod ab hac opinionè in iudicando, & conſulendo non ſit recedendum, & *idem Caball. caſ.* 42. *num.* 6. *et Ciazz. ad Reor. defenſ. diſcept.* 14. *num.* 7. dicit præfata verba eiuſdem l. 1. eſſe intelligenda non dè pœna naturali, ſed dè ciuili, & in hac pœna afflictiua arbitraria vt ſupra,

concor-

concordat *dicta lex ſecunda*, *eodem. tit. de Effractor. et Conciol. in ſuis reſolut. crimin. in V. Carcer. reſolut. 1. num. 1. et ſeqq.* Et eſt ratio, quià Carceris Effractor punitur propter fracturam, non propter delictum, quo in carceribus detinebatur, *Farinac. d. quæſt. 30. nu. 25. in V. Rurſus moueor, et* Ciazz. *d. diſcept. 14. num. 8.*

4 Ideoq; cum nihil commune habeat delictum cum carceris effractione, *Ciazz. d. diſcept. 14. num. 16. cum ſeqq. pag. mihi 136. cum ſeqq. et conſ. 11. num 10. pag. mihi 257.* antea
5 procedendum erit ſuper effractione carceris, & fuga; & poſtmodum ſuper delicto principali, iuncto indicio prouenienti à dicta fractura; & fuga; ſicq. ſeruatis de Iure ſeruandis, deuenitur ad cauſæ expeditionem contrà Reum abſentem. ſecundum ea, quæ docet *Conciol. in dicta reſolut. 1. num. 7. et Vermigliol. conſ. crimin. 13. num. 26. 27. et 28.* & in hac materia cum à d. d. D. D. dantur plures declarationes, & limitationes ad eoſdem ſtudioſum remittimus Lectorem.

Et quandò Aduocatus velit inſiſtere ad Rei defenſam in crimine effracti Carceris, & fugæ arreptæ à carcere, poterit illis ſtudere, quæ diffusè recenſet Ciazz. *in præcitata Diſcept. 14. et in præd. Conſ. 11.* Cæterum ego à præfatis ſuperius enarratis; & in terminis, de quibus agitur, non recederem, etiam in vim Bannimentorum Generalium, vt teſtatur *Bonſin. in notabil. ad Banniment. General. cap. 45. in Notabil. num. 9. et 10. et ibi in Addit.*

Carceris Effractori Elegiaca Exhortatio Authoris:

Carceris addictus Vinclis tua Vincula ſoluis?
Tu male quippè facis: tu benè quippe fugis.
Non fugis infelix? tecum tua Vincula portas:
Ne portes, fugias longè, latèque diu.
Omnia tempus habet, diſſoluit vincula Tempus:
Iudice pacato, Vincula rupta manent:
Non benè pro toto Libertas venditur Auro:
Hoc cœleſte Bonum præterit Orbis Opes.
Præterit Orbis Opes; non eſt vt Tantalus alter
Liber Homo, retinet gaudia cuncta ſibi.
Omne Malum in Vinclis patimur, crucimaur in omni
Tempore: triſtitias Manſio dura creat.
Libertas igitur ſtet Nobis omne per Æuum.
Atque Deo grates quiſque rependat ouans.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio de Euictione pro ſuo dato, culpa, et facto tantum, et non alijs etc. an includat, vel non factum ſui Authoris Singularis aut vniuerſalis? et num. 2.*

3 *An huiuſmodi promiſſio ſi non inducat Euictionem, præſtet ſaltem pecuniarum reſtitutionem, et quare?*

4 *Nemo locupletari debet cum aliena iactura*

5 *Pactum de non reſtituendo pecuniam, an de Iure valeat? num. 3.*

6 *Ceſſio facta mediante pecunia eſt quædam nominis, ſeù actionis emptio*

7 *Dum non poteſt agi ex empto, agitur ad precij reſtitutionem.*

8 *Limita, ſi conuentum ſit nolle teneri de euictione reſpectu certæ cauſæ, et perſonæ; quia in hoc caſu nec precium, nec pecunia reſtituuntur.*

9 *Pecunia reſtituuntur etiam ſi fuerint ceſſa iura talia qualia, ſi verſamur in cauſa onerosa, ſecus eſt in lucratiua.*

10 *Sicuti in Emptione et venditione datur reſtitutio pecuniarum, ita et in retrouenditione ex quadam æquitate.*

11 *In Subhaſtatione, et deliberatione bonorum quæ fit ad Inſtantiam alicuius Creditoris, quare Creditor non remaneat de Euictione obligatus? Et quid dicendum ſi expreſſe Creditor ſe obligauerit?*

12 *Creditor ſi non eſt obligatus de euictione, an teneatur docere ſaltem de vero Credito, et habere fundum cum anteriori hypotheca?*

13 *An ſi ſubhaſtatio, et deliberatio reddatur nulla, culpa ipſius Creditoris, teneatur, vel nè Creditor de Euictione fauore deliberatarij, vel alterius perſonæ à deliberatario cauſam habentis.*

14 *Creditor tenetur ad reſtitutionem precij habiti in deliberatione:*

Con-

Confeſſio de receptis pecunijs, ſeù actualis pecuniarum receptio cum Iurium ceſſione fauore ſolnentis, pro quibus iuribus ceſſis, cedens ſe obliget de Euictione pro ſua culpa, dato, & facto tantum; vel dicat nolle teneri in caſu &c. niſi pro ſuo dato, culpa, & facto tantum, & non alias, nec alio modo an in caſu &c. quomodo; & quando confitentem ſeù pecunias recipientem obliget de Euictione; aut ſaltem det actionem ad precium refundendum, ſeù pecunias reſtituendas in fauorem illius, qui pecunias exburſauit? Et quid dicendum eſt in venditione bonorum ſubhaſtatorum, & deliberatorum?

QVÆSTIO LXV.

QVotidie in Hominum commercio contingit huius quæſtionis materia, dum aliquis aut recepiſſe confitetur pecunias, aut actualiter recipit in Emptionis, vel alterius rei contractu, Iura cedit, & pro obſeruantia contentorum in Inſtrumento promittit de Euictione fauore ſoluentis &c. pro ſuo dato, culpa, & facto tantum, & non alias &c. aut fauore eiuſdem ſe obligat &c. nolle teneri de euictione niſi pro eius dato, culpa, & facto tantum, & non alias &c.

Hæc promiſſio inhærens confeſsioni de
1 receptis pecunijs, vel ipſimet actuali pecuniarum receptioni, Euictionis obligationem induceit, etiam de facto, & culpa ſui Authoris; ea ratione, quia taxatiua ſimiles caſus non excludit, cum incluſio vnius, non ſit alterius excluſio, quando eadem militat ratio, *Mart. de clauſul. clauſul.* 258. *per totam, par.* 1. *Mangil. de euict. quaſt.* 10. *à num.* 6. *vſque ad* 8. *& quaſt* 115. *num* 9. *&* 10. *& Rot. poſt Cenc. de Cenſib. deciſ.* 198. *num* 8. *& ſeqq. coram Innocentio X. Pamphilio.*

Et hoc intelligendum eſt de facto Auctho-
2 ris vniuerſalis, non ſingularis, iuxta opinionem *Mangil. eadem quaſt.* 10. *num.* 9 *& quaſt.* 11. *num.* 5. *Oſaſch. deciſ. Pedemont.* 48. *num* 8 *erga fin. & diſtinguendo tradit Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 37. *& ſeqq.* vel extranei *Caualer. deciſ.* 190 *n.* 5.

Sed omnis de Aucthore vniuerſali, ſiue ſingulari, vel extraneo ceſſat diſtinctio reſpectu reſtitutionis precij, ſeù pecuniarum;
3 quia quaecumque verborum formula ſi generaliter clauſulata ſit euictionis excluſio, tamen pecuniarum reſtitutio debebitur illi, qui eas exburſauit, dum expreſſum, & indiuiduum pactum minimè intercesſerit de pecunijs non reſtituendis; Siquidem æquipollentia, & æquiuoca verba non retardant pecuniarum reſtitutionem; ſed ſolummodo clarum, & ſpecificum pactum: & eſt ratio, quia cauſa reducitur ad non cauſam, *Text. Rotundus, qui plures decidit caſus in l. Emptorem,* 12. *§. Qui autem, & Bald. in eadem l. §. ſed Iuli. libr. & Paul. de Caſtr. in dicto §. Qui autem, ff. de action. Empt. & vendit Mangil. dicta quaſt.* 10 *num.* 12. *&* 13. *& quaſt* 11. *num.* 33. 35. *&* 38. *& optimè Gratian. diſcept. Forenſ.* 566. *n.* 3. *tom* 3. *Idem Mantic. in præfato tract. lib.* 4. *tit.* 24. *num.* 4. *lib.* 4. *tit.* 27. *num.* 20. *tom.* 1. *Egregie Burat. deciſ* 399. *num.* 4 *&* 5. *Rot. recent. par.* 4. *tom.* 2. *deciſ.* 374. *num.* 2, *& ſeqq & recent. part.* 7. *deciſ.* 155. *num.* 9. *&* 10. vbi dat etiam rationem, ne quis locupletetur cum aliena iactura, & *Idem Card. Mant. deciſ.* 109. *num.* 2 *& ſeqq.*
4 *qui num.* 2. *&* 3. firmat valere pactum vt ſupra ſpecialiter expreſſum, quod non debeat reſtitui precium, licet videatur iniquum,
5 nam tale pactum ideo tolleratur; quia videtur quodammodo emiſſe dubium euentum, ſicuti quando quis emit iactum retis. Et dum in hoc caſu dubij euentus pecunia non fuerit ſoluta, Emptor precium præſtare neceſse habebit, vt clare ex *dicto* §. *qui autem in V. quamuis Merx.*

Quo circumſcripto, ſeù expreſſo pacto non exiſtente inſurgit vlterior viuiſsima ra-
6 tio; quia ceſsio facta mediante pecunia cedenti ſoluta dicitur quædam nominis, ſeù actionis emptio, licet titulus non exprimatur, & ex hac ceſsione agi poteſt contra cedentem ex contractu, qui eſt Iuris gentium, alioquin remaneret ſine effectu, *Olea de Iur. ceſſion. tit.* 1. *quaſt* 4. *num.* 40 *Rot recent. par.* 2. *deciſ* 495. *num.* 3. *& coram exim. mem. Mertino deciſ.* 2. *num.* 5. *deciſ.* 17 *num* 14. Et eſt
7 ratio, quia dum non poteſt agi ex empto, agitur ad precij ſeù pecuniarum reſtitutionem, *Coccin. deciſ.* 1366. *per totam tom.* 3.

Quæ reſtitutio limitanda venit, ſi in Inſtrumento fuerit dictum reſpectu certæ cauſæ, & perſonæ ſe nolle teneri de Euictione;
8 quia tunc nec precium, nec pecuniæ reſtituuntur. *Mantic. dicto lib.* 4. *tit.* 27. *num* 21.

O & opti-

& optime exemplificant *Mantic. eadem deciſ.*
109. per totam, & Card. Cerr. tom. 1. deciſ. 4.
à num. 14. fere vſque ad finem ad quas deciſio-
nes etiam quo ad alia eruditum remittimus
Lectorem.

Nec pariter pecuniæ ſunt reſtituendæ, ſi
9 fuerint ceſſa Iura, talia qualia *Card. Celſ.*
deciſ. 127. num. 6. & 7.

At huiuſmodi procedit concluſio in
actione lucratiua, ſecus eſt in oneroſa *Alex.*
VIII. deciſ. 142. num. 5. & 6.

Et ea quæ ſupra diximus in emptione, &
10 venditione, procedunt etiam in retrouen-
ditione, in qua ex æquitate quadam dictæ l.
Emptorem debetur pecuniarum reſtitutio,
vt in terminis *Rot. poſt. Cent. de Cenſ. deciſ.*
384. num 3 & 4.

Vnde Summatim ad differentiam non
nullorum circa Venditiones, quæ fiunt ex-
tra Iudicium, & Illarum, quæ fiunt in Iudi-
cio, infertur, quod ſi ad inſtantiam Credi-
toris poſita ſint ſub haſta bona alicuius debi-
toris, & fuerint ab Exequtore, vel Iudice
11 deliberata, Creditor Emptori non rema-
nebit de euictione obligatus, niſi expreſſe
euictionem promiſerit, ratio eſt; quia Mi
niſterio Exequtoris, vel Iudicis fit venditio à
debitore, & ſolummodo Creditor obligatus
12 erit docere ſe verum eſſe Creditorem, & an-
teriorem fundum habere hypothecatum,
iuxta l. 1. & 2. Cod. Credit. euict. pign. non de-
ber. Neguſ. de pignor. Membr. 1. par. 6. num. 40.
Tiber. in ſua Prax Iudic. A. C. lib. 1. cap. 41.
num. 15. Poſt. de ſubhaſt. inſpect. 64. num. 1.
& ſeqq. & inſpect. ſeq. num. 46. & ſeqq. Pacific.
de ſaluian. interdict. inſpect. 4. cap. 1. num. 78.
Thomat. deciſ. March. 81. num. 12. Borgnnd,
tract. de Euict. cap. 33. num. 8. & ſeqq. Vermi-
gliol. conſ. 493 num. 6. verſ. ſed & num. ſeqq.
Sabel. var. reſolut. cap. 19. num. 18. & Rot,
recent par. 1 deciſ. 370 n 4 & 5, licet pactum
ſit incontrarium *Bald. conſ. 227. lib. 5. Odoſ.*
in dicta l. 1. eodem tit. in fin. Trentacinq. Var.
reſol. lib 3. tit. de emptiun. & vendit. reſolut. 17.
in verſ. ſecund. caſus eſt. & Poſt de Subbaſt. in-
ſpect. 63. num. 11 & ſeqq. & ad alia etiam
Mangil. de Euict. quæſt. 44. num. 3. cum ſeqq.
Caualer. deciſ. 602. num. 2. & Rot. recent. par.
1. deciſ. 370. num. 4. vbi num. 6. ſubdit, Cre-
ditorem de Euictione teneri, quando docere
nequit ſe eſſe Creditorem, & Neguſant. ibi-
dem *ſupra num. 40. verſ. Et primò fallit. &*
Poſt. in locis præcitatis. Vel quando pro eius
13 parte ſubhaſtatio, & deliberatio nulla red-
datur; quia etiam in hoc caſu Creditor dat
Euictionem *vt Sabel. ibidem ſupra Poſt. ibidem*
ſupra, & Thomat. eadem. deciſ. 81. n. 15. & ſeq.
& dicta deciſ. 370. Et ad plures alios caſus eſt
videndus. *Olea tract. prædict. de Iur. ceſſion.*
tit. 5. quæſt. 13. per totam, qui vlterius am-
pliat, declarat, & limitat, & *Merlin. de*
Pignor. lib. 4 tit. 3. quæſt. 101. optime ad plura
&c. & Rot, recent. part. 10 quæ pariter limi-
tat *deciſ. 118. num. 23. 24. & 27.*

Cæterum ob æquitatem; quam amplе-
14 ctuntur D. D. & Rotæ ſuper antedicta pre-
cij ſeù pecuniarum reſtitutione in caſu, quo
ſit locus euictioni, in Emptione bonorum
extraiudiciali, amplectuntur etiam in ven-
ditione, quæ fit in Iudicio ſubhaſta; & con-
ſequenter rei venditæ ſubhaſta, Euictione
ſequuta, poteſt emptor agere contra Credi-
torem, & illum, ad cuius inſtantiam fuit fa-
cta ſubhaſtatio, & cui fuit ſoluta pecunia,
vt precium cum litis ſumptibus ſolummodò
reſtituat. *Poſt. eodem tract. inſpect. 63. num. 44.*
cum ſeq. Vermigl. dicto conſ. 493. num. 6. erga
fin. & num. 8. & bene Rot recent. par 3. deciſ.
190. nu. 8. erga med. idemq. Poſt. eadem inſpect.
63. num. 48 ſubdit. procedere, etiamſi inter
Creditorem, & Emptorem initum fuiſſet
pactum, quod Creditor de euictione non te-
neatur, niſi fuiſſet per pactum expreſsè cau-
tum de non reſtituendo precio, *vt Poſt. ibi-*
dem ſupra num. 49 Sicque compertum de Iu-
re remanet in prædicto extraiudiciali, & in
preſenti iudiciali caſu de precij ſeù pecunia-
rum reſtitutione cum expenſis &c. fauore
ſoluentis non eſſe ambigendum, & dixit
Seraph. deciſ. 1074. num. 2. vbi pro dicta pre-
tij reſtitutione in vim reſolutionis contra-
ctus ait competere perſonalem actionem.

SVMMARIVM.

1 *Aſſerenti non creditur ad proprium commodum, niſi aliundè probatum reſultet.*

2 *Primus Creditor, ſi in Iudicio comparеat ante perfectam executionem, etiam tempore deliberationis, àn admittatur aduerſus ſecundum Creditorem ad ſuam faciendam executionem? & àn, & quomodo admitti poſſit, vel ſaltèm ſufficiat cautio de ſatisfaciendo præſtanda à ſecundo Creditore fauore primi?*

3 *Authori multùm placet talis cautio, & reddit rationes, ſignanter ſi non fuerit citatus principalis debitor.*

4 *Poſt addictum pignus Creditor anterior impedire nequit aduerſus ſecundum Creditorem bonorum deliberationem, ſed venire debet via ordinaria.*

5 *Poſt addictum pignus, dominium rei deliberatæ*
dicitur

Digitized by Google

dicitur tranſlatum in deliberatarium, & dantur rationes pro perfecta venditione.

6 *Creditor anterior communis debitoris bona poſſidens Iure pignoris nequit impedire poſteriores Creditores in deliberatione bonorum, vt de precio ſatisfiat primo creditum anterius, & poſtmodum gradatim poſterius.*

7 *Creditor anterior, an poſſit auocare pecunias exactas, & conſumptas a poſteriore Creditore bona fide, & quare?*

8 *Limitatur quatuor modis, primò, quando exactionis tempore par fuit diligentia omnium Creditorum concurrentium; ſecundo, dum ſolutio fit per decoctum: Tertio, dum Creditor anterior eſt priuilegiatus. Quarta, ſi Creditor anterior habet obligatum nomen debitoris.*

Creditoris primi, qui compareat in Iudicio ante perfectam executionem, ſcilicet ante deliberationem, & confiteatur, ac aſſerat, ſe primum eſſe hypothecarium Creditorem in bonis N. exequtatis, an huiuſmodi ſimplici confeſſioni, & aſſertioni credatur, vel ne? ſi incontinenti talis Creditor non doceat de ſuo anteriori Credito hypothecario? Et ſi doceat, an refectis expenſis faciat ceſſare ſubhaſtationem, & deliberationem? Vel proſequenda ſit executio, & reſpectiuè ſubhaſtatio ad inſtantiam Creditoris ſecundi, qui obtinuit mādatum, præuia ſatiſfactione primi Creditoris, & poſtmodum ſecundi, ad cuius inſtantiam fuit facta deliberatio?

QVÆSTIO LXVI.

1 PRopriæ aſſertiuę, ſeù confeſſioni fauore Aſſerentis, & Confitentis, non creditur, niſi aliunde iuſtificetur aſſertio, & confeſſio, vt eſt vulgatum in Iure, & alias hic diximus, & in primo tom. de Confeſſion.

Conſequenter primus Creditor compa-
2 rēs in Iudicio ante perfectam executionem, etiam in termino deliberationis; vlteriorem impedit executionem; & ad impediendum admittitur, ſi incontinenti non ex ſua aſſertione, ſed per Inſtrumentum publicum docuerit de ſuo Credito, ſignanter, ſi debitor non eſſet ſoluendo, refectis tamen expenſis eatenùs à ſecundo Creditore factis, *Saluſt. Tiber. in ſua prax Iudic. A.C. lib. 1. cap. 42. & in in alia impreſſione cap. 44. num. 1. & 2. vbi in medio dicti num. 2. ait*, quòd poterit ſecundus Creditor dicere, & inſimul obtinere, quòd non ſuperſedeatur in executione, ſed fiat vēditio, & de precio ſatisfiat primo Creditori; reſiduum verò conuertatur in cauſa Iudicati pro ſatisfaciendo ſecundo Creditore, & latè docet etiam *Ludouic. Poſt. in aureo ſuo tractat. de ſubhaſt. inſpect. 19. num. 27. 28. 36. & 37. cum ſeqq.* vbi eodem *nu. 36. cum ſeqq.* ſubdit procedere, etiamſi primus Creditor non obtinuiſſet ſententiam contra ſuum principalem debitorem, dummodo docuerit de Iure anteriori, & priori, & ita etiam concordat *Carthar. deciſ. Genuenſis 19. num 4. & optimè etiam Merlin. de Pignor. lib. 4. tit. 3. quæſt. 97. num. 1. & ſeqq. per text. in l. a Diuo Pio, 16. §. quod ſi rei, ff. de re Iudic.* & egregiè ratiocinatur *Scacc. de appell. quæſt. 17. limit. 6 membr. 4. pagin. mihi 356. num. 78. erga finem*, ibique concludit, & mihi multum placet, quòd ex-
3 executio iam facta non retardetur, dummodò Creditor, qui executionem fecit, alteri Creditori ſe iactanti anteriori, & docenti de anterioritate cautionem dederit informa depoſiti de ſatisfaciendo in caſu ſuccumbentiæ, *& num. ſeqq.* ampliat, & limitat.

Et hęc Scacciæ ſententia ſuper dicta Cautione mihi æquior videtur; ſiquidem diſcuſſio Iurium prætenſi anterioris Creditoris denegari nequit; cum non ſit Citatus debitor principalis, qui in Iudicio ſer. ſer. vocatus tot poſſet elidere exceptiones, quæ eſſent ſufficientes ad repellendum aſſertum Creditum anterius, licèt appareat ex publico documento, *Galleſ. & Zacch. quæſt. 17. de obligat.* Cameral.

Tanto magis, quia intereſſe principale eſt reſpectu debitoris, qui ſemper eſt citandus, *ad Tex. in l. de vnoquoque, 47. ff de re Iudic. l. 2. C. quib. res Iudic. non nocet l. fin.* C. *ſi per vim, vel alio mod. Abſent. perturbat. ſit poſſeſſ. Vbert. tract. de* Citat. *tom 3 cap. 14. num. 90. & in Prax. de mod. & ration citand. par. 1. tit. de citat. præparat. formul. 10. in V. alias videndum &c. pagin. mihi 22. Sabel. var. reſolut. cap. 69. num. 14.*

Quæ Cautio non eſt præſtanda, ſi Credi-
4 tor etiam anterior veniret ad Iudicium poſt addictum pignus; etenim in hoc caſu receditur à via executiua, & actione ordinaria agendum eſt; nam poſt ſubhaſtationem, & deliberationem, ac adiudicationem tale executiuum remedium ceſſat, & ordinarium ſi-
5 bi locum vendicat, quià Dominium eſt tranſlatum in deliberatarium, vt *in eadem l. à Diuo Pio §. ſi poſt addictum in l. 3. C. de execut. rei Iudic. Antonin de Amat. reſolut. 94. num. 1. cum ſeqq. Grammat. deciſ. 52. num. 4. Afflict. deciſ. 358. Tiber. in ead. prax. lib. 1. cap. 54. num. 3. & 4. & Merlin. præcitato in lib. 4 tit. 5.*

quæſt. 177. & reddit rationem idem de Amat. ead reſolut. 94. num 32. verſ. certum cum nu. ſeq et num. 35. ait pignus eſſe addictum, ſiue tradita ſit poſſeſsio ſiue non; quia per adiudicationem pignoris, & interpoſitionem ſecundi decreti iam perfecta eſt venditio.

Verum ſi Creditor anterior bona commu-
6 nis debitoris poſſideat Iure pignoris, impedire nequit ſubhaſtationem ab alijs poſterioribus Creditoribus requiſitam ſed hæc ſubhaſtatio decretanda eſt cum clauſula Non amoto Creditore anteriori a ſua poſſeſſione, & ipſo prius ſatisfacto, & poſtmodum ſi quid remanſerit, in ſolutionem Creditorum poſteriorum gradatim erogetur, ad normam *dicta l. à D. Pio 5. quod ſi res fuerit pignorata ff. de re Iudic. et Card. Cerr. deciſ. 561. num. 11 et ſeqq. tom. 1.*

Cęterum è conuerſo pro Coronide notan-
7 dum eſt, quod creditor anterior pulſare nequit Creditorem poſteriorem, imò ab eo auocare non poterit pecunias exactas bona fide conſumptas: & hoc procedit, ne commercium inter Homines ſubuertatur, *Anton. Conciol. allegat. 40. nu. 30 Seraph. deciſ. 1074. nu. 3 et Rot. in Addition. Poſt. de Subhaſt. deciſ. 233. num. 18. et 19.*

Quæ *deciſ.* 1074. dat duas limitationes, &
8 primò, quando tempore ſolutionis par fuit diligentia omnium Creditorum, & tamen fuerit poſterior gratificatus. Secundò, quando ſolutio fit per decoctum, & non ſupereſt, vt Creditor anterior ſatisfiat. Tertiò, quando Creditor anterior eſt priuilegiatus; ſignanter ex cauſa Dotis, niſi Creditor poſterior, qui pecunias exegerit, & conſumpſerit, ſit æqualiter priuilegiatus: tunc priuilegia coæquantur, vt *in dicta deciſ. 233. num. 20. et 21.* Quartò, ſi Creditor anterior obligatum habuerit ſui debitoris nomen; tunc poterit in ſubſidium agere ad pecunias exactas: duobus tamen concurrentibus, ſcilicet, ſi executio facta ſit contra principalem debitorem, & quod pecuniæ exactæ retineantur non ex cauſa onerosa, ſed lucratiua, *l. Mater 3. C. de rei vendic. Rot. recent. par. 2. deciſ 760. num. 8. et ad hæc una ſcripſi luculenter perlegatur idem Antonin de Amat. reſolut. 51. per totam.*

SVMMARIVM.

1 *Deliberatio Rei capta in executioné, an præſentiam pecuniæ requirat, vel poſsit haberi fides de precio?*

2 *Interuentus pecuniæ ſi probandus; à quo ſit iuſtificandus?*

3 *Pecunia in actu deliberationis bonorum ſi non interueniat, an ſufficiat, vel né confeſſio de receptis pecunijs, et an contra confitentem, et contra quos alios? ſed declaratur.*

An ſubhaſtationibus pręcedentibus, bonorum executatorum deliberatio poſsit fieri vel nè, ſine interuentù pecuniæ, ita vt poſſit haberi fides de precio, & an, & quando loco pecuniarum interuentus ſuppleat confeſſio de recepto contra confitentem, & Illius Hæredem?

QVÆSTIO LXVII.

EX numeroſa D. D. Phalange *à Poſt. de Subhaſt. relata inſpect. 37. num. 1. et ſeqq.*
1 clarè elicitur, quod venditio, & bonorum deliberatio facta ab executore, ſeù Iudice exequente de re debitoris ſubhaſtationibus præcedentibus, fieri debet præſenti pecunia, quę manualiter in eo actu ſoluatur Creditori. nec de precio fides haberi poteſt, vel eius ſolutio differri, alias venditio, & deliberatio, illiuſque decretum nulla ſunt; & reuocari poſſunt vt *Rot. poſt eundem tract. de Subhaſt. deciſ. 89. num. 6. deciſ. 98. num. 1. & 2. et deciſ. 115. nu. 5. et Ridolph. in Prax. A.C. par. 1. cap. 15. num. 111. et late Salgad. in Labyrinth. credit. concur. par. 3. cap. 2. num. 1. & ſeqq.*

Huiuſmodique cum ſit inductum fauore Creditoris, vt poſsit conſequi, quod ſuum eſt: ita & eo conſentiente, poteſt deueniri ad ſubhaſtationem, habita fide de præcio, *Salgad. ibidem ſupra num. 7. cum ſeqq. Margil. de euict. quaſt 45. num. 18. & 19. & ſeqq late idem Ridolph. ibidem ſupra num 113. cum ſeqq. dicta deciſ. 98. num. 3. & 4. & in præfata deciſ.*

115.

115. *num.* 10. *& ad alia num. ſeqq. & Poſt. in ſuis reſolut in* 12. *reſolut. num.* 48.

Sed caſu, quo huiuſmodi veniat requiſi-
2 tum interuentus pecuniæ liquidandum pro
parte licitatoris, probandum eſſe ſanciuit
dicta *deciſ.* 115. *num.* 1. *&* 2. *& ad alia num.* 3.
cum ſeqq.

Qua non interueniente pecunia, vel non
3 habita vt ſupra fide de precio, non ſufficit
confeſsio de recepto, niſi pretiũ aliunde nu-
meratum probetur; & niſi agatur contra
confitentem, & eius Hæredem *Mangil. de Euiction. quæſt.* 192. *num.* 46. *& de Subhaſt. quæſt.* 115. *num.* 4. *& ſequitur Poſt. in eadem inſpect.* 37. *num.* 12. *&* 13.

Prædictaque quoad factum Defuncti nullum, & inualidum, & quandò factum eſt contra prohibitionem Legis, locum non habent, nec procedũt in Legatario particulari; quia hic venire poteſt contra factum Defuncti, vt multis D. D. & Rot. deciſ. firmat pro indubitato *idem Poſt. in ſuis reſolut. ſimil. Reſolut.* 1. *num.* 47. 48. *&* 49. *cum ſeqq.* infert etiam ad Alia.

SVMMARIVM.

1 *Dominus non tenetur pro delicto ſui Famuli.*
2 *Tenetur ſi in Domo ſua habuit Famulos malæ conditionis, & famæ.*
3 *Vigente Dolo, eadem pœna punitur Dominus, qua Famulus.*
4 *Mala electio eſt in culpa Domini eligentis.*
5 *Dominus tenetur inquirere qualitates Famuli; & dum non exquirit, ſibimet imputat.*
6 *Author quoꝺam Epigrammate monet Dominos.*
7 *Dominus dum Famulum, ſiue ſeruum conducit communiter habitum pro fideli, & in bona fama eximitur à culpa.*
8 *Quicquid facit Seruus, & Famulus an in vtilitatem Domini; & de eius ſcientia feciſſe præſumatur?*
9 *Famulus ſi expreſsè fateatur deliquiſſe de mandato Domini, an ſit vel nè credendum?*
10 *Dominus ex facto Inſtitoris, ſeu Præpoſiti teneatur.*
11 *Dominus obligatus eſt exhibere ſuum Famulum.*
12 *Dominus non exhibendo Famulum ſuum, qui delicta commiſit, an poſsit condemnari pro confeſſo, & conuictu ſuper Famuli delicto?*
13 *Dominus, quo mediantè, liberatus remaneat à delictu perpatrato à ſuo Famulu?*
14 *Dominus exhibendo Famulum quomodo, & quando liberatus remaneat, vel non per exhibitionem?*
15 *Sed quid dicendum eſt, ſi Famulus aufugiat? tenebitur ne Dominus pro fuga arrepta à facinoroſo Famulo?*

An, & quando Dominus teneatur, vel nè pro delicto commiſſo à ſuo Famulo, qui illud etiam confiteatur? vel ſaltem Dominus teneatur Famulum, vel Seruum exhibere? alias non exhibendo vtrum Dominus poſsit iuridice declarari pro confeſſo, & conuicto ſuper delicto à Famulo perpatrato?

***

QVÆSTIO LXVIII.

Satis compertum eſt in Iure, quòd Do-
1 minus non tenetur pro delicto ſui Famu-
li; cum non debeat Serui culpa eſſe nociua
Domino, ita teſtante *Clar. in Prax. criminal. §. fin. lib.* 5. *quæſt.* 86. *verſ. hinc infertur, & ibi Baiard. num.* 7. *diſertiſsimè Menoch. lib.* 5. *præſumpt.* 27. *num.* 1. *& ſeqq. & Vermigl. conſ. crimin.* 335. *num.* 1. & 2. vbi ſubdit, quod nec ciuiliter, nec criminaliter actione in factum obligatus ſit Dominus pro Famulo delinquente, & *Rot. ante volum. conſ. crimin. Farinac. deciſ.* 14. *num.* 1.

Ab hac tamen regula receditur, quando
2 Dominus tenuit, vel tenet in Domo ſua famulum, ſeu Famulos malæ conditionis, & famæ, ſiue notorie ſceleſtum, ſeu ſceleſtos; & in hoc caſu Dominus dum venit moleſtatus pro delicto Famuli ſeu Famulorum ſuorum, bonum eidem erit ad ſe liberandum à moleſtijs probare Famulum, ſeu Famulos fuiſſe communiter reputatos pro Homine, ſeu Hominibus bonæ opinionis, vocis, & famæ, *Clar. in ead. quæſt.* 86. *& in præcitato verſ. & in V. Hoc tamen, ibique Baiard. & optimè Farinacc. de Delict. & Pœn. quæſt.* 24 *num.* 91. *vbi num* 92. *& ſeq.* ait, quod vbi non eſt
dolus; non militat eadem pœna in Domi-
3 num, ſicuti, & in Famulum, & *Rot. poſt* 1.
Vol. conſ. crimin. Farinac. deciſ. 63. *in calce n.* 5. *in V. vnde pag. mihi* 349. *& poſt* 2. *volum. conſ.* 125. *num.* 7. *& ſeqq. & in eod. vol.* 2. *deciſ.* 14. *num.* 1. *& ſeqq. & egregie Vermigl. dicto conſ.* 335. *num.* 3. vbi redditur ratio, quod mala
4 electio ſit in culpa Domini eligentis, & la-

ze Me-

tè *Menoch. præcitata præſumptione* 27. *num.* 17. *& ſeqq. & in dicta deciſ.* 14. *num.* 1. *et ſeqq. et Sabell. var. reſolut. cap.* 37. *num* 4. *ve diffuſè* Caluin. *de* Æquitate lib. 3. cap. 245. n. 5 *et* 6.

Siquidem ait *Paul. de Rub. tract. de Validit. Legal. controuerſ. Forenſ. cap.* 16. *nu.* 25. quod
5 ſedulo quilibet dum ſibi prouidet de Famulo; caueat, & inquirat eius qualitates, ne ſibi imputandum veniat, ſi non cogitauit; quod de facili euenire poſſet. Vndè ad Do-
6 minorum inſtructionem elegiali Carmine canam:

Carpite vos Domini ſeruos, vos carpite rectos:
Ne vos conſortes vtraque Iura vocent.
Ad delictorum pœnas, ad damna ſequenda;
Quæ nequam ſeruus gignere ſæpe ſolet.
Si bonus eſt Famulus, tunc gaudia ſumma per æuum;
Si malus, excidium, præſtat, vbique Domus.
Sit ſtudium Dominis reprobos expellere ſeruos;
Sit ſtudium ſeruis obſequium in Dominos:
Viuite felices Domini: Sic viuite ſerui:
Sub Domino Ieſu ſeruus vterque manet.
O quàm iucundum eſt tanto ſeruire Dynaſtæ:
Qui Nobis ſempèr munera vera refert.
Huic igitur nos certemus ſeruire Perenni:
Noſtra perennis erit Vita perenne Bonum:

Ab huiuſmodi verò culpa dicitur vacare
7 Dominus, quandò conduxit famulum communitèr habitum, & reputatum pro fideli, diligente, & in bona conditione, & fama conſtitutum, vt ex D.D. & deciſ. ſuperius allegatis, & *Rot. poſt.* 2. *Vol. conſ. crimin. Farinacc. deciſ.* 114. *in Addit. lit.* 6 *& Caluin. ibidem ſuprà, & Rip. in* vtroque caſu *tract. de Nocturn. tempor cap.* 21. *num.* 37.

Et quamquam quicquid faciat Famulus
8 occaſione Domini, & pro eius vtilitate, & ipſo ſciente, & de eius voluntate, & mandato feciſſe cenſeatur; ſi tamèn in mandato alia concurrant, *Clarus ibidem ſuprà, in V. ſciat etiam, Vermigl. d. conſ.* 335. *num.* 21. *&* 22. *Caluin. in locis præcitatis, num.* 7. 8. *et nu.* 18. 19 *et* 20. vbi quòd vtilitate ceſſante fauore Domini, ceſſet ſcientia, & ipſius Domini participatiò, & conſequenter delictum reſpectu Domini; cum vtilitas maximè ſit habenda in conſideratione.

Attamèn ſi expreſsè fateatur Famulus de-
9 liquiſſe de mandato Domini, huic qualitati ſic adiectæ non eſt credendum; quia præſumitur talis qualificatiua facta Confeſſio ad ſe eximendum; *Vermigl. d. conſ.* 335. *n.* 7. *&* 8. & me refero ad ea, quæ diſtinguendo ſcripſi *in meo pri. tom. de Confeſſion. lib* 2. *quæſt.* 26. *per totam.*

Quicquid ſit in terminis Inſtitoris, vel
10 Præpoſiti, ſententia ſtat affirmatiua; ſcilicèt quòd Dominus ex facto Inſtititoris ſeu Præpoſiti; & ex illius confeſſione obligetur, vt firmat pluribus congeſtis Authoritatibus *Sabell. ibidem ſupra cap.* 31. *num* 4. *&* 5.

Veruntamen eſt notatu dignum, quòd etiam in caſu, quo Dominus non tenetur pro ſui famuli delicto; debet nihilominus ad in-
11 ſtantiam damnum paſſi eum item exhibere famulum ad effectum puniendi; & ſi exhibere recuſat; quanquam Dominus non ſit in culpa tenetur pro delicto Famuli; imò habe-
12 tur, vel ſaltèm poteſt pronunciari, & declarari pro confeſſo, & conuicto de delicto per Famulum commiſſo, vt optimè docet *Farinacc. de delict. & Pæn. quæſt.* 24. *à nu* 95. *vſque ad* 101. *pag. mihi* 313. *& Baiard. ad* Clar. *§. fin. quæſt.* 86. *nu.* 8. *&* 9. & late videndus *Caluin. ibidèm ſuprà, num.* 9. *cum ſeqq.* & diffuſè *Raphael de Viloſa tract. de ſeru. fugitiu cap.* 6. *n* 20.
13 vbi ſubdit, quòd Dominus liberatur ſi ratione delicti perpetrati à ſeruo, litis æſtimationem, vel ſeruum ipſum in noxam tradit ibique num. 21. cum ſeqq. concludit, quòd ſit in poteſtate Domini alterutrum præſtare, ſcilicèt aùt litis æſtimationem, vel ſeruum ipſum.

Qua facta exhibitione ad formã *l.* 1. *§. Ce-*
14 *terum ſi ſciente, ff. ſi. famil. furt. feciſſ dicat.* Dominus remanet liberatus, & ſi conſtet de diligentia, & non potuerit reinuenire ſeruum paritèr liberatus remanet, *Baiard. ibidem ſuprà, nu.* 9. *& Farinacc. d. quæſt.* 24. *in locis præcitatis, & num.* 106.

Non erit autèm Dominus liberatus, dum
15 ſciuit delictum Famuli, & non prohibuit, ſed permiſit, ſeu iuſſit; in hoc enim caſu non iuuatur priuilegio exhibitionis, quaſi illud perdiderit ex ſuo delicto, ut ad propoſitum declarat *Cratian. diſcept. forenſ. cap.* 625. *num.* 32. *&* 33. *tom.* 4. ad quàm diſceptationem remittimus Lectorem pro huius materiæ ſaturitate in ſuis alijs declarationibus, & limitationibus, & *ad Raph. de Vilos eodem cap.* 6. 22. *cum ſeqq.*

Quid ſi Famulus aufugerit? & prædictis, non concurrentibus aduersùs Dominum, & fugæ non ſit Dominus particeps, nec potue-

cit

Digitized by Google

rit prohibere, concludam non teneri Dominum, *Farinac. d. quaſt. 24. nu. 103. cum ſeqq.* & redditur etiam ratio à *Paul. de Rub. pracitato in cap. 16. num. 48. & ſeqq. & a d. Viloſ. de ſe..n. fugit. cap. 9.*

Cætera videri poterũt etiam pènes *Cyriac. tom. 2. contr. 356. num. 40. 44. & 47. & Gratian. & Calvin, reſpectiuè, nec non Menoch. ibidem ſupra,*

SVMMARIVM

1 *Fuga ſuſpicio àn ex mera iurata Creditoris confeſſione probetur? & ſi non probatur, qua & qualia ſint neceſſaria pro huius ſuſpicionis fuga mandato? Et dum opportuna non inſurgit probatio, vtrùm quomodo, & quando excarcerandus ſit Debitor? Vel dum eſt confeſſus in Iudicio ſuper Debito, an locus ſit, vel ne excarcerationi?*

2 *Creditor ſi ſeruat. ſeruan. ſuum conuenit Debitorem in vno Tribunali, àn poſſit in alio iurari ſuſpectus, & ſuſpicionis fuga mandatum àn poſſit exequi in die feſtiuo in honorem Dei, & Sanctorum? Et àn vigore reſcripti Papa pro tali exequendo mandato comprehẽdatur dies Dominicus?*

Vtrùm ex ſola Aſſertione, & Confeſſione Creditoris etiam iurata contra ſuum Debitorem de fuga ſuſpectum allegatum poſſit ralaxari mandatum ſuſpicionis fugæ, iuncta probatione Creditii per legitimas probationes, ſi non concurrat probatio ſuper deterioratione conditionis ipſius Debitoris cauſata poſt initam Obligationem?

QVÆSTIO LXIX.

CAuſæ, & effectus mandati ſuſpicionis fugæ contra Debitorem fauore Creditoris ſatis innoteſcunt ex his, quæ luculentèr congerit non ſatis laudatus intèr prælatitias Cohortes piiſſimus *Scanarol. in ſuo egregio Tract. de Carcer. & Carcerat. libr. 3. §. 8. cap. 1. cum ſeqq. capp. pag. mihi 484. cum ſeqq. Pattell. Expedit. Cauſ. Ciuil. expedit. 27. & ibi in Annot. & Mancin. de Iurament. part. 4. effect. 6. num. 18 erga fin.*

Cæterùm effectus pro huius ſuſpicionis fugæ mandato expediendo oriri ſolummodo

1 non poſſunt, & probati non remanent per meram Creditoris iuratam confeſſionem aſſeuerantis ſuum Debitorem eſſe vagabundum, & forenſem &c. niſi aliundè probetur ſummariè, quanquam ſine Partis citatione, à Teſtibus idoneis dictæ fugæ ſuſpicio, cum alijs conſimilibus ad fugam ſpectantibus, *Marc. Angel. Leon. in ſuo tract. de Praparat. Iudicior. part. 1. praparat. 11. num. 28. cum ſeqq. et part. 2. Praparat. 28. num. 1. et ſeqq.* Nihilominùs ſi tale ſuſpicionis fugæ Iuramentum à Iudice met deferatur Creditori, *Mancin. ibidem ſuprà, num. 10.* qui Creditor ſuum etiam concludenter iuſtificauerit creditum, & concludenter, ac ſummariè probauerit Debitorem deterioraſſe ſuam conditionem à die initæ obligationis: his copulatiuè concurrentibus requiſitis, validè eſt relaxatùm ſuſpicionis fugæ mandatum, *l. In omnibus ff. de Iudic. gloſ. in l. Quaſitum eſt ff. de pignor. Scanarol ibidem ſupra, Pattell. in eade. Annot. 27. num. 12. et 13. et 19. et Mancin. de Iurament. in locis pracitatis nu. 5. 6. 7. 9. et 16. Thomat. deciſ. march. 76. Rot. poſt. d. Scanarol. in Append. cap. 3. coram R. P. D. Coccino, num. 5. et ſeqq. et cap. 33. coram R. P. D. Albergato, num. 14 et 15. et coram Buratto deciſ. 531. nu. 1. 3. 4. et ſeqq. vbi in Annot. num. 8.* ſubdit, quod non ſufficiat quælibet mutatio, & conditionis deterioratio, ſed debeat eſſe inſignis, & notabilis. Et eſt ratio ex prædictis D. D. & deciſ. quia Debitor non poteſt ſuſpectus allegari, niſi ex cauſis ſuperuenientibus, & notabilibus conſtituentibus Debitorem in fugæ ſuſpicionem. Quæ fugæ ſuſpicio ceſſat, quando Debitor in ſuo Domicilio bona poſsideat, *Mancin. ibidem ſupra, num. 14.* Imò ſufficit, quod Forenſis Debitor in Statu Eccleſiaſtico habeat, & bona poſsideat, & tunc tale mandatum eſt omnino reuocandum, *Scanarol. dicto lib. 3. cap. 2. num. 31. et 59. et in dicta deciſ. coram Albergato nu. 16. pag. mihi 124. vbi Scanarol. dicto num. 59. et 60.* ſubdit non poſſe ſuſpectũ allegari, etiamſi non poſſideat bona æquiualentia.

Imò ſi Debitor ante contractum non poſſidebat, ſuſpectus allegari nequit; quia ſuſpicionis Cauſa erat ante contractum; & ſibi imputare debet Creditor, dum approbanit Debitoris perſonam; ratio eſt, quia ſuper ſuſpicione, quæ tunc inerat, non poteſt Creditor ſe fundare, *Scanarol. dicto lib. 3. §. 8. cap. 2. n. 5 et 6 pag. mihi 487. et Pattell. in annot. ad dictam expedit. 27. num. 34. et Mancin. ibidem ſupra num. 9. in fin.*

Cæterum aduertendum eſt, quod licet ex prædictis Debitor iuſtificetur male captus, & ſic relaxandus: erit tamen retinendus, & in Carceribus confirmandus, ſi debitum confiteatur,

Digitized by Google

teatur, idem Marc. Angel. *Leon. in eodem 28. Preparat. num. 22.* & ad alia *numeris ſeqq*

An autèm Debitor in diem poſſit allegari ſuſpectus antè diei ceſſionem, latè docet idem *Scanarol præcitato lib. 3. §. 8. cap. 2. num. 27. cum ſeqq. et ibi in Appendic. cap. 3. Rot ca ram Coccino. num 9. et Partell. in ead. Annot. 27. num. 34. et Mancin. ibidem ſupra, num. 8.* vbi locum eſſe capturæ determinat iuſtificata ſuſpicione.

Sed omnis ceſsat capturæ iuſtificatio, vbi poſset relaxari mandatum executiuum; quia in hoc caſu facilius poteſt relaxari mandatum ſuſpicionis fugæ, quod pro faciliori executione concedi poteſt, & ſolet, *Annot. ad Burátt. præcitata in deciſ 531. num. 9.*

Benè verum eſt; & aduertendum, quòd
6 dum Creditor ſeruat. ſeruan. conuenit Debitorem in vno Tribunali, in illo debet ſeruat. ſeruan, iurari ſuſpectus Debitor, & relaxari mandatum ſuſpicionis fugæ, præſertim ſi periculum non ſit in mora, vt docet Scanarol. in toties citato *lib. 3. cap. 2. num. 35. 36 & ſeqq.* & ſignanter *num. 38. & in appendic. cap. 23. in deciſ coram Albergato num. 1. vbi num. 17.* ſubdit, quod lite pendente ſuſpectus de fuga cautionem præſtando ſine præiudicio nullitatis poteſt impugnare mandatum prædictum, & *Mancin. ibidem ſuprà num. 10.*

Denique pro coronide tene menti, quod licet in die feſtiuo mandata exequi non poſſunt, vt latè multis diſtinctis caſibus docet Pignattell. tom. 8. conſult 10. ſuſpicionis tamen fugæ proceſsus fabricari poterunt, & ex eis mandata de fugæ ſuſpicione relaxari; & exequi etiam in die feriato in honorem Dei, imò in die Natiuitatis, & Paſchatis Reſurrectionis D. N. Ieſu Chriſti, *Scanarol. in prædicto lib. 3. §. 8. cap. 11. num. 18. & 19. pag. mihi 556. et dicta conſult. 10. num. 8.* Et hoc intelligēdum eſt ad tenorem ordinamentorum Viſitæ; quæ Ordinamenta quotannis affiguntur ante feſtiuitatem eiuſdem Miſterioſiſſimæ Natiuitatis, & Paſchatis. Veruntamèn aduertendum eſt, quòd dum verſamur in Reſcripto Papæ carcerationem permittente in diebus feſtiuis, ſub huiuſmodi papali Conceſſione non comprehenditur dies Dominicus, niſi de eo fiat expreſſa mentio, *Scanarol. eod. lib. 3. cap. 11. num. 49.*

SVMMARIVM.

1 *Emptor ſi in Inſtrumento emptionis confiteatur, et aſſerat emere aliqua bona prò Perſona ab ipſa emptore nominanda, an, et quando ipſi Emptori, vel Perſona nominanda acquiratur Dominium, Ius, et hypotheca?*

2 *Quid dicendum eſt, ſi Emptor ſimpliciter in Inſtrumento aſſerat emere pro ſe, ſuiſque hæredibus, et ſucceſſoribus, et poſtmodum in diuerſa alio Inſtrumenta confiteatur emiſſe pro N. et de ipſius pecunys, et ipſum non habuiſſe etiam à principio, niſi purum, et nudum nomen?*

3 *Hæres nominatus certus, et inſtitutus, vt ab eo Alius nominetur, donec ſequatur nominatio an remaneat verus Hæres?*

4 *Hæres ſtudio dualiter nominatus, et inſtitutus cum d. facultate Alium nominandi, ſed nullo præfixo tempore ad nominandum. An Interim moriens tranſmittat, vel non huiuſmodi hæreditatem ad eius Hæredem ab inteſtato, vel ex Teſt. ſuccedentem?*

Emptor ſi in Inſtrumento Emptionis confiteatur emere pro perſona ab eo nominanda an ſibi, vel nominandæ Perſonæ dominium, & hypothecā acquirat in vim ſimilis Inſtrumenti? Et quid dicendum eſt in Hærede nominatim inſtituto cum onere Alium nominandi Hæredem, quem eius vita durante, minimè nominauerit, an Hæreditas hæc traſmittatur ad hæredem inſtituti Hæredis?

QVÆSTIO LXX.

1 HÆC Emptoris confeſſio de emendo pro Perſona nominanda, explorati Iuris eſt, quòd donèc ab Emptore non fuerit facta nominatio Perſonæ, pro qua fuit emptum Prædium, ſeu emptus Cenſus, omne commodum, & omne Ius tam reſpectu Dominij, quàm Hypothecæ tribuit ipſimet ementi; poſtquam verò facta fuerit ab Emptore nominatio, totum Ius ab Emptore iam

acqui-

ſitum tam reſpectu Dominij, quam hypo-
thecæ &c. ac Nominatum deuoluitur ipſo-
iure: itaut ſi medio tempore antè factam no-
minationem Emptor aliquam fecerit obli-
gationem non cadet hypotheca fauore Cre-
ditorum Emptoris. ſed erunt bona immunia
ab omni onore fauore illius, qui fuerit ab
Emptore nominatus, *Card. Mantic. deciſ. 33.
num. 1. et ſeqq. et Rot. recent. par. 10. deciſ. 80.
à num. 21 et vſque ad fin. et Rot. poſt Merlin. de
Pignor. deciſ. 117. num. 1. et* Capyc. *Latr. deciſ.
143. nu 1. et ſeqq. lib* 2. & latius in meo 1. *tom.
de Confeſſion. libr.* 1 *Quæſt. 65.*

Secus dicendum eſt, ſi eſſet emptum no-
2 mine proprio, & pro ſe, ſuiſque Hæredibus,
& Succeſſoribus, & poſtmodum etiam poſt
aliquid temporis interuallum contrarium aſ-
feratur, & confiteatur in alio Inſtrumento,
ſeu ſcriptura fuiſſe Prædium emptũ, ſeu Cen-
ſum creatum cum pecunijs N. & pro ipſo
N. quia in hoc caſu omne Ius Dominij, &
hypothecæ acquiritur Emptori, & ſuis Cre-
ditoribus medio tempore contrahentibus,
Gregor. XV. deciſ. 227. num. 2. & ibi Add. &
ſequitur *Rot coram Zarate deciſ. 116. num. 3.
& 4* & viden. *Iuſtig. deciſ. 33. par. 1.*

Ita & e contra Hæres nominatim certus
3 inſtitutus pro perſona ab eo nominanda,
donec nominatio ſequatur, remanet ve-
rus Hæres, *Rot. recent. par. 19. deciſ. 139.
num 1. & ſeqq & deciſ 386. num. 1. & ſeqq.
& ſignanter num. 7. cum ſeqq. vbi num. 15. &*
4 16. *cum ſeqq.* ſubdit, quod dum Teſtator cer-
tum tempus ad nominandum minimè præ-
fixit, conſequenter differre potuit nomina-
tionem vſque ad vltimum ſuę Vitę ſpiritum,
& donec ad eamdem nominationem deue-
niſſet, ipſe ſemper fuerit verus Hæres, ſic-
que bona ad ſuum tranſmiſerit Hæredem,
vt ex grauiſsimis rationibus adductis in *ea-
dem deciſ. 386. num. 15. cum ſeqq.* pluri-
bus ad quam deciſionem remittimus Lecto-
rem.

SVMMARIVM

1 *Actus quot, & quales ſint denotantes Hæredi-
tatis aditionem?*

2 *Filius alienando bona Patris ſine alia expreſ-
ſione tituli an dicatur Patris Hæres?*

3 *Filius in limine alienationis non declarans alie-
nare bona Patris alio iure, & titulo, quam hære-
ditario an ex interuallo poſtmodum declarare va-
leat, & declaranda confiteri alienaſſe pro Iuribus
dotalibus Matris ſuæ, & ſuffragari eidem poſsit
ad ſe eximendum ab aditione hæreditatis pater-
næ?*

4 *An ex ſua aſſertione, & confeſsione poſsit Fi-
lius probare Matris ſuæ Aditionem Hæreditatis,
ſicuti in Patre?*

5 *Matris hæreditas tranſmittitur ad Filios non
vt adita, ſed tanquàm adeunda.*

6 *Matris hæreditas quando, & quomodo adita
præſumatur à Patre pro Filio.*

7 *Pro aditione hæreditatis materna quale tempus
requiratur per retentionem?*

8 *Hæreditas delata, & non dum adita inter bona
exiſtentia non connumeratur, & dantur rationes.*

9 *Et omnia prædicta declarantur & diſtinguun-
tur, & plene limitantur.*

Filius ſi alienat ſimpliciter bona Patris, an
ex hac alienatione reſultet paternus Hæres,
quando in Iudicio conuentus tanquam Patris
hæres confitetur, & aſſerit vendidiſſe bona Pa-
tris pro Iuribus dotalibus Matris ſuæ,
quę in limine Matrimonij acquiſiuit
Mater ſuper bonis paternis? Et
an merę aſſertiuæ, & con-
feſsioni Filij creda-
tur, vel ne ſu-
per aditio-
ne
hæreditatis Matris ſicuti
in vim ſuitatis credi-
tur reſpectu Pa-
tris?

QVÆSTIO LXXI.

1 QVot, & quales ſint actus denotantes
aditionem Hæreditatis, vel illius re-
pudiationem recenſet abundè *Gratian. tom 4.
diſcept. 706 à num. 27 vſque ad 41. & Conciol.
tract. de Hæred. art. 1. num. 4. cum pluribus
ſeqq.*

Cæterum ſi Filius alienet Bona paterna,
2 & in ipſo alienationis actu alium titulum
non expreſſerit, alienatio facta præſumitur
hæreditario titulo, & ex hoc Filius remanet
Hæres Patris, *l. ſi Auia C. de Iur. Deliberan.
& l. Gerit eum ibi notantibus ff de acquiren. hæ-
reditat. § Item extraneus. Inſtit. de hæred. qua-
litat. & different. etiam egregie exornat Nicol.
de Paſſar. in tract. de Enunciat. verb. lib 3. quæſt.
10. num. 3. optime in terminis Put. lib. 1. deciſ.
447. & Rot. recent. part. 18. tom. 2. deciſ. 619.
num. 12. & benè Rot. recent. part. 9. tom. 1.
deciſ. 48. num. 1. 2. 7. & ſeqq.*

3 Cuius Hæreditatis aditioni aduerſari à Filio minimè poterit per confeſsionem, ſeu declarationem poſtmodum factam, quod ipſe paterna vendiderit bona pro Dote, & iuribus Matris dotalibus ſuper bonis Patris ſibi competentibus. Quia licèt declarationi adeuntis, aut repudiantis hæreditatem ſtandum ſit; *Rot. recent. par. 19 deciſ. 266. num. 10.* ſicuti & in dubio à Poſsidentis declaratione non eſt recedendum, *Rot. recent. par. 15. deciſ. 348 num. 17. & dicta par. 19. deciſ. 360 num. 7.*

Hoc tamen procedit re integra *Rot. recent. part. 18. tom. 2. deciſ. 640. num. 14.* Non autem quando declaratio, quæ nouam diſpoſitionem inducit; produxerit prius Ius Tertio quæſitum, *Rot. recent. part. 16 deciſ. 41. num. 16.* & in his terminis dixit *Buratt. deciſ. 711. num. 6. & diſtinguendo Card.* Celſ. *deciſ. 141. num. 14.*

Eo maxime accedente Iuris concluſione;
4 quod Filius aliunde, quam ex ſua aſsertione, & confeſsione emanata ſiue agendo, ſiue excipiendò tenetur probɔre hæreditatis Maternæ aditionem; eo quià in Matre non datur ſuitas; vt in patre, *Card. Mantic. deciſ. 198. num. 7 Gratian deciſ. Marcb. 122. num. 1. & 2. & ibi addit. Carthar deciſ. Genuenſ. 54. num 20. & ſeqq Merlin. deciſ. 657. num. 10. tom 2. & Rot. recent par. 7. deciſ. 165. num. 49 & part. 9. tom. 2 deciſ. 426 num. 17. & videndus num. 18. & 19.*

Bene verum eſt, quod Matris hæreditas
5 tranſmittitur ad Filios non vt adita, ſed tanquam adeunda, *l. Vnica, & ibi gloſ. V. Liberos in fin. vbi etiam Bartol. num. 2 C. de ijs, qui aut apert. tabul. hæredit. tranſm tt. Thomat. deciſ. March. 263. num. 26. & 27. tom. 2. Graſ. de Succeſsion. art. Tranſmiſsio, quæſt. 26. num. 1. Sabell. var. reſolut. cap. 89 num 30. & Ciroccb. diſcept. 42. num. 2. & 3. Rot. recent. par. 7. deciſ. 106. num 2. & 3. & par. 9. tom. 2 deciſ. 408 num. 25.*

6 Imo eſt notandum, quod Matris hæreditas pro Filia infante adita præſumitur a Patre, ſi Pater retinuerit, vel poſſederit bona Matris poſt ipſius Matris, vel reſpectiuè Vxoris obitum; cum hæreditatis aditio à Patre poſsidendo, & vſufructuando bona Matris facta dicatur nomine Filiæ infantis, *l. Si infanti 8. C. de Iur. deliberan. Surd. deciſ. 140. num 10. Sebaſt. Medic. deciſ. March 42. verſ. Non reſpondetur, Gregor. XV. deciſ. 421. num. 7. Amat Dunoz. deciſ. 326. num 9 & recent. par. 17. deciſ 335. à num. 3. ad 9.* Potiſsimum ſi huiuſmodi retentio continuauit vltra decennium, per tex in *l. Qui in aliena, §. Sed ſi, ff. de acquiren. hæredit. Bartol. conſ. 129. num. 2. lib. 1. & in dicta deciſion. 326.*

Nam alias hæreditas delata, ſed non dum
7 adita inter bona exiſtentiá nequit connumerari, *l. Precia rerum. ff. ad l. Falcid Vincent. de Franch. deciſ. 14. num. 17. & deciſ. 101. num. 21. & 25. Bich. deciſ. 292. num 22.* & ante aditionem non efficitur de Patrimonio hæredis, nec datur in Hœrec.e, qui non adiuit, aliqua repræſentatio, ſed tanquàm iacens eſt hæreditas Defuncti *l. Hæreditat, ff. de acquir. rer. domin. Bart. in l 1. in princ ff. de acquir. hæredit & idem de Franch deciſ. prædicta 101. num. 28.*

8 Præfataque procedunt, ſi bona Matris conſiſtant in ſtabilibus, & fundis, ſecus, ſi in credito dotali pecuniario à Patre debito, *Rot. recent. part 17. deciſ. 335. num. 8. & ſeq.*

Et limitanda veniunt, ſi talis retentio, & poſſeſsio ad alium titulum, & cauſam referantur, *Paul de Caſtr. in l. Si Ania, C. de Iur. deliberan. Gratian. diſcept. Forenſ. 132. num. 25. & ſeqq. & 568 num. 64. Gregor. XV. deciſ. 460. num. 6. Cavaler. deciſ. 442 num. 6. Rot. par. 9. recent. deciſ. 393. num. 20. & Bich. deciſ. 66 num. 16.*

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta, ſeu Tertiarius, qui recepit Prædium ad meliorandum cum obligatione reſtituendi Domino medietatem fructuum quotannis recolligendorum ex huiuſmodi confeſſo contractu non tenetur ad* Collectas, *Tributa, & alia onera, quæ imponuntur Prædia.*

2 *Emphyteuta, ſeu Colonus ad longum tempus ſoluens pro Domino in tributis, & Collectis an retineat partem dominicalem fructuum?*

3 *Diſpoſitio l. 2. C. de Iur. Emphyteut. de quo Emphyteuta loquatur?*

4 *Sed quid dicendum eſt, ſi Collecta, Tributa, & alia onera imponantur reſpectu fructuum in quolibet anno colligendorum?*

5 *Nouus Poſſeſſor an, & quando teneatur, vel non ad ſolutionem antiquarum præteritarum Collectarum, Tributorum, & onerum, et pro qua parte?*

Acci-

Accipiens in Emphyteuſim aliquod Prædium,
& in Inſtrumento ſi aſſerat, et confiteatur præ-
dium prędictum ad meliorandum recipere cum
obligatione præſtandi Domino medietatem
omnium fructuum, & aliam medietatem
retinendi pro ſuæ culturæ portio-
ne, an ad Collectas, Tribu-
ta, & alia Onera te-
neatur?

QVÆSTIO LXXII.

QVotidianus eſt in noſtris Regionibus,
& etiam in alijs huiuſmodi Emphyteu-
ticus Contractus, inquo Ruſtici, Ceterique
confitentur, & aſſerunt prædia recipere, vt
vulgaritèr dicitur in tertiam generationem;
in eoque Contractu repromittunt certam
Meliorationem cum reſponſione quotannis
fauore Domini medietatis fructuum, & ali-
am medietatem ſibi met attribuunt pro ſuæ
1 culturæ Laboribus: Sicque huiuſmodi Villi-
ci, ſeu Aiij appellatiuo nomine Emphyteu-
tæ, ſiue ſint layci, ſiue Eccleſiaſtici non te-
netur ad Collectas, Tributa, & alia Onera,
quæ imponuntur ſupèr fundis, vt ſuprá ad
tertiam Generationem ad meliorandum
traditis cum præſata annua reſponſione. Et
eſt ratio; quia ſimilis Emphyteuta eſt nudus
Miniſter factum exercens, & in nudo facto
exiſtens, & bona non habet in Æſtimo: &
conſequentèr non comprhenſus in Collectis,
Tributis, & Oneribus, quæ ipſi met Prædio
imponuntur, *Carol. de Graff tract. de Effect. Clericat. Effect. 3. num. 81. pag. mihi 158. Chofell. ad Bull. Bon. Regim. cap. 35. num. 86 pag. mihi 335. & cap. 50. num. 157. cum ſeqq pag. mihi 532. cum ſeqq. optimè Pacion. tract. de Locat. & Conduct. cap. 34. §. 1. num. 30. & attevandus num. 31. vbi num. 32.* Subdit, quòd ſi
2 Emphyteuta, vel Colonus ad longum tem-
pus ſoluat pro Domino, poteſt ſe reualere in
fructibus ſpectantibus ad portionem Do-
mini directi.

Nec huiuſmodi obſtare poteſt diſpoſitio
3 *tex. in l. 2. C. de Iur. Emphyteut.* Nam hæc
Lex (vt ex eius lectura pateſcit) procedit
contra verum Emphyteutam, Scilicèt con-
tra Eum, cui pro iuſta penſione res fertilis,
& pretioſa conceditur, *vt benè Surd. decis 198. num. 19. & 20. & ſuper d. l. 2. Molin. de Iuſt. & Iur. tom. 2. tract. 2. diſputat. 456. nu. 4. & 5. pag mihi 909. cum ſeqq.*

Non autem aduerſus Eum, qui recepit
rem ſterilem ad meliorandam, & Cui pro
ſuæ culturæ portione aſſignatur ſolummodo
fructuum annuorum medietas, vt iuridicis
rationibus ſancitum remanet penes doctiſſi-
mum *Sperell part. 1. decis. 44. num 4 12 13. 14. & 15. & part. 2. decis. 121. num 131. & 133. & Rot. recent. part 6 decis 42. num. 17. & 18. & Theſaur. decis. Pedemont. 116 vbi,*
4 *& in d. d.* D. D. & Deciſionibus contrarium
cum diſtinctionibus firmatur, ſi Collecta im-
ponitur reſpectu fructuum.

An autèm nouus Poſſeſſor teneatur ſolue-
5 re, vel nè prætcrita antiqua Tributa, Col-
lectas, & Onera? vide latè per ès dictum
Molin. in præcitatis locis, num. 5. & 6. lit. B. C. D. pag. 910.

SVMMARIVM.

1 *Ex confeſſione Percuſſi, et Vulnerati an probe-
tur diſperſam eſſe Eccleſiam ſanguine, et conſe-
quentèr pollutam?*
2 *Corpus delicti eſt ſempèr probandum tam re-
ſpectu Offenſi, quàm Eccleſia etiamſi Princeps mo-
tu proprio mandaret inquiri.*
3 *Ex ſimplici Percuſſi confeſſione an probata re-
ſultet pollutio, et Eccleſiæ violatio,*
4 *Per iniurioſam, et copioſam Sanguinis effuſio-
nem in Eccleſia exiſtentem remanet Eccleſia pol-
luta, et violata, concurrente notorietate Iuris,
aut Facti:*
5 *Effuſio ſi copioſa ſit, at leſio leuis, Eccleſia non
polluitur ſcilicèt non violatur*
6 *Nec violatur dum Vulnus ſit illatum intra Ec-
cleſiam, at ob repentinum ab Eccleſia receſſum
ſanguis effundatur extra, remanet tamen ſemper
Vulnerans, et Percutiens excommunicatus.*
7 *Quid ſi offenſio ſequatur in Oſtio Eccleſiæ?*
8 *Polluta Eccleſia, ad quem ſpectet declaratio,
vt ceſſetur à Diuinis?*
9 *Polluta Eccleſia a quo veniat reconcilianda? di-
ſtinguitur?*
10 *Huiuſmodi reconciliato ſit per Aquam cum
Vino, et Cinere benedictam.*
11 *Relatiuè alij enunciantur Caſus ad quæſtio-
nem etc.*

Sanguinis Effuſio in Eccleſia ex Percuſſo
emanata, & probata per confeſſio-
nem Percutientis ob quam ſan-
guinis quantitatem
reddat Eccleſi-
am pollu-
tam?

***

QVÆSTIO LXXIII.

QVidam Homo veſana arreptus Ira irru-
it in Aliquem Eccleſiæ exiſtentem, per-
cuſſit cum Sanguinis effuſione, & poſtmo-
dùm repentè ab Eccleſia fugit, eundem
Percuſſorem, & Vulnerantem Birruarij in-
ſectantur, comprehendũt, & comprehenſum
Carceribus mancipiant. Coram Iudice con-
ſtitutus Percuſſor fatetur percuſſiſſe, & ex
percuſſione diſperſionem ſanguinis in Tem-
1 plo agnouiſſe. Quæritur, an per huiuſmodi
Confeſſionem probetur in Eccleſia percuſ-
ſio; & ex qua ſanguinis quantitate poſſit dici
Eccleſia polluta?

Probari per Confeſſionem Percutientis,
& Vulnerantis percuſſionem, & vulnus, Ec-
cleſiamque ſanguine diſperſam non ambi-
gerem, vt ex 1. *meo tom. de Confeſſion. quæſt.* 1.
et alibi etiam in præſenti; iuncta tamèn reco-
2 gnitione Corporis delicti tam reſpectu Vul-
nerati, quam Eccleſiæ ſanguine madefactæ;
cùm huiuſmodi ſemper ſit in omni delicto
facienda recognitio, etiamſi Princeps motu
proprio mandauerit contrà Aliquem inqui-
ri, *Vermigl. conſ.* 144 *num.* 8. *conſ.* 148. *num.*
14. *conſ.* 190. *num.* 3. 193. *num.* 12.

Sed, quod Eccleſiæ violatio, & pollutio
3 ex ſimplici Percuſſoris, & Vulnerantis con-
feſſione etiam ſuper ſanguinis diſperſione in
Eccleſia probata remaneat; non admitterem,
niſi in recognitione corporis delicti iuſtifica-
ta reſultet iniurioſa, & copioſa per Eccleſiã
ſanguinis effuſio, concurrente notoriate Iu-
ris, aut facti, vt bene *Paul. Laym in ſua Theo-
log. moral. tit. de Sacrific. Miſſ. tract.* 5. *cap.* 5.
lib. 5. *num.* 7. *pag. mihi* 75. *in* 1. *col.* vbi *num.* 8.
4 ſubdit, quod ſi effuſio copioſa ſit, tamen per-
cuſſio, & læſio, non grauis, Eccleſia non
5 debet cenſeri violata; & latè ratiocinando
concordat *Bonacc. in ſua pariter Theolog mo-
ral. tom.* 1. *tit. de His, quæ pertin. ad vſum Ma-
trimon. quæſt.* 4. *punct. vltim. in* 1. *propoſit. num.*
20. *pag. mihi* 328. *in* 2. *col.* vbi multæ recen-
ſentur limitationes, & concurrit *Corrad.
Reſponſ. Caſ. Conſcient. quæſt.* 341. *verſ. ſed in
eodem loco, V. ſed talis, et Tolet. in ſumm. lib.*
5. *cap.* 8. *in annot num.* 7. *verſ. Prima eſt, pag.
mihi* 387. *et optimè Barboſ. de Iur. Eccleſ. Vni-
uerſ. tit. de Deſtrut. et violat. Eccleſ. lib.* 2. *cap.*
4. *num.* 16. *et de Poteſt. Epiſcop. allegat.* 28.
par. 7. vbi, quod requiritur magna, nota-
bilis, & enormis effuſio ſanguinis, vt vio-
lata, & polluta Eccleſia dicatur.

Minimeque dicitur polluta, ſi Vulnus ſit
6 illatum intra Eccleſiam, & ab ea vulnerati
receſſus fuerit repentinus; itaut extra Eccle-
ſiam euenerit effuſio ſanguinis, *Antonell.
tract. de Regim. Eccleſ. Epiſcop. lib.* 1. *tit. de
Cult. et Priuileg. Eccleſ. cap.* 16. § 1. *num.* 2.
in V. Ideo putat. ibique num. 3. ſubdit, quod
Percutiens Aliquem in Eccleſia ſit ipſo iure
excommunicatus.

Minuſuè Eccleſia remanet polluta ſi vul-
7 nus infligatur Homini in Ianua Eccleſiæ, &
ſanguinis effuſio ſit copioſa in Eccleſia per
refugium Vulnerati, quia vnanimitèr requi-
ritur iniuria facta Eccleſiæ, & ſanguinis no-
tabilis effuſio. Siquidem is, qui extat in Ec-
cleſiæ Oſtio, non dicitur eſſe in Eccleſia, ſed
partim extra, & partim intrà; imo quòd Oſti-
um quamuis ſit de Eccleſia, non tamèn eſt
in Eccleſia, *Laym vbi ſuprà num.* 7. *et optimè
Alex. Sperell. deciſ.* 60. *num.* 53. *et ſeqq. tom.* 1.
& videndus etiam *in deciſ. ſeq. num.* 1. *et ſeq.*
Si in Sacriſtia &c.

Aduertendum eſt igitur, quòd in Caſu,
8 quo Eccleſia remanet polluta, eſt omnino
ceſſandum à Diuinis; & talis facultas, vt
ceſſetur à Diuinis, ſpectat ad Papam, ſiue
Epiſcopum, aut ad alium ab ipſo deputan-
dum, *Monet. tract. de Diſtribut. quotidian. par.*
2. *quæſt.* 16. *num.* 21. *cum ſeqq. plur.*

Et quando Eccleſia eſt conſecrata, ſi re-
9 manſerit polluta, ab Epiſcopo reconciliatur:
ſi non eſt conſecrata poteſt talis reconcilia-
tio ab eodem Epiſcopo alicui Sacerdoti de-
mandari, *vt in cap. A qua* 9. *et ibi gloſ. et D. D.
de conſecrat. Eccleſ. vel Altar. et D. D. ſupra
citati in enunciatis locis.*

Huiuſmodique reconciliatio fit per Aquã
10 cum Vino, & Cinere benedictam, *cap. Pro-
poſuiſti* 4. *in fin. et cap. fin. eod. tit.*

Alios denique Caſus, quibus Eccleſia pol-
11 luitur, vide apud *præfatum Laym. in locis præ-
dictis, num.* 8. *et ſeqq. et Bonacc. pariter ibidem
ſupra, num.* 22. *et ſeqq. pluribus, et Tolet. ſi-
militer ibidem num.* 8. *et ſeqq. et Monet. de di-
ſtribut. quotidian. præcitata quæſt.* 16. *num.* 20.
et ſeqq. Et in quibus locis ſacris non induca-
tur Eccleſiæ violatio, & pollutio vide *Sperel.
dicta deciſ.* 61. *num.* 1. *et ſeqq.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit ratificatio? & quos effectus iuridicòs producat fauore Illius, pro quo ratificatur?*

2 *An conualidet actum nullum tanquàm nouum Contractum?*

3 *Ratificatio concludit confeſſionem, & approbationem eius, quod ratificatur.*

4 *Ratificans cenſetur ſe obligaſſe ad omnia in Inſtrumento ratificato Contenta.*

5 *Ratificatio non retrotrahitur in præiudicium Tertij? & quare?*

6 *Ex quibus modis ratificatio inſurgat? an ab expreſſo, & an ex tacito?*

7 *Tacita ratificatio ex verbis, & ex actu reſultat; & plus ex factis.*

8 *Verba vbi ſunt clara Voluntatis quæſtio non cadit.*

9 *Ratificatio dum neceſſaria eſt expreſſa, non ſufficit tacita.*

10 *Scientia dum præciſa requiritur, de ea conſtare debet.*

11 *Minor imponens Cenſum non ſeruata forma ſtatuti localis, vel Conſt. Ægid. & tam in ipſa ætate minori, quam in maiori etiam infra quinquennium poſtquàm fecit effectus maior, ſi fructus perſoluerit, & nunquam intrà d. quinquennium reclamauerit, inducta dicitur ratificatio ſuper Cenſus validitate per confeſſionem originata; ſed Contra infra num. 14 & ſeqq.*

12 *Ignorantia poſt maiorem ætatem nō attenditur, nec præſumitur.*

13 *Quid in termino pendenti ad dandum de nullitate?*

14 *Minor etiam factus maior, qui infrà quinquennium ſuper nullitate contractus non reclamauerit: attamèn non dicitur ratificaſſe contractum, ſi non probetur ſcientia indiuidua ipſius minoris etiam facti maioris ſuper ipſa nullitate tam Iuris, quàm facti cum ſuis qualitatibus, & circumſtantijs &c.*

15 *Expreſſa ratificatio nullum producit effectum abſque concurſu ſcientiæ Iuris, & facti vt ſuprà; ita, nec expreſſa prædicta concurrente ſcientia nil operatur tacita ratificatio in vim l. fin. C. ſi maior fact. alienat. &c.*

16 *Soluens fructus Cenſus ſi nullitatem ſciuiſſet, cenſum non recognouiſſet, nec fructus ſoluiſſet.*

17 *Vera ratificatio inſurgit cum ſuppoſito, quòd Cenſus, vel alius Contractus ſit validus.*

18 *Scientia præſumpta pro ratificatione actus nulli non ſufficit, ſed certa, & explicita cum ſuis qualitatibus eſſe debet; alias Minori etiam effecto Maiori non præiudicatur.*

19 *In ratificatione ſemper intelligitur illa conditio, ſi actus firmus ſit, & validus.*

20 *Ratificatio eſt quædam Confeſſio retrotractiua ad tempus celebrati actus.*

21 *Ratihabitionis Confeſſio quomodo eſſe debeat, vt afficiat?*

22 *Confeſſio dum non valet, nec valere debet ratificatiò.*

23 *Ratificatio nō præiudicat ſine explicita ſcientia.*

24 *Scientia hæc non acquiritur ſine ſcripturæ integra totali lectura cum totali cognitione nullitatis, & declaratur, num. 46. & 47.*

25 *Voluntas non trahitur ad incognita; limitatur num. 46. & 47.*

26 *Nihil eſt in conſenſu, quod prius non fuerit in intellectu.*

27 *Ignorans nihil intelligit, ergò non poteſt conſentire non data ſcientia.*

28 *Tunc fundata remanet ratificatio, ſi inſurgat ſpecifica ſcientia illius, ex quo produci poſſit præiudicium.*

29 *Sola acquieſcentia non inducit nullitatis contractus approbationem ſine ſpecifica nullitatis actus intelligentia.*

30 *Tacitè fieri nō poteſt, quod prohibetur expreſsè.*

31 *Ratificatio ex lapſu longiſſimi temporis cum fructuum Solutione non inducitur, dum ſtatutum in contractu Minoris præſumit dolum ob præſcripta in ſtatuto non ſeruata, & irritat ipſo iurè Contractum.*

32 *Ratificatio inducitur minimè, niſi actus ſit vniuocus & neceſſarius ad illam inducendam.*

33 *Actus æquiuocus, imperfectus, & indeterminatus non ratificat.*

34 *Ex ſola ſcientia quando ratificatio non inducatur.*

35 *Ratificatio quandò præſumi non poſſit, ſtante alio titulo, quàm ratificationis.*

36 *Vt proſit ratificatio, & nullitatem excludat, celebrandum eſt Inſtrumentum intèr ratificantem, & illum, qui ratificatione iuuari valet.*

37 *Facta ratificatio ad vnum finem, an retorqueatur ad alium? Et citra præiudicium quid importet?*

38 *Minor maior factus citando Aliquem ad concordiam adimplendam dicitur Inſtrumentum ratificaſſe.*

39 *Minor maior factus quando dicatur hæreditatis aditionem ratificaſſe, & reſpectiuè Dotis aſſignationem?*

40 *Limita reſpectu Mulieris, quæ non præſumitur accepiſſe minorem dotem in præiudicium maioris dotis.*

41 *In magno præiudicio poſt triginta annos iunctis alijs adminiculis àn ratificatio præſumatur?*

42 *Præſumpta ſcientia àn in rebus modici præiudicij, & dum agitur de lucro faciendo, admittatur?*

43 *Et quæ admittantur è conuerſo ad excludendam ratificationem? Et quid dicendum, ſi verba ſint admiratiua?*

44 Mi-

44 *Minor ſi per annos quatraginta, & vltra ſuam approbauerit obligationem non ſolum negatiuè, ſed etiam poſitiuè, ac reſpectiuè expreſſè per actus iudiciarios, iunctis alijs coniecturis, & præſum ptionibus, quæ inſurrexerint poſt quinquennium à die quo iſte eſt factus maior, & durauerit per huiuſmodi longiſſimum tempus, dicitur contractus nullus ab initio ſanatus per ratificationem ex prædictis inſurgentibus.*

45 *Longiſſimi temporis curſus cum vrgentibus coniecturis, inducit ſcientiam facti, & Iuris pro iuridica ratificatione Contractus ab initio nulli; & pro vtraque ſcientia dantur exempla, & rationes.*

46 *Imò ſtante dicto lapſu longiſſimi temporis locum ſibi vendicat ratificatio, quamuis Inſtrumenta oculis corporeis exhibita non fuerint.*

47 *Inſpectio verborum prædicatur etiam de inſpectione, quæ fit per oculos mentis.*

48 *Approbatio, & ratificatio æquè fit aliquid faciendo, & expreſſis verbis.*

49 *I. V. D. omnem Iuris ignorantiam in operando expellit.*

50 *Ob Dolum verum à lege, aut Statuto inductum omnis tollitur ratificatio inducta ex curſu temporis, & hoc ipſo iurè ſibi locum vendicat.*

51 *Scientia practica limitata in caſibus deſuper ennunciatis, in reliquis ſemper locum habet etiam in fauorem Hæredum.*

Pupillus, vel Adultus, qui in minori ætate nulliter contraxerit, an factus Maior, & poſt quinquennium non contradicens Contractui in Minori ætate nulliter inito fateri cenſeatur ipſius Contractus ratificationem, validitatem, & approbationem, & ad huiuſmodi effectum quæ ſcientia ſit neceſſaria ſuper nullitate, vt dicatur fuiſſe factum receſſum à nullitate, & acceſſum ad Contractus validitatem non impugnati infra quinquennium præſcriptum ad dandum de nullitate? Et quid dicendum, ſi concurrat longiſſimi temporis curſus cum vrgentibus præſumptionibus, & coniecturis? Et an huiuſmodi poſſint inducere ſcientiam opportunam ad ratificationem, & ad tollendam omnem Nullitatem?

QVÆSTIO LXXIV.

1 RAtificatio eſt quædam retrotractio ad tempus celebrati actus, ſcilicet ad diem celebrati Inſtrumenti, & mandato æquiparatur, *tex. in l. fin C. ad Macedon l. licet ff. de Iudic. Bich deciſ. 33. num. 10. tom. 1. Merlin. deciſ. 536. nu 1. tom 2. Card. Cer. deciſ. 837. num. 6. & deciſ. 936. num 6. tom 3 & Rot. recent. p. 9. tom. 1. deciſ 191. num 6.*

2 Et conualidat actum nullum tanquam nouum Contractum, *Rot. recent. p. 8. deciſ. 34. num 37.* Et iuremeritò concluditur, quòd ra-
3 tificatio inducat confeſſionem, & approbationem eius, quod ratificatur, *Rot. recent.*
4 *part. 8. deciſ. 3. num. 17.* Sicquè cenſetur ratificans ſe obligaſſe ad omnia in Inſtrumento ratificato contenta, *Rot. recent. part. 7. deciſ. 46. num. 5.* Sed non in præiudicium tertij,
5 cui medio tempore fuit Ius quæſitum; nam reſpectu Tertij (re non integra) remanet ratificatio inefficax, *Rot. recent part. 7. deciſ. 246. num. 3. part 8. deciſ. 34. num 36. & 37. part. 9. tom. 1. deciſ. 112. num. 3. & part. 13. deciſ. 433. num. 6. & part. 15. deciſ. 304. num. 12.*

Hæc ratificatio ex duplici modo reſultat;

6 aut ab expreſſo, aut à tacito: & tacitá rati-
7 ficatio non ſolùm ex verbis, ſed etiam actu
ad *Text. in l. Paulus reſpondit V.* ibi = non tan-
tum verbis ratum haberi, ſed etiam actu = *ff.*
rem. rat. haber. Licèt plùs ſit tribuendum fa-
ctis, quam verbis, *cap. Dilecti il 1. de Appellat.*
& Card Mantic. de tacit. & ambig. conuent lib.
14. *tit.* 26. *num.* 14. *Rot. recent. part. 9. tom.* 1.
8 *deciſ.* 291. *num.* 12. At vbi verba ſunt clara,
Voluntatis quæſtio non cadit, *l. Ille, aut ille,*
ff. de legat. 3. *&* ſequitur *Rot. recent' part 9. tom.*
1. *deciſ.* 134. *num.* 26.

Ita vt quandò requiratur expreſſa per pu-
9 blicum Inſtrumentum, tacita non ſufficit ra-
tificatio, *Otthob. poſtea Alex. VIII. deciſ.* 11.
num. 9. *et* 22. *vbi num.* 23. ſubdit, quòd ſi ſci-
10 entia præciſa requiritur, de ea conſtare de-
beat, & concordat idem *Otthob. deciſ.* 270.
nu 10. & de formali ratificatione *Mantic. de*
21. *num.* 12.

Quapropter ſi à Minore fuerit impoſitus
11 Cenſus, non ſeruata forma ſtatuti localis,
aut Coſtitutionis Ægidianæ, & tàm in ipſa
ætate minori, quam in ætate maiori, ſcili-
cèt per quinqennium, poſtquam eſt effectus
maior, fructus Cenſus perſoluerit, & aduer-
ſùs nullitatem Cenſus non reclamauerit, re-
ſultat ratificatio Contractus Cenſus per con-
feſſionem originatam ex dicta ratificatione
mediante temporis curſu, & taciturnitate;
& eſt ratio, quia verſamur in contractu facto
ab ipſo minore; ſicque non poteſt allegari
ipſius ignorantia, quæ poſt maiorem æta-
12 tem non præſumitur, neque attenditur, *Rot.*
recent. part 6. *decis.* 81. *num* 6. *et part.* 7. *deciſ.*
13 306. *num.* 53. *et ſeqq.* & in terminis quandò
potuit dare, & non dedit Minor de nullitate
contractus, *Rot. dicta par.* 7. *deciſ.* 119. *nu.* 23.
et ſeqq. & prædicta firmauit etiam *Rot. coram*
Cerro in deciſ. 178. *num.* 3. *tom.* 1. *et poſt Vr-*
ceol. de Tranſact. deciſ. 75. *num.* 10. & ibi di-
ſtinguit etiam inter contractum onerosum,
& lucratiuum, in quo lucratiuo poſt decem
annos admittit ratificationem; ſi intra dicta
reſpectiua tempora non fuerit reclamatum.

Nihilominus ab huiuſmodi Rotę Deciſio-
14 nibus præfatæ præſumptæ inhærentibus
ſcientiæ recedendum eſſe cenſeo non tantùm
ex clara Iuris ciuilis diſpoſitione, quæ exigit
pro ratificatione indiuiduam ſcientiam, vt in
l. Mater 19. §. *Ceterùm ibi in V. Cum et* = Cum
& hi, qui neſciunt Ius ſuum, eligentes id,
quòd putant ſibi cõpetere, non amittant = *ff.*
de inoffic. Teſtam. verum etiam ex D.D. & re-
centioribus ſacræ Rot. Rom. Deciſionibus,
quæ nullitatis Contractus reſpectu Minoris
etiam facti maioris, qui infra quinqnennium
non reclamauit, requirunt pro iuridica, &
15 incõcuſſa ratificatione indiuiduam proban-
dam Nullitatis ſcientiam tam in facto, quàm
in Iure cum ſuis qualitatibus, *Coſt. tract. de*
Iur. et fact. ſcient. et Ignorant. tit. Aut ſciebat,
aut ignorabat Diſtinct 59. *nu* 4. *et* 5. *Centur.* 2.
pag. mihi 472 *Oſaſch. deciſ. Pedamont.* 179. *nu.*
13. *erga fin. Gratian. diſcept: Forenſ. cap* 513.
num. 11. *tom.* 3. *Buratt. deciſ* 410. *num.* 11 *et*
in Annot. nu. 15. *Rot. poſt Zacch. de Obligat. Ca-*
mer. deciſ. 183. *nu.* 14. *et* 15. *et Rot. recent. part.*
10. *deciſ.* 80. *num.* 1. *cum ſeqq. et deciſ.* 166. *nu.*
18 *et* 19. *et deciſ.* 217. *num.* 3. & coram *bon.*
mem. Ninot. deciſ. 3. *num.* 10 *vbi nu.* 11. no-
tabilem reddit, & menti tenendam ratio-
nem, quòd ſicuti expreſſa ratificatio nullum
producit effectum abſque concurſu dictæ
ſcientiæ; ita ea ſublata, nec intrat tacita ra-
tificatio reſultans ex diſpoſitione *l. fin. C. ſi*
maior fact. alienat. fact. rat. habuer. Et eſt alia
etiam ratio elicita *a dicta deciſ* 217. *num.* 3.
16 quòd ſi ſoluens nullitatem ſciuiſſet, Cenſum
non recognouiſſet, nec fructus ſoluiſſet.

Nam vera ratificatio inſurgit cum ſuppo-
17 ſito, quòd Cenſus, ſiue alius Contractus va-
lidus ſit; & concordat *Rot recent. part.* 11.
deciſ. 98 *nu.* 6. *cum ſeqq. vbi nu* 8. *et* 9. ſubdit,
18 quòd pro ratificatione actus nulli non ſuffi-
cit ſcientia præſumpta, ſed certa, atque
explicita cum ſuis qualitatibus requiritur, vt
præiudicium inferri poſſit Minori effecto
maiori, ùt etiam *Caualer. deciſ.* 612. *num* 27.

Et augetur alia ratio, quia in ratificatio-
19 ne ſemper intelligitur illa conditio, ſi actus
firmus ſit, & validus, *vt in dicta deciſ.* 98. *nu.*
8. *cum ſeqq.* Et prædictam indiuiduam nulli-
tatis ſcientiam neceſſariam ad ratificatio-
nem ſanciuit etiam *Rot. dicta part.* 11. *deciſ.*
324. *num.* 16 *cum ſeqq.* Card. *Celſ. deciſ* 22.
num. 10 *et* 11. *et* 159. *num.* 13. *et Card. Cerr.*
deciſ. 762. *num.* 4. *et* 5. *et deciſ.* 837. *num.* 7.
tom. 3. a quibus tollitur antedicta *Cerr. deciſ.*
178. *nu.* 3. quæ ſolum viget in terminis ra-
tionis ibi relatæ in *verſ. Eoque magis.*

20 Vnde ſi ratificatio eſt quædam Confeſſio,
quæ retrotrahitur, ùt diximus in principio,
ad tempus celebrati actus: hæc ratihabitio-
21 nis confeſſio, vt afficiat, eſſe debet liquida,
clara, & explicita, & de neceſſitate conclu-
dens, & animo deliberato, ùt latè *ex meo* 1.
tom. de Confeſſion. in lib. 1. *quæſt.* 3. *num* 1. *cum*
ſeqq. et Ioann. Emiric. in ſua Prax. Ciuil. *Pro-*
ceſſ. Iudiciar. tit. 65. *de Confeſſ. nu.* 4. *cum ſeqq.*
22 ſicque ſi confeſſio non valet, nec eius rati-
ficatio; quia ùt toties diximus, ratificatio
non præiudicat ſine clara, & explicita ſcien-
23 tia *ManZanad. deciſ.* 622. *num.* 4. *et* 5.

Imò quod plus eſt, & iugiter memoriæ re-
24 commendandum, ad huiuſmodi acquirendam ſcientiam eſt neceſſaria ſcripturæ lectura cum totali cognitione nullitatis, *Rot cor. eximia Praſtantia memorabilis R. P. D. Priolo deciſ. 411. num. 16. et ſeqq. et 442. num 9.*

Siquidem eſt in omni Iure comperium,
25 quòd Voluntas non trahitur ad incognita, *Mantic. deciſ. 21. num. 5.* vbi ait; quòd nihil
26 ſit in conſenſu, quod prius non fuerit in intellectu: Sed Ignorans nihil intelligit; ergò
27 non poteſt conſentire. Conſequenter ratificatio numquam trahitur ad incognita; cum ad eam inducendam requiratur ſcientia ſpecifica illius, ex quo gigni poſſit præiudicium, *Rot. coram eruditiſſima mem. R. P. D. Bichio deciſ. 437. num. 15. tom. 2.*

Ex his igitur datur mihi maxima adnotandi
28 occaſio. Et primò, quod ex ſola acquieſcentia; nõn probata ſpecifica nullitatis actus ſcientia, ratificatio non inducatur, *Bich. deciſ. 161. num. 21. tom 1. et deciſ. 452. num.*
30 *25. tom. 2.* Cum tacite fieri non poſſit id; quod prohibetur expreſsè, *l. Qui ad certum 14 ff Locat.*

Nec pariter inducatur ex lapſu etiam lon-
31 gi temporis cum fructuum ſolutione, quando Statutum in contractu Minoris præſuppomit dolum ob requiſita Statutaria non ſeruata, & ipſo iure annullat Contractum; *Rot. dicta deciſ 10 num 3. et 4. et Ninnot. præcitata deciſ. 3 num 13 et in dicta par. 11. deciſ. 98. num. 10 et Canaler. deciſ 144. num. 3. et etiam in terminis dicta l. fin C. ſi maior fact. etc. Rot. coram bon. mem. Buratto deciſ. 410. num. 10. et poſt Labyrinth. Credit. concurrent. Salgad. deciſ. 63. num. 11.*

Secundò annotandum, quod non dicitur
32 Inducta ratificatio, niſi actus ſit vniuocus; & neceſſarius ad illam inducendam, *Bich. deciſ 541. num. 35. tom. 2. Alex. VIII. Otthob deciſ. 16 num. 25.* Itaut non ſit æquiuo-
33 cus, ſed certus, indubitatus, & poſitiuus, *Rot. recent. par. 13. deciſ. 14 num. 28 et prius par 9 tom. 1. deciſ 134 num. 17.*

Tertiò, quòd ex ſola ſcientia nec ratifi-
34 catio inducitur, ſi actus fieri poteſt citra approbationem Contractus, *Bich. dicta deciſ. 541. num. 37. et 38.* Et quando præſumi po-
35 teſt alio titulo, quam approbationis, ſeu ratificationis, *Otthob deciſ. 16. num. 24.*

Quartò adnotandum, & eſt multum ſub-
36 ſtantiale, & perpendendum tam in theorica, quàm in praxi, vt proſit Ratificatio, & nullitatem excludat, eſt de neceſſe, vt celebratum ſit Inſtrumentum inter Ratificantẽ, & Illum, qui ratificatione iuuari valet, alias non ſuffragatur, vt benè *Rot. recol. mem. Royas deciſ. 82. num. 12. et Bich. deciſ. 234. num. 3. tom. 1. et coram Card. Cerro deciſ. 81. num 22. per tex. in cap. Ratum 9. de regul. Iur. in 6.* ibi = Ratum quis habere non poteſt, quod ipſius nomine non eſt geſtum = & *Rot. deciſ. 180. num. 15 par. 8. recent. et deciſ. 366. num. 31. recent. part. 9. tom. 2. et Rot. poſt. Cenc. de cenſ. deciſ. 278. num. 27.*

Quintò venit adnotandum, vt ſi facta ſit
37 ratificatio ad vnum finem, non retorqueatur ad alium, *Rot. recent. par. 9. tom. 1. deciſ. 291. num. 13* Et facta citra præiudicium ſuorum Iurium, quid importet? *Rot. dicta par. 9. tom. 1. deciſ. 86. num. 10.*

Ab his tamen, quæ ſupra firmauimus ſuper præſcripta deſuper indiuidua ſcientia cum ſuis qualitatibus limitando receditur.

Primò, ſi Minor maior factus citauerit
38 Aliquem ad adimplendam concurdiam; quia in hoc caſu dicitur ratificaſſe *Manzaned. deciſ. 466. num 4 730. num. 6. et 7 et ad alia vide penes Merlin. deciſ. 615. num. 2 et ſeqq et Rot recent. par. 15. deciſ. 302. num. 5. et ad alia num. 6. et 143. nu 8 et ſeqq. eadem par. 15.*

Secundò receditur, dum agitur de aditio-
39 ne hæreditatis, & reſpectiuè Dotis aſſignatione a Minore nulliter facta tempore ſuæ minoris ætatis. Nàm ſi factus maior per quinquennium tacuerit, præſumitur hæreditatis aditio, & reſpectiuè Dotis aſſignatio ratificata, *Otthob. in puncto hæreditatis aditæ deciſ 110. nu. 6. et in terminis Dotis deciſ 111. num. 5. et 116. num 12.* & ad alium caſum
40 reſpectu Dotis conſtitutæ docet pro ſcientia *Rot. coram Merlino deciſ 384. per totam tom. 1.*

Atè contra ratificatio in Muliere non
41 præſumitur, ſi agatur de renunciando maiori doti, & de recipiendo minorem dotem, *Rot. recent. par. 8. deciſ. 137. num. 7.*

Tertiò receditur, dum agitur de rebus
42 modici præiudicij, & dum verſamur de lucro faciendo, in his caſibus pro ratificatione præſumpta admittitur ſcientia, *Mantic. dicta deciſ. 21. num. 5. et 6. et prius deciſ. 13. num. 14. et 15. et Rot. recent. par. 6. deciſ. 56. num. 4*

Bene verum eſt, quod ad excludendam ra-
43 tificationem ſufficit talis qualis Cauſa metus, & quæuis alia Cauſa leuis, *Merl. deciſ. 575. num. 24. Pignatell. conſult. 77. num. 7. & ſeqq. tom. 7.*

Siquidem quilibet contrarius actus, & alia iuſta Cauſa ſemper excludit ratificationem, *Rot. poſt Zacch. de Obligat. Camer. præcitata deciſ 183. num 15. & benè exemplificat Rot. par. 6. recent. deciſ. 190. nu. 22. 23. & 24.*

Et eſt

Digitized by Google

Et eſt aduertendum, quod dum verba ſunt admiratiua, non ratificant, *Rot. recent. par. 9. tom. 1. deciſ. 134. num. 25. & 26.*

Quarto receditur, quando Minor Maior
44 factus per annos quatraginta, & vltra ſicque per longiſſimum tempus propriam approbauerit obligationem non ſolum negatiuè per non imaginationem, ſeù acquieſcentiam, nulla facta reclamatione; exquo inſurgit tacita Contractus ratificatio per *tex in dict. l. fin. C. ſi maior factus &c.* ſed etiam poſitiue, & expreſsè tam in iudicium per ipſum Minorem effectum maiorem motum contra eum, à quo prætendebat releuationem ſuæ indemnitatis, quam ſoluendo fructus Cenſus; & eiuſdem Cenſus ratam redimendo iuxta ſancita per *Rot. coram R. P. D. Caccia in Romana Cenſus Lunæ 23. Iunij 1692. in § Cæterum cum Iacobus, & in § Nihilque refert.* vbi ob circumſtantias in facto deſuper enunciatas, mihi videtur ad propoſitum concurrere, quod ſcientiam prædictam Facti concludat ipſamet intereſſentia contractui; & Iuris ſcientiam ſuper nullitate Contractus
45 ſatis inducat Longiſſimi temporis curſus, & actus prædicti tam iudiciales, quam extraiudiciales expleti; & commoditas conſulendi Iuris Interpretes ſecundum ea, quæ allegantur in *eadem deciſ. coram Caccia manuſcripta penes me exiſtenti per D. D. in l. Iuris ignorantiam, C. Qui admitt. ad bonor. poſſeſ. & Rot. deciſ. 321. nu. 8. part. 4. tom. 2. recent.* Et antea etiam in terminis dicti longiſſimi temporis quatraginta & plus annorum; & multis elicitis ad propoſitum coniecturis docuit *Rot. recent. par. 8. deciſ. 153. num. 15. & ſeqq. vbi num. 16. & 17.* ſubdit, quod concurrentibus
46 eiſdem coniecturis vrgentibus, & ſtringentibus procedat ratificatio, quamuis ipſa Inſtrumenta oculis corporeis exhibita non fuerint; nam Inſpectio Verborum (*vt in d. nu. 16. & 17.*
47 prædicatur etiam de Inſpectione, quæ fit per oculos mentis; & his exiſtentibus terminis remanent declaratæ Deciſiones, vt ſupra allegatæ coram R. P. D. Priolo, & locum ſibi vendicant ea, quæ refert *Rot. recent. par. 15. deciſ. 324. num. 5.* videlicet, quòd approba-
48 tio æque fiat; aliquid faciendo; per quòd ratihabitio inducatur; ac expreſſis verbis;
49 ibique in eadem *deciſ. 324. num. 9.* dicitur procedere contra I. V. D quia is non admittit Iuris ignorantiam poſt quinquennium, etiam ſolutis fructibus Cenſus; quia Doctor non debet eſſe Indoctus. Cum turpe ſit, Ius, in quo quis verſatur, ignorare, vt *in l. Neceſſarium 2. §. Seruius, Ver. Namque ff. de origin. Iur.*

Veruntamen circa præmiſſa aduertendum eſt, quòd omnis excluditur ratificatio ex curſu temporis ob dolum a lege, vel ſtatuto in-
50 ductum; quia in Contractibus per dolum verum, vel præſumptum ſtatim omnis ratificatio reſoluitur iuxta optimè notata per *Rub. adden. ad deciſ. 16 num. 29. & ſeqq. cum num. antecedentibus par. 8. recent.*

Circumſcriptis igitur Caſibus deſupèr li-
51 mitatiuè allegatis, vel ſi qui Alij Caſus limitatiuè adduci poſſunt, concludendum eſt, quòd non inducitur conualidatio, ſeu ratificatio præcedentis Contractus ab initio nulli, non probata priùs plena ſcientia nullitatis, nedùm facti, ſed etiam Iuris; cum in ratificatione ſemper ſubintelligatur Conditio, ſi Actus aliàs firmus ſit & validus, *Rot. poſt. Labyrinth. Credit. Concurr. deciſ 8 nu 10. & 11. Rot. recent part. 4. tom. 1 deciſ. 632. num. 4. par. 8 deciſ. 153. num. 14. 180. num. 12. 279. num. 5. & prius deciſ. 34. num. 35. par 9 tom. 1. deciſ. 248. num. 14. & part. 13. deciſ. 50. num. 10. & deciſ. 419. num. 23. & part. 14. deciſ. 58. num 4.*

Et hæc locum etiam de Iure habent fauore Hæredum, *Rot. recent. par. 6. deciſ. 260. num. 11. cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum purgationis Conſcientiæ in quibus caſibus deferatur? & an abſque alia præambula probatione? & num. 3.*

2 *Hoc iuramentum non eſt contemnendum, ne Homo ſibi Gehennam ædificet.*

3 *An huiuſmodi Iuramentum veniat præſtandum tam in Ciuilibus, quàm in criminalibus Cauſis? & delato, an tollatur culpæ præſumptio?*

Iuramentum purgationis Cõſcientiæ Alicui delatum, an impellat ad confitendum, quæ in Iudicio proponuntur? vel habeatur pro Confeſſo?

QVÆSTIO LXXV.

1 PEr Iuramentum purgationis Conſcientiæ, quòd ſuccedit in locum deficientis probationis, Creditores, Legatarij, & Fideicommiſſarij poſſunt cogere Hæredes ad confitendum quæ Bona ſint in Hæreditate: & hoc non eſt Sacramentum probationis, ſed

purgationis Conſcientiæ: quodue Iuramentum defertur etiam Viduæ in defectum Inuentarij ad patefaciendas res repertas in Hereditate ſui viri; quæ vidua tenetur ſuam conſcientiam purgare reuelando, & aſſignando Bona hæreditaria; & in pluribus alijs Caſibus locum habet hoc Iuramentum, quos plena manu refert *Io: Anton. ab Eccleſ. in ſuis Obſeruat. Forenſ. Obſeruat. 72. num. 3. cum ſeqq. pag. mihi 106. in 2. Col. & Paul Layman. in ſua Theolog. moral. lib. 4. Tract. 3. cap. 5. num. 3. §. Porrò*. Et procedit etiamſi Actor nihil omnino probauerit, *Laym. ibidem ſuprà, eodem in §. Porrò & idem Io: Anton. in locis prætitatis, num. 15.* vbi etiam ſubdit, quòd ſufficiat ſola ſuſpicio, vt deferatur Iuramentum purgationis conſcientiæ; & non requiritur, quòd adſit præſumptio; cum ſit ſuſpicio multominùs præſuptione, vbi *& num. 16.* firmatur, quòd huiuſmodi iuramentum defertur à Lege: ſicque cum à Lege confeſſio reſultet, æquiparatur veræ Confeſſioni, ùt *idem Io: Anton. Obſeruat. 73. num. 1. & ego dixi alibi*.

2 Conſequentèr caueant Homines veritatem fateri, ne tacendo ſibi contrà propriam Conſcientiam ad gehennam ædificent, *vt in 28 quæſt. 1. Omnes, 14. §. Ex bis*.

Quanquàm *Laym. ibidem ſuprà, in fin. eiuſdem §. Porrò* ſcriptum reliquerit, quòd ſi delatum Iuramentum Pars ex aduerſo contuenta neque ſubire, neque Actori referre velit, habetur pro confeſſa. Et in principio d. §. doceat, quod in omnibus Cauſis tù ciuilibus, tùm criminalibus etiam arduis deferri poteſt hoc Iuramentum, vt ex tex. canon & ciuil. ibidem allegato. Quo ſibi delato tollitur omnis culpæ præſumptio, *Vermigl. conſ. 433. num. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Ædificium, ſeu Muri eleuatio in conſpectu Monaſterij Monialium an ſit de iure permiſſa?*

2 *Non permittitur, ne Moniales inſpiciantur, etiamſi Ædificium reſultaret in ornatum Vrbis.*

3 *Quod Moniales è tali Ædificio inſpiciantur, à Monialium aſſertione, & confeſſione non probatur.*

4 *Quid, ſi aſſertio iuncta ſit cum recognitione Loci?*

5 *Feneſtra è conſpectu Monaſterij à multo tempore factæ àn ſint claudendæ.*

6 *Feneſtræ antiquæ vt claudantur, an Moniales teneantur ad ſoluendum pretium?*

7 *Et àn cautio de claudendis feneſtris locum habeat, quànquàm adſit Via intermedia?*

8 *Quarè vnum Monaſterium poſſit ædificare è conſpectu alterius Monaſterij?*

9 *Quid, ſi per ædificationem fiat impedimentum Luminis, & Vento?*

10 *Alia extra Caſum Monialium traduntur in quodam Voto.*

Ad prohibendam Ædificationem è proſpectu Monaſterij an ſit ſufficiens ſola Monialium aſſertio; & confeſſio, quòd ex tali Ædificatione, ſeu Muri eleuatione conſpiantur Moniales?

QVÆSTIO LXXVI.

1 Ædificatio, ſeu Muri Eleuatio in Coſpectu Monialium, quamuis ædificare Quis velit ad Vrbis Ornatum, nequaquàm poteſt fieri; minimequè poſſunt aperiri feneſtræ, è quibus valeant

2 Moniales ab humanis aſpectibus cerni, & conſpici; quia fauor Religionis Vrbis Ornatui præfertur, vt plena manu docet *Rot coram R. P. D. Royas deciſ. 229. num. 7. & ſeqq. Alex. Sperell. par. 1. deciſ. 55. num. 39. & ſeqq. & Io: Valer. in Different. Vtriuſq. For. V. Venditio, Different. 7. num. 2.*

Cæterum meræ dumtaxàt aſſertiuæ, & Mo-

3 nialium confeſſioni, quòd ipſæ è tali Conſtructione humanis oculis cernantur, non eſt ſtandum; & tunc venit deferendum, ſi comprobatum remaneat ex Loci inſpectione; &

4 eſt ratio, quia Partis aſſertiuæ non ſtatur, dum aliquid de forma requiritur, *Rot. recent. part. 15. deciſ. 101, nu. 9. & 10.* ſi autèm iungatur Loci inſpectio, non eſt ambigendum; cum nulla melior ſit probatio *gloſ. in l. Satiſque pœna in V. Conſpiciatur, ff. de in Ius vocan. & Vbert. de Citat. tom. 3. cap. 15. num. 97. & ſeqq.*

5 Imò ſi non ſit ædificandum, ſed à multo priùs tranſacto tempore fuerit ædificatum cum feneſtrarum apertione, e quibus Sine aliqua difficultate Moniales à Vicino inſpiciantur: poteſt in hoc caſu ab Epiſcopo, ſeu ab alio Superiore eidem iniungi Vicino præceptum, ſeu prohibitio de eiſdem claudendis Feneſtris, etiamſi à multo tempore anteà dictæ Feneſtræ fuerint apertæ, Monialibus

6 nec Superiore prius reclamantibus, ſoluto tamèn eidem Vicino à Monialibus competenti pretio pro ſeruitute impoſterum non proſpiciendi: & hoc procedit ſolummodò in Feneſtris, ùt diximus, veteribus, non autèm in recentèr apertis, quæ ſtatim ſunt claudendæ,

dæ, vel deſtruendæ nulla perſolu ta pecunia:
itaùt hæc ſeruitutis venditio reſpectu Fene-
7 ſtrarum antiquarum ſibi locum vendicet, via
etiam exiſtente intermedia: & prædictorum
eſt ratio fauore honeſtatis, & Religionis, vt
declarando indiſtinctam opinionem *Molin. de Iuſt. & Iur. tit. de Delict. tract. 2. Diſputat. 709. num. 6. tom. 3 docet Alex. Sperell. par. 1. deciſ. 58. num 10. 11. & 12 vltrà alios D. D. adducit Vincent de Franch. deciſ. 223. nu. 4. & 5.*
in his terminis intelligendum; & ita cen-
ſeo procedere poſſe ea quæ refert *idem Valer. in præcitato loco; §. Aliam reſtrictionem.*
8 Qua ſtante honeſtatis, & religionis ratio-
ne quæ non militat inter duo Monaſteria:
vtiqoe neutro ex eiſdem Monaſterijs prohi-
beri poterit vlterior Ædificij proſecutio, *ut Rot. recent. part. 19. deciſ. 279. nu. 4. cum ſeqq.*
9 etiam ad alia quoad Lumina, & Veotorum
Afflatus: & videnda eſt *deciſ. 318. num. 20. par. 16. recent.*

Cetera tandem extra terminos Moniali-
10 um, ideſt in Cauſis inter Laicos de altiùs, &
non altiùs tollendo, vel non ædificanuo ad
æmulationem videri poterũt inter vnum ex
deciſiuis Votis in lucem editis idèſt in Cauſa
Spoletina Muri Hortiui ad Æmulationem
eleuati, & fuit de Anno 1682. quo Vicaria-
tus Generalis Spoletini officium gerebam
ſub felic. mem. Card. Fachenetto ex omni
parte clariſſ. Viro;

SVMMARIVM.

1 *Iudices nequeunt ob eorum officio diſcedere abſque Superiorum expreſſa licentia.*
2 *An Iudicibus, qui diſceſſerunt ab officio ſinè D. D. Superiorum licentia, ſi poſtmodum coram eiſdem confiteantur, & aſſerant ob vrgentes cauſas diſceſſiſſe, veniat credendum?*
3 *Iudices ob diſceſſum ſine Licentia priuantur Officiò, etiamſi alium Iudicem in eorum locum ſubrogauerint.*
4 *Iudicibus abſentibus ſolarium non debetur.*
5 *Ob reſidentiam datur Salarium, qua non data; nec datur Salarium.*
6 *Sacra Conſulta in ſtatu Eccleſiaſtico gerit vices Principis, & quando de priuatione ad habitum præſtet regreſſum?*
7 *Suprema vbi eſt Authoritas, ibi & supremò Indulgentia.*

Iudici aſſerenti, & confitenti ab Officio diſceſ-
ſiſſe propter ſuas vrgentes neceſſitates an
credatur? quando Iudex ſaltèm licen-
tiam non obtinuerit pro diſceſ-
ſu a Prouinciæ Præſide. Et
an faciat pro tempo-
re, quo diſceſſit,
ſalarium
ſuum?
***

QVÆSTIO LXXVII.

TAm ex diſpoſitione Iuris communis, *vt in l. Illud. 15. & ibi gloſ. & D. D ff de Offic. Præſid. & in Authen. Vt Iudic. ſine quoquo ſuff ag. ſi. §. Nulli collat. 2.* Quam in vim *Ban-*
1 *diment. General. cap. 67.* nulli Iudices valent
ab eorum Officiò diſcedère, nec pernoctare
ſine expreſſa licentia Eminentiſſimi Præfecti
Sacræ Conſultæ; & in neceſſitatis caſibus ob
breue temporis interuallum ſine licentia le-
gati, vel Prouinciæ Præſidis, vt in *dictis l. l. & Bandiment.* Et licèt Eminẽtiſſimus Præfe-
ctus, & reſpectiuè Præſes huic neceſſitatiuæ
poſtulationi ſoleant benignè annuere: àtta-
men ſi diſceſſerint Iudices, Præfecto, aut Præ-
ſide irrequiſito (alioquè etiam Iudice in ſuo
2 reſpectiuè loco relicto) huiuſmodi Neceſſita-
tis aſſertioni, & confeſſioni ab Eiſdem non
defertur, *Rot. in Centur. deciſ. penes Zacch. de Salar. & Merced. deciſ. 85. nu 4.* Et eſt ratio,
quia Iudices faciunt cõtra leges & confeſſio
aduerſatiuà l. l. non ſuffragatur, vt alibi ſæ-
piùs dixi, & concordat *Io: Emeric in ſua Prax. Ciuil. Proceſſ. Iudic tit 65. de Confeſſ* Potiſſi-
3 mùm quia in vim huiuſmodi legum reman-
ſerunt priuati ſtatim & nihilominùs Alium,
ſen Alios in eorum locum ſubrogare auſe-
runt, ſuperiore inconſulto; ùt in dicto § Nul-
li, ibi = Ipſi cadant adminiſtratione præſu-
mentes Alium in ſuum officium eleuare = &
in d. cap. 67. Bandiment. & ſancitur etiam re-
ſpectu eiuſdem Prouinciæ Præſidis in *Iuſtinian. Nouell lib. 1. tit. 29.*
4 Et conſequentèr ob abſentiam nullum Iu-
dici ſeu Iudicibus præſtari debet Salarium;
cum huiuſmodi detur ob reſidentiam, nem-
5 pè quando Iudex operam ſuam impendic, &
Iuriſdictioni præeſt, *Rot. deciſ. 329. num. 3. in med par. 3. recent. & d. 342. num. 5. par. 6. recent.*

Benè verum eſt, quòd dum ſacra Conſulta
6 quæ in ſtatu eccleſiaſtico vices Principis ge-
rit, poſtmodùm agnoſcat veritatem vrgen-
tiæ pro diſceſſu, ſolet indulgere reintegra-

tionem a Officium. Nam cognita Veritate,
7 vbi ſuprema eſt Authoritas, ſuprema eſt ad-
mirabilis Indulgentia.

SVMMARIVM.

1 *Quibus qualificatis Virtutibus Clericus coru-
ſcare debeat?*
2 *Per exercitium ignominioſæ Artis habitum à
Clerico poſt quod tempus ipſe Clericus ſuo priua-
tus remanet priuilegio?*
3 *Per artem opprobrioſam tacitè Clericus fate-
tur abuſionem Clericalis Ordinis?*
4 *Non fatetur, dum exercet artem permiſſam à
Sac. Canonibus ad effectum comparandi Victum,
& Veſtimentum.*
5 *Aduocationis munus Clerico non prohibetur ad
ſui ſubſtentationem.*
6 *Nec Monaco pro ſuis indigentijs, & Monaſterij,
& pro defenſione ipſius Monaſterij.*

Vtrùm Clericus ſignantèr in minoribus ali-
quam Artem exercendo videatur tacitè fate-
ri Clericatus abuſionem? Et Iudex
Eccleſiaſticus ipſum Clericum
declarare valeat priuile
gio fori, & Cano-
nis non
frui?

QVÆSTIO LXXVIII.

1 QVibus qualitatibus, & Virtutibus con-
fulgere debeat Clericus luculenter di-
ximus *in 1. tom. de Confeſſion. lib. 2. quæſt.* 50.
ibique num. 15. ſatis pateſcit, quòd Clericus
2 per Annum exercens Artem ignominioſam
ipſofactò perdat omnia Clericalia priuilegia:
quinimò etiam antè Annum poſt trinam
Epiſcopi monitionem ſi Clericus non ceſſa-
uerit, habetur pro confeſſo ſuper abuſione
3 Clericalis ordinis, & tanquàm indignus de-
clarari ab Ordinario poterit.

Hanc autèm abuſionem Clericus non fa-
4 tetur, & ab eo non remanet eccleſiaſtici Fo-
ri, & Canonis priuilegium abdicatum, dum
Clericus ad Victum, & Veſtitum ſibi com-
parandum aliquam Artem exerceat, ùt ex
cau. Clericus *Diſtinct.* 91. ibi = Clericus vi-
ctum, & veſtitum ſibi Artificiolo, vel Agri-
cultura abſque Officij dumtaxat detrimento
paret = & concordat ibi *gloſ. cum cau. ſeq.
& in cau. Nunquam* 33. *de Conſecrat. Diſtinct.*
V. ibi = Facite aliquid operis, vt ſemper te
Diabolus inueniat occupatum. Apoſtoli la-
borabant manibus ſuis, & Alijs tribuebant
refrigeria = Et quòd poſſit Clericus pro vi-
ctu, & veſtitu ſine aliqua abuſione ſui Cleri-
catus Artem exercere, ſeu Artificium face-
re etiam ſine neceſſitate latè exemplificando
colligitur etiam a *Barboſ. in collect. D. D. in
Ius Pontific. Vniuerſ. in præcitato Can. Clericus
per totum diſcurſum tom.* 5. *& in eod. can. Nun-
quam* 33. *in ordine, diſtinct. V. de Conſecrat. eod.
tom.* 5. & optimè etiam *Gratian. diſcept. Foreuſ.
cap.* 57. *num.* 27 *& ſeqq. tom.* 1 Et pluriès in
diuerſis alijs caſibus permiſſis, & non permiſ-
ſis Clericis etiam in maioribus ordinibus
conſtitutis reſponderunt veneranda Oracula
Sac. Congr. Concil. Trident ùt *per Card. Vbal-
dinum Paulutio Secretario*, & enumerat etiam
Barboſ de Offic. & Poteſt. Epiſcop. Allegat. 13.
num. 10. *& ſeqq. tom.* 1. *& in ead. Collect. cap.
Secundum, in ord.* 6. *nu.* 1. *& ſeqq. tit. Ne Cle-
ric. vel Monac. &c. tom.* 2. *& Mort. Alter. de
Cenſur. tom.* 1. *diſputat* 19. *lib.* 5. *cap.* 6. *in
verſ ſed notandum eſt, a lit. A, vſq. ad D.
in* 2. *col pag. mihi* 742.

Et ſi licitum eſt Clerico ad effectum præ-
dictum exercere Artem, ſeu Artificium:
5 multo magis permiſſum erit Aduocatio-
nis munus *Gratian. ibidem ſuprà, num.* 28. *&
6 ibi* Carol. *Anton. de Luca num.* 5. *&* 6. extendit
etiam ad Monachum indigentem ùt *ibidem
& num ſeqq.* & concordat *Gratian. ibidem
ſupra, num.* 24. 25. *&* 26.

SVMMARIVM.

1 *Nullus Clericus poteſt ad ſacros Ordines promo-
ueri, niſi præuia Patrimonij conſtitutione ſuffici-
enti ad victum quando non habeat Beneficium, vel
Penſionem; & hoc ne Clericus mendicare, vel
Artem exercere cogatur in dedecus ſui Ordinis.*
2 *Quarè non procedat, dum quis initiatur ad pri-
mam Tonſuram, & minores Ordines?*
3 *Clericis habentibus primam tonſuram, & mi-
nores ordines non prohibetur negociatio, ſecus Be-
neficiatis, & in Maioribus Ordinibus conſtitutis.*
4 *Contractus initi à Beneficiatis, & in ſacris con-
ſtitutis tempore negociationis non irritantur, ſed
eiuſmodi Clerici plectuntur pœnis in Iure canoni-
co præſcriptis.*
5 *An, & quando Clericus ex ſola aſſumptione of-
ficij ſæcularis priuetur, vel ne Clericatu?*
6 *Qua taxa ſit attendenda in conſtitutione Patri-
monij, vt Quis ad ſacros Ordines initiari valeat?*
7 *Repromiſſio confeſſata facta à Clerico Donanti
Patrimonium de reſtituendo donato Patrimonio,*
eoipsó

eoipsò quòd Clericus obtinuerit beneficium Eccleſiaſticum, ſi valet, an ſtatim obliget Clericum ad repromiſſam confeſſatam reſtitutionem?

8 *Patrimonium Clerici, & fructus non alienantur, nec hypotecantur, & quare? Quid ſi haberet vnde viuere poſſet Clericus? & an ſit neceſſaria Epiſcopi licentia? Et quid, ſi Clericus delinquat? & an locum habeat in Penſione vigore ſententia, ſiu priuationis declarata à Iure?*

9 *Epiſcopi cauti eſſe debent in Patrimonio Clericorum, ne eos alere teneantur &c.*

Conſtituitur à Patre, ſeu à Fratre, ſiue ab Amico Patrimonium Clerico, vt is ad Sacros ordines initiari poſsit, in eodemque conſtituti, & donati Patrimonij Inſtrumento confitetur idem Clericus acceptaſſe, & acceptare Patrimonialem Dotem, ſed eoipsò quod fuerit prouiſus de aliquo ad Victum capaci Beneficio eccleſiaſtico velle Patrimonium, & Dotem prædictam reſtituere, prout nunc pro tunc dimiſit, & reſtituit: quæritur àn ſola Beneficij prouiſio & eiuſdem Beneficij poſſeſſio acquiſita repromiſſa reſtitutio locum habeat fauore Conſtituentis, & Donantis, ſiuè ipſius Hæredum?

QVÆSTIO LXXIX.

HÆc noſtra præſens quæſtio aliquem animatum intellectum dat antecedenti proximæ ſupra exaratæ Materiæ, in qua ſi firmauimus, ne Clericus hoſtiatim coga-
1 tur dietim quæritare Victum, & Veſtitum, quòd licitum ſit eidem aliquam Artem, ſeu Artificium exercere, huic in aſſumptione ad maiores Ordines ad obuiandum dedecori pe-
2 rennabilis clericalis ſtatus fuit ſancitum neminem poſſe ad ſacros Ordines promoueri, niſi præuia prouiſione patrimonij ſufficientis ad vitam Clerici ſuſtentandam, ùt *in can. Neminem 1. & ibi gloſ. & in can. Sanctorum 2. diſtinct. 70. in can. Diacani ſunt 23. erga medium, in V. Mendicat, Diſtinc. 93.* & optimè etiam *in cap. 2. in fin. & cap. cum ſecundum Apoſtolum 16. de Praben. & Dignit. & cap. Si Epiſcopus 37. eod. tit. in 6.* & nouiſſimè in *ſac. Concil Trident. ſeſſ. 21. cap. 2. de reformat.* vbi etiam de Beneficij, vel Penſionis perpetuæ prouiſione; & docet etiam *Pignatell. in ſuis Conſultat. Canon. conſultat. 2. num. 23. tom. 3. Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſcop. Allegat. 19 num. 52. & ſeqq. & num. 74. par. 2. Marcell. Vulp. in ſua Prax. Iudic. for. Eccleſ. cap. 7. num. 4. & 5. Card. Celſ. deciſ. 294. num. 1. Rot. recent. part. 19 deciſ. 348. num. 10. 18. & 21. & Barboſ. Collect. D. D. in Ius Pontific. Vniuerſ. tom. 2. præcitat. in cap. 2. de Praben. &c.* vbi refert ad minores quoque Ordines requiri titulum, ſed de conſuetudine non ſeruari, at ſolummodò ad ſacros Ordines, iuxta normam *Sac. Concil. Trident. in lociſ. præcitatis.*

Iure igitur meritò *Rot. Roman. deciſ. 353.*
3 *nu. 4. & 5.* determinat, quòd ſacri Canones non probibent negociationes Clericis primæ Tonſuræ, & minorum Ordinum, ſed in ſacris Conſtitutis, ſeu Beneficia Retinentibus: bet è
4 uerum eſt, ùt *in eodem num. 5. & ſeq.* quòd Contractus Negociationis a Clericis beneficatis, & Sacerdotibus geſti non annullantur, ſed omninò ſeruandi ſunt tanquàm validi, licèt certis pœnis mulctentur Beneficiati, ſeu Præsbyteri.

Vndè notandum, quòd licèt Clerici ex ſo-
5 la aſſumptione Officij ſæcularis Clericatu priuentur, etiamſi caſus particulares illi repugnantes probati non ſint: nihilominus debet eſſe Officium omninò incompatibile, & contrarium Statui clericali veluti Criminale, aut quid ſimile ſit Clerico admixtum, per quòd ipſoiure Clericus priuatus remanet Clericatu. Verùmſi agatur de Officijs, ſeu muneribus ſæcularibus non omninò contrarijs Clericatui, neque incompatibilibus ſaltèm in habitu, ſupèr quibus priuatio in corpore Iuris non reperitur ipſofacto ſancita, & in his caſibus priuatio procedit, ſi poſt trinam monitionem Clericus non reſipiſcat, & ab illis non ſe abſtineat, ùt optimè *Rot. recent. part. 19. deciſ. 372. num. 6. & 11. ac 12. & deciſ. 253, num. 10. & 12.*

Hac non incongrua tranſgreſſione facta, & reaſſumendo quæſtionis ſeriem dicimus,
6 quòd taxatio redituum ad congruam clericalis Vitæ ſuſtentationem eſſe debeat in bonis ſtabilibus præſcribendis, & etiam in proprietate taxandis iuxta Regionis, & Diœceſis conſuetudinem ab Epiſcopo approbandis, *Pignatteli. d. Conſultat. 2. num 24. cum. ſeqq.* vbi exemplificat, & ſignantèr *num. 26. Barboſ. d. Allegat. 19. num. 54. & in 1. tom de Confeſſion. Opuſcul. 3. num. 12.*

Quibus vt ſupra exequtis, & ab Epiſcopo admiſſis, non veniet irritanda repromiſſio
7 confeſſata a Clerico de reſtituendo Patrimonio, ſeu Dote Patrimoniali ipſimet Donanti, ſiue eius Hæredibus eoipsò, quòd ipſe Clericus fuerit prouiſus de aliquo Beneficiò eccle-

Eccleſiaſtico ſufficienti ad Victum, & Veſtitum. Cęterum huiuſmodi repromiſſio confeſſata ſubitò locum ſibi vendicare non poterit fauore Donantis, ſeu Hæredum, niſi prius fuerit ab Antiſtite huiuſmodi ſufficientia recognita: itaut donèc fiat talis recognitio, & declaratio, poterit Clericus Patrimonium, & Beneficium retinere in totum, & in parte iudicata à Præſule retinebit etiam Patrimonium pro ſuæ cęngrua ſufficienti Vitæ ſuſtentatione, dum Beneficij reditus totaliter ad Victum, & Veſtitum, non ſuppetant; *Barboſ. de Offic. & Poteſt. Epiſcop. Allegat. 19. num. 59 88. & ſeqq. & Allegat. 20. num. 31. part. 2. pag. mihi 227. Antonell. de Regimin. Eccleſ. Epiſcop. lib. 2. de ſac. Ordin. cap. 2. nu. 38. & Card. Celſ. eadem deciſ. 154. num. 3.*

8 Huiuſmodique Patrimonium, fructus, & Redditus ipſius neceſſarij ad Clerici ſuſtētationem a Creditoribus capi non poterunt in executionem, ſed tantummodò quidquid ſupereſt deductis neceſſarius ad Victū annuijm ab Ordinario taxandum. Benè verum eſt; quòd poterit Clerici Creditor accipere in ſolutum, aut vendere Ius ſibi competens ad huiuſmodi Patrimonium poſt mortem Clerici; & non alias, ùt per extenſum refert ita fuiſſe declaratum a ſacra Concilij Tridentini Congregatione *Pignatell. in eiſdem Conſultat. Canonic. conſultat. 163 num. 6. tom. 1. par. 5. & tom. 4. conſultat. 141. per totam, & Ricc. in Prax. Eccleſiaſt. for. tom. 4. tit. Prax. Bonor. Patrim. reſolut. 89. per totam, pag. mihi 436. & Pignatell. in d. Conſultat. 163. nu. 1. in fin.* ſubdit, quod ſi contrahendo alienare Patrimonium, & fructus non poteſt: ita & multo minus delinquendo ob rationem deſupèr enunciatam, ne Clericus opprobrioſè mendicare compellatur. Et quandò facienda ſit alienatio &c. Nullàtenus venit admittenda ſine Epiſcopi expreſſa Licentia, etiamſi haberet Clericus, vel Sacerdos vndè viuere poſſet, *Ricc. in locis prœcitatis reſolut. 90. per totam, Barboſ. d. Allegat. 19. num. 75. & ſeqq.* ſubrogatis tamèn bonis certis, ex quibus commodè Victum habere poſſit, *Rot. recent. par. 19. deciſ. 348 num. 21. & deciſ. 371. num. 4.*

Eſt igitùr notandum, quòd Clericus in contumacia damnatus non amittit Penſionem, niſi vbi fuerit expreſſè per ſententiam priuatus vel pro delicto ex quo ipſo iure abſque facto Hominis inducitur priuatio, *Rot. coràm Card. Cerro deciſ. 735. nu. 8. & 9. tom. 3.*

9 Ad normā interim huiuſmodi quæſtionis caueant Epiſcopi non ſolum vigilare ſupèr ſufficienti conſtituendo Clericis Patrimonio, ùt condignè viuere valeant, ſed etiam in eo defendendo, & in manutenendis fructibus, & Redditibus, vt ob ægeſtatem a clericali Decore non declinent ipſi Clerici, & Sacerdotes: ita Epiſcopi efficere tenentur, ne aduerſus ipſos pro alimentis præſtandis Clericis, & Sacerdotibus egentibus retorqueantur Diſpoſita per tex. *in cap. Epiſcopus 4. vbi latè Barboſ. tom. 5. & in cap. Epiſcopus 37. de Præben. & Dignit.* & diffusè etiam quoad alia ratiocinatur *idem Barboſ. prœcitata in Allegat. 20. num. 1. & ſeqq. & Antonell. in eod. cap. 2. num. 12. 18. & 24. & Rot. caram recol. mem. R.P.D. Zarate deciſ. 120. num. 18 & 19. vbi num. 17. & 18.* ſtatuitur; quòd Clericus ad titulum Beneficij litigioſi ordinari non debet.

Tandèm dicam, quòd intèr cætera Antiſtites percontari debent, ùt Clerici ad ſacros Ordines promouendi fulgeſcant illis ſignantèr Virtutibus, quas recenſet *tex. in tuam can. Diaconi ſunt 23. Diſtinct. 93.* quibus ſi coruſcabunt Clerici, lucidiores elucеſcent Epiſcopi, & vnanimitèr in Empyreo gaudebunt; ſicque Epiſcopis canendo concludimus:

Si ſeruas Tibi ſeruas, & tua Facta tueris.

Hæc Tibi ſcripta manet, vt Tibi fixa legas.

An ex negatione quæratur Ius præciſum Parti ſicuti ex Confeſſione? Et vtrùm Citatus à Perſona ipſo iurè nō legitima videlicèt a Bannito, vel Pater à Filio, intèr quos non poteſt eſſe Iudicium, ſi nō compareat; an poſſit haberi pro confeſſo, & conuicto ad formam Statuti?

* * *

QVÆSTIO LXXX.

DVas has quæſtiones examinat, & decidit *Marc. Angel. Leon de Præparat. Iudicior.* videlicèt primam quæſtionem *in part. 3. Præparat. 28.*, ſecundam *in eadem par. Præparat. 29.* Ideò ne Lectoris aures vlterius obtundam, volue exarata ab huiuſmodi ingenioſo, & erudito Doctore, ex quo adamuſſim etiam omnia diſtincta percipies; ſicquè ad Dei Omnipotentis, & Dei paræ ſempèr Virginis Mariæ gloriam extremas manus impono.

Om-

Omnis Conſumationis vidi FINEM,

Pſalm. CXVIII. Verſ. XCVI.

Omne terit Mundus; quid nùm ſub Sole perenne?
Nilque perenne manet Solis in Occiduo.
Mundus in Orbe ſedet, requiem quid in Orbe requiris?
Siſte Rotam Mundi; ſiſtere iure potes.
Siſtere iure potes: ſi Axis penetralia tangas.
Nàm ſi non tangas, Orcus in Orbe Tibi eſt,
Tu fugias Orcum: ſecteris Dogmata Cœli.
Orbis Olympus erit: ſempèr Olympus eris.

LAVS DEO
Semper, & Immaculatæ Vigini MARIÆ,
Et D. Vincentio Meuanienſi Prothoantiſtiti;
ac B. Iacobo Blanconio Meuanati
ex auguſtiſsimo Prædicato-
rum Ordine.

AD

AD DEIPARAM GRATIARVM MARIAM

PRO GRATIARVM ACTIONE.

NVllum mihi datur Robur,
Quo perennes reddam Grates;
Cor ſed tibi, Virgo, prçſto
In æternis obſequijs,

Tu; quç quaſi Terebinthus
Extendiſti Ramos Altos
Gratiarum, & honoris,
Sanctæ Spei pulchra Mater;
Aduocata Peccatoris
Stas Cœleſti in Aula:
Da tu meis culpis prauis;
Da dolorem intimum.
Quo purgatus poſsim tecum
Reſonare Carmina
Summo Regi Saluatori,
Qui redimit Animas. Amen.

SEXTICON.

Super huiuſmodi Libro (Deo adiuuante) cœpto ſub die 29. Iunij 1690. & completo Diuinis Auſpicijs dè Anno 1693. ſub conſimili Die 29. eiuſdem Menſis Iunij in celebritate S. S. Apoſtolorum

PETRI, ET PAVLI

ANnua dùm, Nobis Petri, Pauliq; recurrit
Feſta Dies, Feſtum dant mihi Scripta meà
Feſtoſi Feſto Lectores plaudite Cuncti:
Hoc mihi dùm Feſtum fine coronat Opus;
Do Vobis Gratos Summis Conciuibus Axis:
Enſe tuo tueor. Clauibus Aſtra petam.

INDEX
ALPHABETICO
ORDINE DIGESTVS
Copioſiſsimus Rerum, & Verborum
QVAE IN HOC TRACTATV SECVNDO
DE CONFESSIONIBVS CONTINETVR
FRANCISCO DE ANGELIS
MEVANATE AVTHORE.

A

Abbatis Confeſsio,

ASſertio, & Abbatis Confeſsio ad impediendum Epiſcopum nè viſitet tamquam ipſe Abbas exemptus per Apoſtolicum Priuilegium non releuat quæſt. 27. num. 10.

Abbatis Priuilegiũ à Iure viſitationis Epiſcopalis ſi non producatur, an ſuffragetur ibidem num. 14.

Actus in contrarium facti ab Abbate an impediant Antiſtitem à Iuriſdictione Viſitandi? ibidem num. 15. & num. 16. Agitur de ſcientia, & patientia Epiſcopi ſuper dictos actus &c.

Abbatis confeſsio, quæ in ſui fauorem non releuat, quando in Epiſcopi fauorem releuet? ibidem num. 17. & vide in verbo Eccleſia.

Abbatiſſa Viſitare,

Monialium Abbatiſſæ an ſit licitum viſitare ſuum Monaſterium, ſuiq; Monaſterij Iura recognoſcere. quæſt. 27. num. 51.

Vtrum Abbatiſſæ tribuatur Ius viſitandi acquiſitum per vnicam vicem, & an detur aduerſus Epiſcopum manutentio? ibidem num. 52.

Ius Viſitandi Monaſterium, & loca ſubiecta competit Abbatiſſæ priuatiuè, quoàd Epiſcopum, exceptis ijs, quæ reſpiciunt curam Animarum, ibidem num. 53.

Actus facti ab Epiſcopo, & ab Abbatiſſa contradicti non conſtituunt ipſum Epiſcopum in quaſi poſſeſsione viſitandi ibidem num. 54.

Sunt Abbatiſſæ ſubiecti Beneficiati exiſtentes in Eccleſia Monaſteriali, & ab eadem Abbatiſſa Viſitari poſſunt, ac ab officio amoueri, licet Fœmina ſit incapax Iuriſdictionis: & pro hac viſitatione extra Monaſterium poteſt alium in ſua vice deputare, & late ad alia ibidem num. 55.

Abſentia,

Cauſa ſtudij Abſentia permittitur per quinquennium, etiamſi Canonicus habeat reſidentiam quæſt. 8. num. 11.

Abſentia ob dictam cauſam ſtudij enarrata in precibus ſummo Pontifici, vel ſacræ Congregationi porrectis, quam inducat Confeſſionem, & quos fructus lucretur huiuſmodi habilitatus ob dictam cauſam Studij? quæſtion. 8. num. 12. 13. 14. 15.

Trium menſium tempus præſcriptum à

Digitized by Google

Sacro Concilio Tridentino pro abſentia fauore Canonicorum, & aliorum Beneficiatorum qua cauſa proficiſcatur? quæſt 8, nu. 22.

Canonicus abſens per d. tres menſes eſt exemptus à pœna, ſed non a diſtributionibus quotidianis, niſi Canonicales reditus in eiſdem ſolis diſtributionibus conſiſtant, quęſt, 8, num, 23.

Talis autem Canonicus non percipit diſtributiones pro Miſsis, aut pro Defunctorum Anniuerſarijs ibidem num, 24.

An Epiſcopus poſſit facere edictum, in quo præcipiat, nè Canonici, vel Dignitates abeſſe poſsint ſinè eius licentia, ibidem num. 25.

Vtrum Canonicus, vel Beneficiatus lucretur diſtributiones quotidianas, dum abfuit à Choro ob iniuſtam ſuſpenſionem a Diuinis, vel iniuſtam Carcerationem, & quomodò id intelligatur, & quandò procedat? ibidem num. 26.

Accollans Accollatio.

In ſe Cenſum Accollans, & extinguens reportata Iurium ceſsione, an poſſit agere per ſubintrationem in locum creditorum anteriorum Venditoris? vel ſaltem ſit conceſſa exceptio, ſiuè Retentio? & redditur efficaciſsima ratio quæſt. 12. num. 4.

Accuſator.

Coram Iudice, & Notario ſi Accuſator, ſeù Damnidati Guardianus confiteatur aliquod inueniſſe damnum illatum ab aliqua persona ſpecificata, an poſſit poſtmodum contrarium teſtificari quæſt. 39. num. 1.

Per contrariam Accuſatoris Confeſsionem, & Teſtificationem, an & quandò lædatur, vel nè legalitas Notarij ibidem a nu, 2. vſque ad finem.

Si differtur Accuſatio, Accuſatus poſt multum temporis interuallum dicitur Innocens eum ex tarditate præſumatur dolus, & calumnia quæſt. 51. num. 32.

Quis valeat accuſare, & querelare in Delictis Inceſtus, Stupri, & Adulterij? quæſt. 51. num. 8.

Actio, Agens.

Quæ actio aduerſus ſequeſtratarium oriatur? quæſt 1. num. 11.

Differendo ſequeſtratarius ſolutionem, qua actione conueniatur? quæſt. 1. num. 14.

Actione Depoſiti conuenitur Sequeſtratarius, cui à Iudice fuerit ſequeſtrum, ſeù Præceptum dè non ſoluendo, ſeù de non reſtituendo iniunctum ibidem num. 15.

Sequeſtrans quam habeat actionem aduerſus ſequeſtratarium negantem habere bona in ſequeſtrum apprehenſa, dum ſequeſtrans poſtea approbauerit ibidem num. 16.

Quæ actio competat Hæredi ſcripto, & grauato pro pecunijs ſolutis in extinctionem Debitorum Fideicommiſſariorum? quæſt. 3. num. 10. & vide etiam in V. Hæres grauatus.

Agens ex locato, an teneatur de incendio, vel caſu quæſt. 6. num, 17.

Agens actione legis Aquiliæ, an teneatur dè Incendio leuiſsima etiam ſequto culpa quæſt. 6. num. 18.

Quæ Actiones competant Canonicis ſucceſſoribus aduerſus Anteceſſores, qui non extinxerunt cēſum ad Beneplaciti Apoſtolici tenorem, quæſt. 7. num. 2.

Actio vtilis negociorum geſtorum, an & quando exerceri poſsit aduerſus Pupillos, & Minores, ac Mulieres? Dantur Iura, & rationes opportunæ quæſt. 7 num. 22.

Actio exigendi Diſtributiones quotidianas cur duret vſque ad triginta annos, quęſt. 8, num. 10 & vide V. Diſtributiones.

Si non datur ex empto Actio, quę detur? quæſt. 65. num. 7. & ſeq.

Actio menſuræ petendæ præſcribitur infra triginta annos, & quarè? quæſt. 13. n. 4.

Limita ſtante pacto ad menſurandum appoſito, ibidèm num. 5.

Sublimita vigente pacto de ſemper attendendo contenta in Inſtrumento ibidem nu. 6.

Actiones quot competant Fideicommiſſario quæſt. 4. num. 11.

Adimplementum.

Exceptio adimplementi quarè reijciatur à capitulis ſeparatis quæſt 30. num. 8.

Capitula annexa tendunt ad correſpectiuitatem, ſicque ad adimplendum quæſt. 30 num. 9. & ad alia num. 10.

Longiſſimum tempus facit deperire exceptionem non adimplementi ibidem num. 10.

Ædificium prohibitum eſt è Conſpectu Monaſterij, & quarè? quæſt. 76.

Affinitas.

Quandò non ſit ambigendum de Conſanguinitate, & Affinitate, Vide in V. Copula.

Ali-

Alienatio.

Bonorum Fideicommiſſariorum alienatio an fieri poſſit ob neceſſitatem à Grauato cõfeſſam, & an huiuſmodi Confeſſioni ſit credendum in præiudicium Fideicommiſſarij? quæſt. 2. num. 1. & ferè per totam, & vide etiam in V. Neceſſitas.

Alienatio in dubio præſumitur cauſa euertendi fidei commiſſum, ibidem num. 5.

Alienata a Patre, an Filius etiam ipſo viuente Patre poſſit pro ſua legitima, & alimentis recuperare? quæſt. 40. nu. 20 & ſeqq.

Alienatio regulata a neceſſitate ad quæ ſe extendat? quæſt. 2. num. 8.

Modus alienandi gratia remunerationis à qua cauſa neceſſaria metiatur? ibidèm nu. 9.

Alienatio an Filio permittatur dè Bonis Fideicommiſſi in ſuis neceſſitatibus ibidem num. 11.

Alienationis Appellatione pro eſtinguendo ære alieno Fideicommittẽtis an, & quando veniat impoſitio Cenſus, quæſt. 4. nu. 6.

Alienatio non fit de Patrimonio Clerici, nec de fructibus &c. & quarè? quæſt. 79.

Alienatio facta de corporibus Fideicommiſſarijs diuiſibilibus pro parte exceſſiua æris alieni, & legatorum an, & quandò valeat, vel nè in parte exceſſiua, vel in totum reſcindatur? & quid ſi corpora non ſint diuiſibilia? ibidèm quæſt. 4. num. 7.

Alienationi ſi omnes hæredes Fideicommiſſarij conſenſerint, an euertatur in totum Fideicommiſſum quæſt. 4. num 8.

Fideicommiſſum quandò non eſt factum in caſu contrafactionis, & alienationis, ſed tantum in caſu mortis, an antè mortem Grauati ſuſtineatur alienatio quæſt. 4. num. 9.

Bonorum Eccleſiaſticorum alienatio vſq. ad quam ſummam poſſit ab Epiſcopo permitti non conſulta Sancta Sede Apoſtolica? quæſt. 25. num. 12. & 13.

Alienatio Bonorum Fideicommiſſariorum vigore Breuis Apoſtolici, quid importet? quæſt. 63.

Alienatio bonorum Paternorum àn inducat Hæreditatis aditionem, quæſt. 71.

Alimenta.

Nurus in quibus caſibus petat alimenta à Socero quæſt. 40. num. 2. & vide in V. Nurus, & in V. ſocer.

Confeſſio dè dote recepta facta à ſocero fauore Nurus contra ſocerum cõſtituit obligationem præſtandi alimenta, in eadem quæſt. 40. num. 3.

Alimenta fauore filij, & Nurus non præſtantur a Patre, & reſpectiuè Socero extra domum, ibidem num. 5.

Pater non præſtat alimenta Filio proprijs induſtrijs viuenti, ibidem num. 6.

Vt Pater non præſtet alimenta Filio, quid prius probare teneatur? ibidem num. 7.

Sententia in taxandis alimentis quomodò ſit concipienda, & quæ ſit habenda circumſpectio? eſt materia valdè notabilis, quæſt. 4. num. 8.

Et quid dicendum in filio Doctore ibidèm num. 9.

Quot ſunt caſus, in quibus grauatus Pater ad ſubminiſtranda Filio alimenta, nec non vxori eiuſdem Filij extra propriam Domum, ibidem num. 10.

Taxatio, ſeù alimentorum æſtimatio quibus inſpectis ſit facienda, & ad quam ſummam? d. quæſt. 40. num. 11.

Ob Matrimonium initum à Filio an pater teneatur alimenta dare extrà Domum? dict. quæſt. 40. num. 12. & ſuper hac materia alia in V. Pater.

Aduerſus bona alienata à Patre an Filius agere poſſit pro alimentis, & legitima? quæſtion. 40. num. 22.

Amiſſio.

Inſtrumenti amiſſio, & deperditio vide in V. Inſtrumentum.

Animal.

Licèt Animal ſenſu careat, an adhibitum ad peccandum contra naturam, veniat interficiendum? quæſt. 16. num. 8. ferè vſq. ad finem.

Antecedens.

Confeſſio comprehendit neceſſarium Antecedens, vel conſequens, quæſt. 26. num. 5.

Archiuium.

Sixtina Conſtitutio, & Bannimenta ſuper Archiuijs, illorumq. erectio, quarè ſit introducta? & qui effectus oriantur è ſcriptura, ſeù inſtrumento Archiuiato? quæſt 38. nu. 10. & ſeqq.

Ars, & Artificium.

An Clericis ſit in Exercito permiſſum? quæſt.

quæſt. 78. & 79.

Aſcendentibus.

In Bonis Deſcendentium debetur Aſcendentibus legitima, & in qua portione? quæſtio 28 num. 2.

Non aſſignata legitima in Iuridica portione, an detur actio ad ſupplementum, quæſtio 28. num. 3.

Aſſerenti.

Incumbit onus probandi Aſſerenti, quæſt. 2. num. 4.

Atteſtationes.

Metu excommunicationis atteſtationes cum Iuramento factæ, an & quando probent, vel nè? quæſt. 6. num. 29. & 30.

Attentatus.

Quis dicatur actus attentatus, & quis non? quæſt. 58. num. 1. & ſeqq. vbi latè.

Author.

Laudatus Author quomodò veniat admittendus ad defenſionem Rei conuenti, & quæ cauthelæ ſint ſeruandæ, ne detur Iudicij innouatio? quæſt. 11. num. 1.

Author laudatus vi cauthelatiuè etiam admitti poſſit ad cauſam, quid prius docere debeat? dicta quæſt. 11. num. 2.

Author laudatus ſi confiteatur, & afferat habere intereſſe in cauſa, an eidem ſit vel nè credendum per ſuam confeſſionem, & iuratam aſſertiuam? vel aliæ requirantur probationes cumulatiuè, vel probatio poſſit eſſe ſemiplena, aut ſaltem apparens? eadem quæſtio 11. num. 3.

Author laudatus veniens ad cauſam tamquam principalis, an plenè & concludenter aliundè, quam ex eius Confeſſione, & aſſertione ſit intereſſe probandum? quæſt. 11. num. 4.

Actor an teneatur Authorem laudatum, & in Iudicio cauthelatiuè admiſſum in ſingulis actibus citare? & dantur rationes, quæſtio 11. num. 5.

Sententia, quandò citatur, ſeù venit Author laudatus, contra quem concipitur, & promulgatur? ibidem ſupra num. 6

Author laudatus tamquam Procurator in rem ſuam, ſi fuerit in cauſa admiſſus, quæ facultates eidem dè Iure competant? ibidē n. 7.

Laudatus Author ſi cum promiſſione, ſeù cautione ſpondeat, velle rem, ſuper qua fuit Iudicium introductum reſtituere, etiamſi non poſſideatur, an ſit includendus, vel non in ſententia? ibidem num. 8.

Author laudatus per exceptiones opponendas, vel quæ dè Iure opponi poſſunt, quid conſequatur, vel ne? ibidem num. 9.

Author laudatus, ſiuè tertius pro ſuo Intereſſe veniens ad cauſam, an poſſit, vel nè appellare? ibidem num. 10.

B

Bannitus.

CAueant Banniti in ſtatu Eccleſiaſtico recipere Saluumconductum, ne ducantur ad ſupplicium, quæſt. 46. num. 10. & vide alia in V. Saluuſconductus.

Beneficium.

Reſtitutionis in integrum Beneficium an concedatur Hæredi, qui omiſerit hæreditatem adhire cum Beneficio legis, & Inuentarij, etiamſi hæres ſit minor, vel Maior? quæſtio 41. num. 8. & 9. & vide in V. Confeſſio, & in V. Hæres Benefic.

Beneficio obtento an, & quandò locum habeat pactum de reſtituendo Patrimonio? quæſt. 79.

Beneplacitum.

Apoſtolicum Beneplacitum reſtrictum ad tempus, an poſt tempus dicatur reſolutum? quæſt. 7. nu. 2. & vide in V. Cenſus Confeſſio.

Breue.

Vt valeat Alienatio vigore Breuis Pontificij, quid veniat ſeruandum? quæſt. 63. per totam.

Beſtialitas.

Quid ſit Beſtialitas? quæſt. 16. num. 2.

Flagitia contra Naturam, quarè ſunt deteſtanda? ibidem num. 3.

Minus eſt ſui Natura coire, quàm contrà Naturam delinquere, ibidèm num. 4. & 5. affertur exemplum B. Ioth.

Beſtialitas eſt delictum grauiſſimum Adulterio, & inceſtu etiam cum propria Matre, ibidem num. 6.

Dia-

Diabolus poſt quam induxit Hominem ad peccandũ contra naturã aufugit ibidem, n. 7.

Mulier ſi confiteatur aceeſſus ad peeus, vel dè tali aceeſſu conuincatur, morte moriatur inſimul cum Pecude, & vnanimiter comburantur; & redditur efficaciſſima ratio, licet Animal ratione careat, ibidem num. 8.

Ex hoc delicto ſolus conatus cũ Bruto punitur, ibidem num. 9.

Pretium interfecti Animalis eſt Domino ſoluendum, etiam per Fiſcum, ibidem n. 10.

Inductus ob neceſſitatem ad delinquendum an peccet, aut delinquat? ibidem num. 11. & 12.

Bona.

Fideicommiſſaria bona an, & quando poſſint, vel ne alienari? quæſt. 3. & 4. & ſupra in V. Alienatio, & in V. Hęres grauatus.

Bonorum Identitas.

Succeſſores, ſi confiteantur, & aſſerant aliquid poſſidere in vno loco, an, & quando eorum Author in eodem loco poſſediſſe pręſumatur, & probetur Bonorum Identitas? quæſt. 23. num. 1.

Filij, qui ſucceſſerunt Patri, an præſumantur, non poſſidere alia bona niſi paterna? dicta quæſt. 23. num. 2.

An, & quando Bona poſſeſſa à Patre in aliquo loco, à Filio poſſideri cenſeantur? & quando pręſumptio procedat, ibidem nu. 3.

Quid dicendum in Filia Fœmina, vel in Filijs Maſculis, ſi ad eorum fauorem non concurrat induſtrię qualitas, & temporis diuturnitas? & quę ſit huiuſmodi temporis diuturnitas ibidem latè num. 4.

Bonorum poſſeſſio quid denotet? quęſt. 71. num. 6. & ſeqq.

C

Cambium.

QVid ſonet Cambium? quęſt. 59. num. 1.

Cambij literæ, quos contractus contineant? ibidem num. 2.

In literis Cambij confeſſio dè recepto an admittat exceptionem non numeratæ pecunię? d. quęſt. 59. num. 3.

Quòt ſint de ſubſtantia Cambij? ibidem num. 4. & vide in V. literę Cambij.

Canonici.

An ſubeant Canonici, qui ſucceſſerunt poſt tempus pręfixum in duratione Cenſus, onus ipſum extinguendi cenſum? quęſt. 7. num. 16.

Canonicis, qui ſucceſſerunt poſt tempus præfixum ad extinguendum Cenſum, quę actiones competant? & an negociorum geſtorum, & aduerſus quos? quęſt. 7 num. 21.

Canonico, & Clerico Beneficiato habenti reſidentiam permittitur abeſſe cauſa ſtudij per quinque annos, quęſt. 8. num. 11.

Canonicus, vel Eccleſię Rector, ſi habeat perſonalem reſidentiam, dum abeſt, ad quam pœnam teneatur? quęſt. 8 num. 17

Canonicus, vel Eccleſię Rector ex cauſis, vt in Sacro Concilio Tridentino per tres mēſes abeſſe poſſunt dicta quęſt. 8. num 18.

Et aſſignantur alij tres menſes ſine cauſa abſque licèntia ſui Pręlati, ſi omnes Canonici non abſint, ſed ſine diſtributionibus dicta quęſt. 8. num. 19. & vide in V. Abſentia.

Verũ Canonicus, vel Beneficiatus lucretur diſtributiones quotidianas, dum abſuit à Choro ob iniuſtam ſuſpenſionem a Diuinis, vel iniuſtàm carcerationem, & quomodo intelligatur, & quando procedat, quęſt. 8. num. 26.

Canonicus qui non eſt in Sacris ordinibus conſtitutus quam diſtributionem, ſeù diſtributionis partem lucretur? quęſt. 8. num. 27.

Carceratio, Carcer.

Spontanea conſtitutio ad Carceres quid denotet pro innocentia? quęſt 51. num. 33.

Et redditur ratio pro Innocentia num. 34.

Alia maior inſurgit ratio num. 35. & 36.

Datur inexpugnabilis Innocentia apparente ex proceſſus reuolutione.

Carceris Effractor pro Confeſſo, & pœna arbitraria punitur quęſt. 64.

Caſus.

Ex vno caſu infertur ad alium conſimilem quæſt 17. num 7.

Maior caſus non extenditur, ſed comprehenditur, quęſt. 17. num. 8.

Cauſa.

Confeſſata, & expreſſa cauſa in pecuniarum ſolutione, quę ſit, an coarctet ſoluentem ad pecuniarum inueſtimentum quęſt. 5.

num.

Digitized by Google

num. 1.
Cauſę Confeſſatę excuſantes à ſuſcepta tutela, & Cura, quæ ſint? quęſt. 60: per totam.
Matrimoniales Cauſas cognoſcit Vir ſapiens, & diſcretus, quęſt. 51. num. 6. ergà finem.

Cauſa Ceſsionis.

Simulata dicitur ceſsio ſine cauſa, quęſt 57. num. 10. & 12. & vide infra in V. Cedentis confeſsio.

Cauthela Angeli.

Allegans Cauthelam Angeli ante mandatum, an iuſtificare teneatur? & quid ſi poſtea allegetur? quęſt. 42. num. 8. & 11.
In Angeli Cauthela allegatus titulus eſt iuſtificandus quæſt. 42. num. 9.
Deſtitutus titulo, aut actu poſsidens non perdit exequtionem per cauthelam Angeli, niſi iuſtificauerit, ibidem num. 10.
Cauthela Angeli quando retardet exequtionem Mandati? quæſt. 42. num. 11.
Super Iuribus Cauthelæ Angeli proceditur ſummariè, ibidem núm. 12.
Cauthela Angeli, quæ præcedentia requiſita habere debeat? ibidem num. 13.
Allegans cauthelā Angeli quando dicatur eſſe Hæres? ibidem num. 14.
Confeſsio in contrarium non attendit cauthelam Angeli, ibidem num. 15.
Cauthela Angeli non præſeruat bona, quę aliquis poſsideat titulo hæreditario, ibidem num. 16.
Cauthela Angeli quando non impediat bona exequtata, & prætenſa Fideicommiſſaria? ibidem num. 17.
Decretum ſuper huiuſmodi Cauthela in Calce dictæ quæſt. 42.

Cautio.

Vir quando teneatur, vel non præſtare cautionem dè non offendendo Vxorem ſuā? & quid ob timorem domeſticorum? & an aſſertioni, & confeſsioni eiuſdem Vxoris ſit ſtādum ſuper timore offenſionis in Vxorem faciendæ a Viro? latè quæſt. 50. à num. 1. ferè vſq; ad finem.

Cenſus Confeſsio.

Mediante Beneplacito Apoſtolico cenſus impoſitus a Priore, & Canonicis ob ſaſſas Eccleſiæ neceſsitates, ſed ad tempus duraturus, & infra tempus pręſcriptum extinguendus, poſt dictum tempus an reſoluatur, & conſequenter, an ex eo fructus ceſſauerint? quæſt. 7. nu. 1. & vide in V. Beneplacitum.
Poſt tempus conceſſum ad extinguendum cēſum reuiuiſcuntur leges loquentes de prohibitione impoſitionis cenſus, æque acſi cenſus non fuiſſet vmquam impoſitus, ibidem num. 3.
Cenſum Imponentes ſine licentia Apoſtolica, ſicuti excommunicantur, ita in excommunicationem incidunt, ſi poſt contractum cenſum, non ſit cenſus extinctus ad tenorem Reſcripti in Beneplacito Apoſtolico exarati, ibidem num. 4.
Expleto tempore præſcripto pro validitate Cenſus, reſoluitur idem Cenſus in merum mutuum, nec amplius fructus debentur, ibidem num. 5.
Si poſt elapſum tempus in cenſu redimendo præfixum ſoluantur fructus, non tranſeunt ijdem fructus in dominium, & poſſeſſionem Recipientis, ibidem num. 6. cum ſeqq. fere vſq; ad finem, vbi declaratur articulus, & ſignanter num. 8. 9. & 10.
Cenſus creatus ad tempus, poſt illud dicitur etiàm ſinè colorato titulo, & cum facultate ipſo iure reaſſumendi ſortem, ibidem num. 13.
Cenſus an duret ſaltem durante vita Eccleſiaſticorum Inponentium? d. quæſt. 7. nu. 15.
Canonici, qui ſuccedunt poſt tempus præfixum in duratione Cenſus, àn ſubeant onus prædictum extinguendi cenſum, ibidem num. 16.
Canonicis, qui ſucceſſerunt poſt tempus præfixum ad extinguendum Cenſum, quæ actiones competant? & an negociorum geſtorum, & aduerſus quos? quæſt 7. num. 21.

Cedentis Confeſſio.

Poſt factam ceſſionem cedentis Confeſſio in poſitionibus, vel Iudicis mediante Decreto emanata, maximè cum iuramento, & concurrentibus veriſimilitudinibus, an & quandò valeat? quæſt. 57. num. 1.
Veriſimilitudine circumſcripta confeſſio emiſſa poſt ceſſionem, à Cedente eſt inſubſiſtens tamquam ſimulata ibidem num. 2.
Cedens, ſi confiteatur, à Ceſſionario ſe fuiſſe ſatisfactum, an valeat Confeſſio? ſi aliundè quàm ex Confeſſione non appareat dè ſolutione, ſeù ſatisfactione, ibidem num. 11.

Ceſsio.

Sinè cauſa ceſſio dicitur ſimulata, quæſt. 57. nu. 10. & ſeqq. etiamſi vigeat Iuramentum,

tum, & obligatio Cameralis ibidem n. 12.
Ceſsio facta pecunia mediante quid operatur? quæſt. 57. num. 13. & quæſt. 65. n. 6.
Ceſsio quando, vel non nouationem inducat? & quomodo talis nouatio inducatur ibidem num. 14.
In quo tempore Ceſsionarius dè Ceſsione docere teneatur? ibidem num 15. & 16.
Sine Ceſsione acquiritur actio aduerſus Debitorem per obligationem Cameralem, ibidem num. 15 & 16
Bonorum Ceſsio Fideicommiſſariorũ ratione Commoditatis an validè fieri poſsit prohibitione non obſtante? quæſt. 4. n. 10.
Facienda eſt Ceſsio Iurium agendi Creditori Creditoris, vt Creditor Creditoris poſſit agere contra Debitorem ſui Debitoris, quæſt. 14. num. 2 & 3.

Citatio,

An per citationem de ſubhaſtando, & deliberando probetur citati poſſeſsio? quæſt. 42. num. 18
Citatus a Perſona non legitima an habeatur pro confeſſo, & conuicto? quæſt. 80.

Clauſula,

Pleno Iure, & vtroq; Iure quid operetur in vnione Eccleſiæ? quæſt. 27. num. 28. & ſeqq.

Clericus,

Dè Clerici cohabitatione cum Mulieribus prohibita, & ſignanter dormitatione, etiam cum Matre, Sorore, & alia conſanguinea, & Affine, vide latè in quęſt. 61. per totam, & de Fornicario Clerico quæſt. 62. vbi de pœnis etiam ſuper ſtupro, & quæſt. 51. num. 14.
In cauſa ſequeſtri an Clericus conueniri valeat coram Iudice laico? quæſt. 1. n. 20.
An Clerico liceat artem exercere? quæſt. 78. & 79
Clericus diſponit de Diſtributionibus quotidianis, ſicuti dè Patrimonialibus, quęſt. 8. num. 6. 7. & 10.
Collectas, & onera quæ teneatur ſoluere Emphyteuta? quæſt. 72. per totam.

Coeundi.

Impotentia Coeundi, vidè quæſt. 49. & in V. Impotentis confeſsio.

Communitas,

Inter ſe Communitates, an & quando poſſint tranſigere, & talis tranſactio obliget ſucceſſores, dum Tranſactio fiat per Inſtrumentum iuratum? & an ſi tranſactio veniret probanda per extraiudicialem Confeſſionem? latè materia tractatur, quæſt. 43 per totam, & ſignanter num. 13. vſq; ad finem.

Compenſatio.

An, & quando detur, vel nè in debito neceſſario compenſatio? quæſt. 19. num. 1. & num. 6.
Non compenſatur legatum factum ex alia cauſa, quam debitum ſoluendi, quamuis debitum ſit neceſſarium, & petens in contrarium non auditur, quæſt. 19. num. 2 & n. 6.
In Debito ceſſat compenſandi Animus, & eò magis expreſsis reſultantibus cauſis, ibidem num. 3. & vide in V. legatum.
Compenſatio, ſeù retentio non datur ſi creditum non conſtet per confeſsionem, ſiue per publicum Inſtrumentum, vel rem Iudicatam, quæſt. 21. num. 4

Computa, Calculus, Confeſsio.

Solidatio Computorum, & ſententia ex ſolidatione profecta, an ſit inter ſolidantes Confeſsio? quęſt. 31. num. 1.
Pro Calculatis, & ſolidatis datur executio parata, quæſt. 31. num. 2.
Præſumitur pro calculo, & conſequenter ſtandum eſt ſententiæ emanatæ in vim calculi, donec contrarium probetur, ibidem num. 15. & vide in V. Vxura.

Conductor

Confeſſio Conductoris ſuper Molendino benè diſpoſito ad molendum, & cum pacto dè illo reſtituendo Locatori potius meliorato, quàm deteriorato, quid operetur, ſi molendinum incendiatum remanſerit? quæſt. 6. num. 1.
Incendium ſinè culpa non obligat Conductorem pro reſtituendo Locatori incendiatum Molendinum, dicta quæſt. 6. num. 2.
Ex Iudicio Locati, quàm Conducti quandò oriatur actio aduerſus Conductorem, & reſpectiuè Locatorem quæſt. 6. num. 3.
Conductor ſi in re conducta habeat pro indiuiſo aliquam propriam portionem, præſumitur ad Cuſtodiam rei conductæ diligentia, & non negligentia, peculiariter conſti-

Digitized by Google

to, quòd Conductor ſit diligens in negocijs, & rebus ſuis. ibidem num. 4.

Receditur ex Coniecturis, & Conductor ad reſtituendum, & reponendum tenetur Molendinum in priſtino ſtatu iuxta formam facti, & ad totalem locatoris indemnitatem refundendam ibidem num. 5.

Conductori adſcribitur culpa ob non Cuſtodiam, ibidem num. 6.

Conductore conuicto de Negligentia, quid negligentia aduerſus ipſum operetur? queſt. 6. num. 7. & vide in V. Culpa, in V. Diligentia in V. Incendium, & in V. Negligentia.

Conductor commonefactus dè igne, ſi non quærat obuiare igni, an teneatur de Vtraq. culpa, leui, & leuiſſima? quæſt. 6. nu. 21.

Conductor ſciens incendium, an Locatori denunciare teneatur? quæſt. 6. num. 28.

Conductor dans clauem Impotenti ad Cuſtodiam, & ſignanter in loco Incendij non habitanti, an dicatur incurſus in Vtramque culpam? ibidem num. 24.

Conductor dans Cœco Cuſtodiam, dicitur ipſe quoque Cœcus, ibidem num. 25.

Conductor ſibimet imputet, ſi è mala eius Cuſtodia maximum eueniat damnum, cum patiatur Vulnera ſuis facta Telis, ibidem num. 26.

Quid arguat aduerſus Conductorem, ſi clauis reperiatur in medio Viæ, ibidem num. 27. & Vide in V. Teſtis.

Conductoris culpa ſi probetur à Teſtibus per excommunicationis metum, an dicti Teſtes releuent? ibidem.

Confeſſio

Expreſſa, & confeſſata cauſa in ſolutione, an obliget ad inueſtimentum n. 1. quæſt. 5.

Confeſſio Conductoris, vide in V. Conductoris Confeſſio.

Confeſſiò cauſa ſtudij emanata in precibus, quos effectus producat pro lucrandis fructibus Canonicatus, vel præbendæ? & quæ forma ſeruanda ſit, vt Canonicus, vel quiuis alius Beneficiatus lucretur fructus ex Apoſtolica diſpenſatione? quæſt. 8. num. 13 14 & 15.

Confeſſio in precibus an probet? quæſt. 9. num. 1. cum ſeqq.

Ad vnum finem facta Confeſſio non operatur ad alium, quæſt. 9. num. 2.

Confeſſio in precibus facta a Parochianis non nocet Parocho, niſi prius recognoſcantur fructus, & Prouentus Eccleſiæ, ad quam ſummam aſcendant; quæſt. 9. num. 6.

Fructus, reditus, & Eccleſiæ prouentus debêt excedere ducatos centum, detractis annuis Collectis, & oneribus, vt cogatur Parochus ad Eccleſiam reſtaurandam, eadem quæſt. 9 num. 7.

Eccleſiæ reditus, & fructus ſi non excedant ducatos centum, & vltra non Parochus, ſed Parochiani ad Eccleſiæ reſtaurationem tenentur, ibidem num. 8. & ſeqq.

Confeſſio præiudicat quoad Perſonam Interrogantis, & non quoad alios. quæſt. 10. num. 8. & datur ratio num. 9. cum ſeqq.

Confeſſio non menſurati Prædij, an, & quandò locum præbeat menſurationi? quæſt 13. num. 1.

Mulieris Confeſſio ſuper Beſtialitate quomodò, & quandò veniat attendenda? & ſi attendatur, qua pœna Mulier plectatur? quæſt. 16. per tot; & ſignanter num. 18. & ſeqq.

Copulæ Confeſſio, vide in V. Copula.

Confeſſio, & aſſertio ſuper Iure ſedendi, & ſepeliendi, quid operetur, vel non, vide in V. ſedendi.

Confeſſio ſuper dotis aſſignatione facta à Viro, an præiudicet Vxori, & Hæredibus? & è contra, an facta Confeſſio ab vxore maiore vigintiquinque annorum dè dote viro conſignata, ſuffragetur ipſi viro, & Hæredibus pro lucro Dotali? & quid dicendum ſi vxor ſit minor, & Confiteatur vt ſupra ſinè ſolemnitatibus? quæſt. 21. num. 9. & 10.

Confeſſio dè receptis Iocalibus facta a Marito, vel ab vxore, an, & quandò obliget ad reſtitutionem? vidè latè quæſt. 22. per totam

Confeſſio ſuper poſſeſſione in vno loco facta ab Authore, an liget ſucceſſores, qui præſumantur poſſidere eadem bona, quæ poſſedit eorum Author in eodem loco, ſeù contrada? quæſt. 23. per totam, & vide in V. Bonorum Identitas.

Per Confeſſionem ſpoliati, an, & quando tollatur actio Spolij, & multa de huiuſmodi Spolio, vide quæſt. 24. fere per totam, & in V. Spolium.

Confeſsio tacita in ſollicitatione Sacramentali, an operetur idem, quod expreſſa? vide in V. Confeſſarius, & in V. Sollicitatio.

Confeſsio ad vnum finem.

Ad effectum adeundi Hæreditatem cum Beneficio legis, & inuentarij, an emiſſa confeſsio proficiat, vel obſit confitenti, ſi tempus ſit elapſum? quæſt. 41. num. 6. & vide in antecedenti V.

Confeſſio Extraiudicialis

Ad probandam extraiudicialem Cõfeſſio-nem, Teſtes tam in ciuilibus, quam in criminalibus debent eſſe omni exceptione maiores, quæſt. 18. num. 3. & 6.

Confeſſiones extraiudiciales, vt plurimum emittuntur inconſiderate, & citrà animum ſe obligandi, quæſt. 18. num. 4.

Iſta qualitas omni ſcilicet exceptione maiores debet ſpecificè articulari, & probari, itaut nulla legitima exceptio repellat teſtes à teſtificatis. quæſt. 18. num. 5.

Confeſſio extraiudicialis non probatur per Mulieres, ibidem num. 6. & vide in V. Mulier.

Confeſſio interdicta

Super actibus à lege interdictis, an Confeſſio in Iudicio emanata aliquid ad fauorem, vel contra Confitentem operetur? queſt. 41. num. 3. & vide etiam num. 7. cum ſeqq. & quæſt. 56. num. 4.

Confeſſio Iudicialis

Dotis Confeſſionem approbabunt Creditores citantes Vxorem, vel Hæredes ad declarandum in quibus Bonis dotem conſequi velint. quęſt. 42. num. 6. & vide in V. Poſſidere.

Confeſſio ſuper Matrimonio.

Mulieris extraiudicialis Confeſſio, quæ repromittat aliquem accepturum in Sponſum, ſi ipſe ſponſus babeat ſcuta quatuor millia, reſoluitur ſi conditio non verificetur, quæſt. 44. num. 1.

Matrimonium in facie Eeclesiæ contractum tali non repetita conditione valet, quià Conditio remiſſa præſumitur, ibidem num. 2. vbi num. 3. dicitur, quòd error Fortunæ non vitiat Matrimonium, ſed datur intelligentia num. 4.

Matrimonium non contrabitur, dum Diuitiæ ſupponuntur non ſolum in diſcurſu habito, inter Tractantes, & Sponſos, ſed includuntur in ipſomet contractu ſub conditione inito, dicta quæſt. 44. num. 5.

Conditio impedit Conſenſus Exiſtentiam, & è caſu Contrario inſurgit diſſenſus, ibidem num 6 & vide in V. Matrimonium.

Confeſſio alterius Coniugis ſuper Impotentia ad coeundum, an, & quandò valeat pro, & contrà matrimonium? latè in quæſt. 49. per totam, & diſtinctè vide in V. Impotentis Confeſſio.

An Confeſſio comprehendat neceſſarium antecedens, aut conſequens quęſt. 26. n. 5.

Confeſſio Dormitationis cum Muliere, vide quęſt. 61. per totam.

Confeſſio ſuper ſequeſtro

Spontanea Confeſſio de habendo pecunias ſeù quæcumque alia in ſequeſtro valet. queſt 1 num. 10.

Ob ſpontaneam Cõfeſſionem de pecunijs, vel alijs rebus habitis in ſequeſtro, quæ actio aduerſus ſequeſtratarium oriatur, in eadem quæſt. 1. num. 11.

Confeſſio Poſſeſſionis

Confitens ſuam continuaſſe, & continuare poſſeſsionem etiam poſt inhibitionem, an dicatur attentaſſe, & eſse locum Attentatorum purgationi? quæſt. 58.

Confeſsio prò vendendo.

Facta Confeſſiò ab Hærede grauato, bona, quòd fuerint vendita pro extinguendo ære alieno Fideicommittentis, an, & quandò valeat, & ſuffragetur etiam Ementibus? quæſt. 4. n. 2.

Confeſſarius

Si in actu Confeſſionis, vel alias, proferat Confeſſarius verba Commendantia Mulieris pænitentis Pulchritudinem, an ex huiuſmodi laudis verbis inducatur Sacerdotis Cõfeſſio ad ſollicitandam Mulierem? quæſt. 26. num. 2.

Et hæc verba an gerant vices expreſſæ, vel tacitæ Confeſſionis? itaut Confeſſarius plecti valeat tamquàm in Confeſſione ſollicitator, ibidem num, 4. & ſeqq.

Confiſcatio

Bonorum Confiſcatio quandò, & quomodò, & in quibus caſibus habeat locum? vidè in V. Inceſtus, & quæſt. 55. de Mulione non ſoluente gabellam.

Congrua

Prò Eccleſiæ Vicarijs congrua ſuſtentatio quomodò ſit conſideranda? quęſt. 32. n. 3.

Parochi dictę Congruę aſſignatio dicitur duorum aureorum pro ſingulo menſe, quęſt. 32. num. 4. vbi aliter diſpoſitum vigore Bullæ B. Pij V.

Ex quibus redditibus debeatur, & è quibus talis congrua non debeatur? ibidem n. 5. & nota, quod Funera, & mortuaria non compræhenduntur in portione Congruæ, ibidem, & etiam num. 6

Onera quæcumq; Beneficio annexa tempore, quo vacat Eccleſia, ſpectant ad Reu. Cameram Apoſtolicam, dicta quęſt. 32. n.7.

Conſenſus.

Pluries in concubitu conſenſus præſtitus à Virgine, quos præbeat effectus, vt pœna ſtupri effugata remaneat? vide latè quæſt.7. num. 18. quæſt. 44. num. 8. & 9. & quæſt. 51. num. 32. & quæſt. prius 47. n. 8. & 6.

Conſanguinitas.

Quomodo ex coitu conſanguinitas contrahatur? vide in V. Copula.

Conſequens.

Qui vult Conſequens, vult omne neceſſarium antecedens ad illud Conſequens, quęſt. 10. num. 3.

Contrahens Contractus.

Cum aliqua reſtrictiua ſi quis contrahat qualitate, ſeruare debet, & quandò? quæſt. 7. num. 10. & vide in V. Cenſus.

Contractus ex quibus dicatur ratificatus, vel non? & quæ ſint neceſſaria? quæſt. 74.

Contractus Correſpectiuus.

Quæ nàm ſit correſpectiuorum contractuum Natura originata è reciproca in Inſtrumento emanata Confeſſione? quæſt. 30. num. 1.

In Dubio ſemper pro correſpectiuitate iudicandum eſt, ibidem num. 2.

Procedit correſpectiuitas inter Contrahentes Perſonas, quæ ſe obligarunt, ſecus inter diuerſas? quid procedat in connexis? ibidem num. 6.

In correſpectiuis quandò ſit locus, vel non exceptioni non adimplementi? ibidem n. 7. & vide in V. Adimplementum, & in V. Obligatio.

Connexa Capitula operantur pro correſpectiuitate, & ſic pro adimplemento, dicta quæſt. 30. num. 9. & num. 10. etiam ad alia.

Conuerſatio cum Mulieribus etiam Fratribus, & alijs coniunctis eſt pernicioſa, & omnino fugienda quæſt. 61. per totam.

Copula.

Confeſsio copulæ cum Conſanguinea, vel Affine repellit copulatos à Matrimonio quęſt. 17. num. 1.

Impedimentum ex cauſa Copulæ conſanguinitatis, aut affinitatis diſpenſandum eſt à Pontifice queſt. 17. num. 2.

Inceſtus ex copula quomodò, & quando contrahatur, & quæ debeant copulatiuè concurrere? quæſt. 17. num. 3.

Vbi non eſt Conſanguinitas, ſeù Affinitas, quæ copula Carnalis faciat Affinitatem inſurgere? quæſt. 17. num. 4.

An eadem Carnalis copula, quæ requiritur ad Contrahendam Affinitatem, requiratur ad cauſandum Inceſtum? Adducuntur rationes, & D. D. dicta quæſt. 17 num. 5.

Vtriuſque copulati ſeminatio requiritur ad contrahendam Affinitatem, & datur exēplum, dicta quæſt. 17. num. 9.

Vir habens copulam cum Conſanguinea Vxoris ſuæ, an, & quando poſſit petere debitum à ſua Vxore? dicta quæſt. 17. num. 10.

Reciproca ſeminatio an habeat locum, vel nè, dùm petitut à Papa Diſpenſatio ob illicitam coniunctionem Carnalem? dicta quæſt. 17. num. 11.

De Affinitate legitimè cauſata ſtante Prolis ſuſceptione non ambigitur, dicta quæſt. 17. num. 12.

Creditor.

Quando, & quomodo primus Creditor admittatur, vel non ad bona executata, & pecunias iam conſuptas per Creditorem poſteriorem, quæſt. 66.

Vt agere poſſit contrà Debitorem ſui Debitoris Creditor Creditoris, quæ requirantur? quæſt. 14. per totam.

Creditor an reſtituat precium habitum in deliberatione, & quando? quæſt. 65. num. 13. & 14.

Culpa

Ob non Cuſtodiam Conductori aſcribitur culpa, quæſt. 6. num. 6. & ſeq.

Culpa tribuitur illi, qui non cogitauit ea, quę euenire poterant, quæſt. 6. num 13.

Is eſt

Is eſt in culpa, qui non fecit ea, quæ facere tenebatur; quæſt. 6. num. 14.

Appellatione culpæ quid veniat? d quæſt. 6. num. 16.

Culpa leuis in omittendo, vel leuiſſima in committendo, quid operentur in incendio? quæſt. 6. num. 19.

Culpa leuis, & leuiſſima àn inſurgat ex ſtipulatione de reddendo rem locatam potius melioratam, quàm deterioratam? quæſt. 6. num. 20.

A Cura acceptata, quæ cauſæ excuſent, pro cura deſerenda. quæſt. 60.

D

Damna.

AN ſequeſter teneatur refundere ſequeſtratario damna, dum non fuerit in ſententia reuocante ſequeſtrum facta mentio de damnis? quæſt. 1. num. 18.

Decretum.

Interpoſitum Decretum à Iudice in contractu Filij, & reſpectiue Vxoris ob complures cauſas, an vna corruente cauſa, tota euaneſcat obligatio, quæſt. 29. num. 16.

Decretum Iudicis eſt indiuiduum, & in vna cauſa falſum, totum eſt falſum, ibidem num. 17.

Quid dicendum, ſi cauſa in Inſtrumento ſit alternatiuè emanata? ibidem num. 18.

Debitum, Debitor.

Fideicommiſſaria Debita ſoluta ab Hærede grauato de proprio, an, & quandò repetantur ab Hærede Hæredis ipſius grauati, & quæ actio competat? quæſt. 3. ferè per totam, & ſignanter num. 7. & 8.

Debita annua an dè Fructibus bonorum Fideicommittentis ſoluta cenſeantur? & ſi ſoluta ſint, an poſſint repeti, vel non? quæſt. 3. num. 8. verſ. non ità iudicandum eſt; & vide etiam in V. Legata.

Debiti faſsio eſt vna de requiſitis, vt creditori Creditoris competat actio contra Debitorem Debitoris, quæſt. 14. num. 1.

Contra Debitorem Debitoris Creditor Creditoris agere nequit, ſi non concurrat quartum de ſubſtantia requiſitum, ſcilicet, quod Creditori Creditoris fuerit facta ceſsio talis Iuris agendi, dicta quæſt. 14. num. 2.

Debitor Debitoris rectè non ſoluit Creditori Creditoris ſinè huiuſmodi Ceſsione, d. quæſt. 14. num. 3.

Debitum etiamſi neceſſarium ſit, non cõpenſatur cum legato relicto ob amorem, & Beneuolentiam, & propter benemerita per legantem a Legatario recepta, vide in V. Compenſatio, & in V. Legatum.

Definitio.

Diſtributionum quotidianarum definitio, quæ ſit? quæſt. 8. num. 1. & vide in V. Diſtributiones.

Ex definitione agnoſcimus ſubſtantiam, & quidditatem rei, quęſt. 16. num. 1.

Rei ſubhaſtatæ deliberatio an requirat pecuniam, aut ſufficiat Confeſsio? quęſt. 67.

Delicta Occulta.

Dicuntur Delicta occulta, & difficilis probationis ea, quæ nocturno committuntur tempore, quæſt. 34. num. 7.

Occulta Crimina pro Excommunicationis declaratoria probantur etiam ex probabilibus argumentis, & nulla reſtrictione adhibita, dicta quæſt. 34. num. 8. & 9. vbi ſignanter ſi corpus delicti ſit benè probatum, & concurrant acclamationes, & publica vox, & fama.

Prædictis concurrentibus adminiculis viles, aut infames perſonæ, vel domeſtici etiã admittuntur, dicta quæſt. 34. num. 10. vbi num. 11. ampliatur, vt infames ſpecialitèr probent contra infamem, de crimine contra Crimino ſum, & de Excommunicato contrà excommunicatum, dicta quæſt. 34. num. 11.

Delictum commiſſum in ſtatu laicali, confeſſum in ſtatu Eccleſiaſtico quomodo veniat puniendum? latè quæſt. 62. per totam.

Deliberatio Bonorum quando valeat non præſente Pecunia? quæſt. 67.

Denunciatio.

Ex moleſtiarum Denunciatione cum inſertione libelli illius, qui infert moleſtias, videntur omnia confeſſa in ipſo moleſtantis libello inſerta, quæſt. 10. num. 2. ſed receditur diſtinguendo, vt in eadem quæſt. 10. num. 3. cum ſeqq.

Confeſsio denunciantis moleſtias reſtricta ad finem denunciationis moleſtiarum ad cõtrarium non porrigitur, ibidem num. 6. & redditur ratio num. 7.

Derogatio.

Breue ſuper Derogatione Fideicommiſſi quid importet? quæſt. 63 per totam.

Depoſitarius.

Sequeſtratarius, & Depoſitarius an inter ſe coincidant? quæſt. 1. num. 12.
Quando eſt ſequeſtratarius ad inſtar Depoſitarij, an poſſit opponere de Iuribus Debitoris? quæſt. 1. num. 13.

Detentor, & Occupator.

Si aliquis ſit confeſſus Occupator, & Detentor, quod Ius eidem ex hac confeſsione tribuatur? quæſt. 20. num. 9.

Determinatio.

Vna Determinatio plura reſpiciens determinabilia, an & quando æqualiter determinet? quæſt. 17. num. 6. & 7.

Dictio.

Quomodo ſit interpretanda Dictio (in circa) & ſuper hac dictione quid operetur Iudicis arbitrium? quæſt. 13. num. 8.

Dies.

In die Dominico an mandata exequantur? vide quæſt. 69.

Diligentia.

Quando præſumatur diligentia in excluſionem Negligentiæ? quæſt. 6. fere per totam, & ſignanter num. 8. & 9. cum ſeqq.

Diſpoſitum.

Habet locum Diſpoſitum, dùm verificatur præſuppoſitum; quæſt. 4. num. 1. & vide in V. Præſuppoſitum.

Diſpenſatio.

Matrimonij diſpenſatio in quibus gradibus detur, vel non detur? quæſt. 51. num. 6. verſ. & vſque.

Diſtributiones.

Quotidianarum Diſtributionum definitio, quæ ſit? quæſt. 8. num. 1. & vide in V. Definitio.
Diſtributiones quotidianæ qua ratione debeantur? ibidem num. 2.
Diſtributiones quotidianæ ſingulis diebus aſſignantur, licet non ſit emiſſa profeſsio Fidei, & quare? ibidem num. 3. & 4.
Diſtributionum exactio differtur in finem anni, ibidem num. 5.
De Diſtributionibus quotidianis ſicuti de Patrimonialibus Clericus diſponit, ibidem num. 6. & vide in V. Clericus.
Etiam ſi non fuerint exactæ, & redditur ratio ibidem num. 7. ſecus eſt in diſtributionibus de Maſſa groſſa, quę ſi non fuerint diuiſæ, non traſmittuntur ad Hæredes, ibidem num. 8.
Quoad Diſtributiones de Maſſa groſſa iudicatur ſicuti de fructibus Beneficij, & huiuſmodi fructus tranſeunt ad ſucceſſores, ſicuti fundus Prebendæ, ibidem num. 9.
Actio exigendi diſtributiunes quotidianas durat vſq; ad quatraginta Annos ibidem nu. 10. & vide in V. Actio.
Tertia pars fructuum Canonicatus àffecta remanet quotidianis diſtributionibus ad fauorem Inſeruientium, itaut legentes in Eccleſia diſtributiones non lucrentur, niſi pro illa die, in qua legunt, quæſt. 8. n. 16.
Diſtributiones quotidianas, an, & quando Canonicus, vel Beneficiatus lucretur ob iniuſtam ſuſpenſionem a Diuinis, vel iniuſtam Carcerationem? quæſt. 8. num. 26.
Quid, ſi Canonicus non ſit in Sacris? an lucretur, vel ne diſtributiones quotidianas? ibidem num. 27.
Quid, ſi ſeruiat Papæ num. 28. ibidem.

Diuortium.

Quando ſit, vel non locus Diuortio inter Virum, & Vxorem? quæſt. 50. num. 11.

Dominus.

Quando teneatur, vel non Dominus pro ſui Famuli delicto? quæſt. 68.

Dos.

Eſt quid acceſſorium Dos ad Matrimonium, & talis Dos pro illius aſsignatur oneribus, quæſt. 21. num. 2.
Sine Dote non eſt Matrimonium, quæſt. 21. num. 3.
Ab Vxore fuiſſe Dotem Viro ſuo aſsignatam ax quibus probetur coniecturis, & preſumptionibus, vt deinde lucrum debeatur dota-

dotale ? ibidem num. 7. & 8.

Dotem quando Vxor minor poſsit, vel non aſsignare Viro ſuo ſine ſolemnitatibus ? latè dicta quæſt. 21. num 9. & 10.

De Dotis ſimulata Confeſsione etiam iurata, vide latè in quæſt. 57.

Dos conſtituta Clerico pro Ordinibus ſactis an recipiat Pactum de reſtituendo ? an poſsit obligari, ſeu ſaltem fructus ? latè in quæſt. 79.

E

Eccleſia

ABbati ſubiecta Eccleſia pleno Iure, aut Vtroque Iure, quam ſubiectionis ſpeciem habere dicatur ? quæſt. 27. n. 28.

Vnio facta vnius Eccleſiæ fauore alterius Eccleſiæ pleno Iure, aut vtroq. Iure, quid operetur, ibidem, num. 29.

Ex qua ſanguinis Effuſione Eccleſia dicatur polluta ? & à quo reconcilietur, & quomodo ? quæſt. 73.

Effractor

Carceris effractor àn pœna Delicti pro quo carceratur, vel pæna effracti Carceris plectatur, & quæ ſit iſta pœna, & àn dicatur Confeſſus ? quæſt. 64.

Emptor, Ementes

Sunt tuti Ementes bona Fideicommiſſo grauata pro extinguendo Ære alieno, quo præmuntur dicta bona, itaut Emptoribus detur retentio etiam ſinè ceſſione, ſi precium fuerit erogatum in extinctionem Debitorum ipſius Fideicommittentis. quæſt. 4. num. 3.

Intellige pro ſoluendis legatis à Fideicõmittente relictis, & dùm legata ſint annua, & quid ſi proxima ſint in ſolutione ? dicta quæſt. 4. & in præcedenti quæſt. 3. num. 8. verſ. non ita Iudicandum

Emptor non agit contrà Venditorem, ſeù Hæredem dè euictione, niſi litis ſiat denunciatio, quæſt. 10. num. 1. & ſeqq. & vide in V. Denunciatio.

Emptio confeſſata pro Perſona nominanda quid operetur, vel non ? & àn idem ſit in Inſtitutione hæredis ? quæſt. 70.

An ſinè Ceſſione poſſit Emptor agere, vel Solummodò excipere, & retinere dùm pecuniæ ipſius fuerint à Venditore Solutæ Creditoribus Anterioribus ? quæſt. 12. num. 5.

Emptoris pecunia exburſata Creditoribus Anterioribus, vel ſaltem ex pacto, & conuentione, quid operetur fauore Exburſantis, quæſt. 12. num. 7.

Solutio facta immediatè ab Emptore Venditori abſq. alio pacto quos effectus pareat pro, vel contra Emptorem, & an ſaltem Emptor acquirat Ius retinendi, vel nè ? quæſt. 12. num. 8.

Emptor ſoluens liberè venditori, vel creditoribus in vna parte anterioribus, pro illa parte poſteriorum an teneatur pati immiſſionem in Saluiano, aut ſoluere ad impediendam immiſſionem ? ibidem num. 9.

Emphyteuta an teneatur ad Collectas ? quæſt. 72.

Epiſcopus

Epiſcopi Conuerſatio etiam cum Filia, quæſt. 61. num. 7.

Quarè Epiſcopi cauti eſſe debent in conſtituendo Patrimonio Præsbiterali, & quarè cautiores in examinandis virtutibus Ordinandi ? quæſt. 79 num. 9. & vſque ad ſinem.

An Valeat Epiſcopus facere edictum, & præcipere, nè Canonici, & Dignitates abeſſe poſſint ſinè eius licentia ? quæſt. 8. n. 25.

Epiſcopus, ſeù Ordinarius quomodò, & quandò cogat Parochos, & reſpectiuè Parochianos ad reaptandam Eccleſiam, & Domum Parochialem ? quæſt. 9. ferè per totam, & Signanter a num. 7. ferè vſquè ad ſinem, & vide in V. Parochus, & Parochianus, & in V. Fructus.

Epiſcopus an habeat authoritatem diſtrahendi bona Eccleſiæ etiam vltrà viginti ſolidos quæſt. 25. num. 12.

Arbitrio Epiſcopi conceditur alienatio bonorum Eccleſiæ, & quibus circumſpectionibus ſit tale arbitrium regulandum, quæſt. 25. num. 13.

Epiſcopus Eligens

Confeſſio Declaratina facta ab Epiſcopo, ſeù Vicario Generali de Sacerdote in Eccleſiæ Vicarium ob mortem Parochi, probat electionem, quæſt. 32. num. 1.

Nocet hæc Confeſſio Epiſcopo, & Vicario Generali, qui poſtmodum nequeunt Controuertere congruam Subſtentationem ipſius Vicarij, & vide in V. Congruam, & preſertim quæſt. 32. num. 2.

Epiſ:

Digitized by Google

Epiſcopus Viſitare

Baſilicæ, quæ per diuerſa loca ædificantur, & fuerunt ædificatæ, valent ab Epiſcopo viſitari; cum ei ſint ſubiectæ, quæſt. 27. num. 2.

Epiſcopus ad Monaſteria valet accedere quoties ipſi placuerit, quæſt. 27. num. 3.

Valet Epiſcopus plures in anno viſitare Regularium Monaſteria, d. quæſt. 27 num. 4 & intellige procedere vt in num. 8. & vide in V. Viſitatio.

Epiſcopus quotannis tenetur viſitare etiã totam Diœceſim, ſi non veniat impeditus, dicta quæſt. 27. num 5. & 6.

Epiſcopo Ius Viſitandi Monaſteria Regularium quandò competat; ibidem num. 8.

Epiſcopis Ius aſſiſtit pro viſitatione ibidẽ num. 9. & vide in V. Abbatis.

Epiſcopus viſitando etiam corrigit, ibidem num. 11.

Epiſcopo danda eſt manutentio Super Iure Viſitandi, & corrigendi. &c. ibidem n. 12.

Epiſcopus an impediri poſſit ab Abbate in Iure viſitandi per contrarios actus ab eodem Abbate factos, ibidem num. 15. & 16.

Epiſcopus quomodò habeat fundatam intentionem viſitandi ſuam Diœceſim? & pro ipſo viſitandi Iure àn detur manutentio? quæſt. 27. num. 18. & 19. dè Iure acquiſito ab Anteceſſore.

A quo, ſeù quibus denegetur Priuilegium Exemptionis ibidem num. 30.

Simplex exemptio non infert ad Territorium, & quarè? Signanter ſi Epiſcopus agat Authoritate Delegata in vim Sacri Concilij Tridentini, & quicquid per Priuilegium exemptionis non admittitur, cenſetur loci ordinario reſeruatum, ibidem num. 31.

Epiſcopus dicitur ordinaria Poteſtate exutus in Viſitatione, quandò in Priuilegio fuerit conceſſa Abbati Poteſtas inſtituendi, deſtituendi, viſitandi, & corrigendi, ibidem num. 36

Epiſcopus excommunicare poteſt illos, qui audent impedire viſitationem, ſinè tamen vitio attentatorum, & non adhibitis denuntiationibus, ibidem num. 41.

Intellige ſi procedat tamquam pars ad proprij Iuris conſeruationem, non autem vt Iudex, ibidem num. 42. & ſi non ſit facta violentia, ibidem num. 43.

Trina monitio, ſeu terminus trium dierum, quandò requiratur, vt impedientes Viſitationem denuncientur excommunicati, ibidem num. 44.

Epiſcopus intra terminos ſuæ Diœceſis ſe continere dicitur, dum Viſitat ſua loca, & nullius Diœceſis, ſi ipſe Viſitans ſit vicinior Epiſcopus, ibidem num. 45.

Epiſcopus vicinior viſitat etiam Hoſpitale, licet ſubjectum Regię Poteſtati, & nullius Diœceſis, ibidem num. 46.

Epiſcopus proximior dum habet authoritatem viſitandi Eccleſias nullius Diœceſis, habet etiam facultatem corrigendi, & emendandi, ibidem num. 47.

Intellige per ſe ipſum tantum, & non per alium, ibidem num. 48.

Extrà viſitationis tempus, an valeat Epiſcopus corrigere exemptos, vtputa Prothonotarios Apoſtolicos, & alios, ibidem num. 49. & quando poſsit viſitare Societates laicales? ibidem num. 50.

Antiſtes quid agere debeat ante incohandam Viſitationem, & quid puntualiter executioni demandare debeat poſt Viſitationem? ibidem num. 60.

Euictio; vide in V. Promiſsio, & quęſt. 65. num. 11. & ſeqq.

Excommunicatio, Excommunicandus.

Impedientes Epiſcopum in actu Viſitationis, an poſsit excommunicari ab eodem Epiſcopo etiam ſine trina monitione? & alia ad materiam? quæſt. 27. à num. 41. vſq. 44. & vide in V. Abbatis Confeſsio, & in V. Abbatiſſa Viſitare, & in V. Epiſcopus viſitare.

Percutiens Clericum vim vi repellendo, quando incidat, vel nè in excommunicationem? & quid ſi percutiens Fugere potuiſſet? quęſt. 33. num. 2. & vide in V. Percuſsio.

Excommunicatio non pronunciatur, ſi cauſa non probetur, quæſt. 34. num. 1.

Ad pronunciandam excommunicationis ſententiam debet excommunicandus eſſe aut confeſſus, aut conuictus, quæſt. 34. num. 2.

Sententia excommunicationis non pronunciatur ex indicijs etiam indubitatis, dicta quæſt. 34. num. 3.

Limita ſi Eccleſiaſtici Offenſio nocturno tempore euenerit, ibidem num. 4.

Indicia, probationes leuiores, & Teſtes inhabiles admittuntur in Delictis nocturno tempore factis, ibidem num. 5.

Ad probandum ea, quæ ſunt difficilis probationis receditur a Regulis ordinarijs, & recipiuntur probationes eo modo, quo haberi poſſunt, ibidem num. 6. & vide in V. Delicta occulta.

Ad Executionem non perfectam an pri-

mus

nus Creditor admittatur, & an ad pecunias diſtractas, & conſumptas? quæſt. 66. num. 2. & ſeqq.

Exemptio.

A Iure viſitandi exemptio ex quibus reſultet contra Epiſcopum, vide in V. Abbatis Confeſsio, Epiſcopus Viſitare, & in V. Viſitatio.

Ex empto dum agi non poteſt, agitur ad preeij reſtitutionem, quæſt. 65. num. 7. & limitatur, num. 8.

Exilium.

Pœna Exilij, quomodo ad tempus, & indeterminato tempore ſit intelligenda duratura? quęſt. 51. num. 26.

In Exilio ſi non ſeruantur confinia datur pœna extraordinaria pro motu Principis, dicta quæſt. 51. num. 27. & 28. vbi an ſit capitalis? In ſententia Exiliati, & Confinati, quæ Clauſula ſit apponenda? ibidem n. 29.

F

Fames.

Quid ſit fames? & an Venter dilationem patiatur? quęſt. 25. num. 3. & vide in V. Neceſsitas.

Imminens famis caſus à quibus Iuris ſolemnitatibus exhimatur in diſtrahendis bonis Eccleſiæ, & ſignanter dum conſtat dè verſione in cauſam famis, vel alterius extremę neceſsitatis, quæſt. 25 num. 6. & 7.

Quid liceat comedere, & diſtrahere cauſa Famis? quæſt. 25. num. 11.

Famulus.

Dominus, & Famulus quando plectantur in delictis, & quando non? quęſt. 68.

Fantolaſtra

Quæ ſit Fantolaſtra? & ex quibus pręciſis reſultet effectibus? quęſt. 47. num. 1.

Coitus cum Fantolaſtra an ſit prohibitus, & punibilis? quæſt. 47. num. 2.

Natus ex Fantolaſtra an demonſtret Patris certitudinem? ibidem num. 3.

Stupri pœna ex honeſtate proficiſcitur, ibidem num. 4.

Confeſsioni Fantolaſtræ etiam in tortura emiſſæ, an, & quando ſtandum ſit aduerſus ſuppoſitum ſtupratorem? ibidem num. 5.

Stupri definitio dupliciter affertur, ibidem num. 6.

An cum Muliere occulte Viros admittente, ſed honeſtatem apparenter exercente, Stuprum committatur? ibidem num. 7. & vide in V. Puella, & in V. Stuprum.

Fides mala.

Vera mala Fides quid operetur in ſolutione fructuum Cenſus non debitorum, etiam ſi ſolutio intercesſerit per plures vices? quęſt. 7. num. 14.

Fideicommiſsarius.

An proſit Fideicommiſſario, ſi allegetur Inuentarij omiſsio? dum agitur aduerſus tertios? quæſt. 3. num. 6.

Fideicommiſſaria bona an, & quando alienari valeant, vel nè? quæſt. 3. & 4. & vide in V. Alienatio, & late quæſt. 63. attento Breui Apoſtolico ſuper permiſſa alienatione Bonorum Fideicommiſſo ſubiectorum.

Fideicommiſſarius quot habeat actiones contra grauatum Hæredem, & Tertium? quæſt. 4. num. 11.

Fidei Profeſsio.

In Beneficijs qui teneantur ad emittendā profeſſionem fidei? queſt. 8. num. 3. & 4.

Filij.

An præſumantur Filij, qui Patri ſucceſſerunt, alia bona poſſidere, quam paterna? vide in V. Bonorum Identitas, & in V. Poſſidere, & ex quæſt. 23. num. 2. & ſeqq.

Filius

Pater non præſtat Alimenta filio proprijs induſtrijs viuenti, quæſt. 40. num. 6.

Vt Pater non præſtet alimenta Filio, quid prius probare teneatur? d. quæſt. 40 n. 7.

Sententia in taxandis alimentis quomodò ſit concipienda, & quæ ſit adhibenda circumſpectio. eſt materia valdè notabilis, vt in eadem quæſt. 40 num. 8.

Et quid dicendum in filio Doctore, ibidem num. 9.

Quot ſunt caſus in quibus grauatur Pater ad ſubminiſtranda filio, & vxori alimenta extra Domum? ibidem num. 10.

Ad Filij fauorem pro legitima, & alimentis,

Digitized by Google

tis, quæ áctio detur? quæſt. 40. num. 22.

Filius alienans bona Patris, & poſtmodùm confitetur alienaſſe pro dote ſuæ Matris, àn hæc declaratio eidem pręſit? quæſt. 71

Filij Confeſsio.

Conquæſtiua Filij confeſſio de tranſitu ad ſecunda vota ſacto à Matre, an operetur reliĉtum in Teſtamento minus legitimè eſſe validum, vél nè? quæſt. 28 num. 1. & vide in V. Aſcendentibus, & in V legitima.

Per Binubatum à Matre legitima non anfertur, ibidem num. 9. & vide in V. Matri Binubæ.

Filijs primi Matrimonij exiſtentibus, Mater è quibus bonis legitimam conſequatur? diſtinguitur, & conciliatur articulus, ibidèm num. 12.

Filijs primi Matrimonij non præiudicandum, ibidèm num. 16. & 17. affertur ratio, quod remotá cauſa, remoueatur effectus cauſæ.

Confeſſio filij ſuper alienatione bonorum Patris alio titulo, quàm hæreditario, late vide quæſt. 71.

Filij Familias Confeſſio.

Emiſſæ Confeſſioni à Filiofamilias ſuper patris carceratione vel ſuper exequtione facta in bonis Patris, vel ſubhaſtatione Bonorū ipſius Patris, àn ſit credendum, vel non? & quomodò talis ſubſiſtat confeſſio, & ex ea valeat obligatio? quæſt. 29. num. 1.

Et àn ſicuti procedit in Filiofamilias maiore, procedat etiam in minore? vt poſſit ſcilicet Filiusfamilias minor ſe obligare ſinè ſolemnitatibus, dicta quæſt. 29. num. 2.

Obligatio facta a Filiofamilias metu exhæreditationis incuſſo a Patre, an valeat? ibidem num. 3.

Statutum, quòd Filiusfamilias non poſſit ſe obligare ſinè certis ſolemnitatibus, non procedit vrgente cauſa carcerationis in Patrem, ibidem num. 4.

Excéptio læſionis, ſeù Patris decoctio probanda eſt de tempore contractus, alias Filiofamilias non ſuffragatur, ſignanter ſi ſit Iuris vtriuſq. Doctor, ibidèm num. 5.

Confeſſio, & obligatió Filijfamilias minoris ex cauſis prædictis valet ſinè ſolemnitatibus, ſi expleta ſit ætas decem & octo annorum, ibidèm num 6.

Filiusfamilias expletis annis decem, & octo àn pro delictis poſſit condemnari, quæſt. 29. num. 7.

Conquieſcit obligatio Filijfamilias fauore Patris, pendenté appellatione interpoſita ab ipſo Patre ſuſpendente exequtionis effectum, ibidem num. 8.

Non ſit locus exhæredationi, ſi non eſt locus Patris carcerationi, ibidèm num. 9. & vide etiam in V. Reſtitutio in integrum.

Finis.

Regulat finis omnem diſpoſitionem, licèt ſit vltimus exequtiòne, cum ſit primus intentione, quæſt. 10. nu. 9. & vide in V. Intentio.

Fœmina, Fomes.

Vt plurimum Fœmina eſt inſtigatrix ad coitum carnalem, quæſt. 51. num. 31. & 32.

Carnis Fomes quid ſit, quæſt. 61. num. 6. & quæſt. 62. latè.

Fraudare.

Nemo videtur fraudare eos, qui ſciunt, & conſentiunt, quæſt. 7. num. 18.

Fructus.

Cenſus ſi fuerit ab Eccleſiaſticis impoſitus cum conditione extinguendi infra certū tempus, poſt dictum tempus ſoluti fructus àn ſint benè ſoluti, vel poſſint repeti, aùt computentur in ſortem quæſt. 7. nu. 5. cum ſeqq. variè diſtinguitur, limitatur, & declaratur ferè vſq. ad finem, & vide in V. Cenſus Confeſſio.

Fructus curſu temporis variantur, quæſt. 31. num. 17. verſ. hiſce tandem.

Per malam fidem non debentur, nec acquiruntur fructus, quæſt. 7. num. 11.

Fructus, & intereſſe debentur ob defectum non adimplementi, quæſt. 31. num. 26.

Fructus ex mutuo non dantur, quæſt. 7. num. 12.

Vera mala fides quid operetur in ſolutione fructuum Cenſus non debitorum, etiamſi ſolutio non interceſſerit per plures vices, ibidem num. 14.

Fructus, & vſuræ ſolutæ per errorem, & ex falsa cauſa repetuntur etiam ſi plures ſint ſolutiones ſpontè, & ſcienter factæ, ibidem num. 16.

Cenſus an duret, ſaltèm durante vita Eccleſiaſticorum imponentium, & ex eo an debeantur fructus? quæſt. 7. num. 15.

Tertià pars fructuum Canonicatus remanet affecta quotidianis Diſtributionibus ad

fauo-

fauorem Inſeruientium, itaut Legentes in Eccleſia diſtributionem non lucrantur, niſi pro illa die, qua legunt quæſt. num. 16.

Fructus, reditus, & Prouentus Eccleſiæ ad quam ſummam aſcendere debent, vt Parochiani poſſint cogere Parochum ad reaptandam, & reſtaurandam Eccleſiam? & quomodo Ducati centum ſint intelligendi fauore Parochi, itaut Epiſcopus teneatur habere rationem ad honeſtam Rectoris vitæ ſubſtentationem? & an exceſſus Ducatorum centum ſemper ſit tribuendus Parocho? & multæ adducuntur circumſpectiones, vt late in quæſt. 9.

Fructus ſuos quando hæres non faciat? quæſt. 4. num. 10.

Fugæ mandatum ſuſpicionis quæſt. 69.

Furtum.

Ob extremæ neceſsitatis cauſam commiſſum Furtum, an ſit de Iure punibile, & quid in foro conſcientiæ? quæſt. 25. num. 9.

Et vtrum teneatur Recipiens rem furtiuam neceſsitatis cauſa ad reſtitutionem, dum redeat ad Pinguiorem fortunam? ibidem num. 10.

G

GRauatus Hæres vide infra lit. H.

Gabella.

Ex non ſoluta Gabella, quando res & muli incidant in commiſſum, & intret confiſcatio, & ad cuius fauorem? quæſt. 55.

Gradus quintus quando è matrimonio remoueat impedimentum dirimens? quæſt. 51. num. 6.

H

Hæres.

HÆredi incumbit onus probandi voluiſſe Teſtatorem compenſare Legatum cum Credito Legatarij quęſt. 19. num. 6.

Hæres Beneficiatus.

Fructus ſuos an, & quando Hæres beneficiatus faciat, vel nè etiam ſi ſcientiam habeat Creditorum hæreditariorum, ſi ipſi Creditores non vrgeant, inſtent, vel interpellent? quęſt. 3. n. 8. verſ. vnde infertur.

Hæreditatis adeundi Ius infra quod tempus præſcribatur? quæſt. 41. num. 1. & an tranſmittatur, quæſt. 71. num. 5. & ſeqq.

Beneficium Legis, & Inuentarij cui, & quomodo confitenti, & volenti eo frui ſuffragetur? ibidem num. 2.

Hæreditas Patris an ex alienatione bonorum Paternorum adita dicatur, dum Filius habeat hypothecam in dictis bonis pro dote Matris ſuæ, pro qua poſtmodum declarat alienaſſe? quæſt. 71.

Hæreditas Matris debet adiri, & tranſmittitur vt adeunda, quæſt. 71. nu. 4. & 5.

Tempus ad adeundam Hæreditatem cum dicto Beneficio an currat de momento in momentum? quæſt. 41. num. 4.

Beneficium Legis, & Inuentarij poſt elapſum tempus à Iure præſcriptum an conſtituat hæredem ſimplicem, & reddat eum inſolidum obligatum fauore Creditorum hæreditariorum, ibidem num. 5.

Et an idem Hæres poſſit conueniri executiuè, ſicuti Defunctus? ibidem num. 7. 8. & 9. & vide in V. Benefic. reſtit. in integ.

Hæres certus nominatus, & inſtitutus vbi alius ab eo nominetur, ſi non nominauerit, quid reſultet? vide, quęſt. 70.

Hæres Grauatus.

Scriptus Hæres grauatus reſtituere quid quid Bonorum ſupererit poſt eius obitum, quam facultatem alienandi bona Fideicommiſſaria cauſa neceſsitatis habere dicatur? quæſt. 2. num. 6 & quid dicendum ſi verſemur in terminis L. Titius 54. ff. ad Trebel. & Auth. contra rogatus C. eodem, & vide in V. Alienatio.

Hæres grauatus, ſi fateatur exſoluiſſe debita Fideicommiſſaria ex ſuis pecunijs, an credatur? quæſt. 3. num. 1.

Prę́ſumptio ſolutionis de proprijs pecunijs ſtat pro Hærede, niſi conſtet in hæreditate pecunias remanſiſſe, vel ad hæredem perueniſſe precium bonorum Fideicommiſſi alienatorum, quæſt. 3. num. 2.

Præſumptio ſolutionis de pecunijs Hæredis quandò procedat? & an ſi viget inuentarium? dicta quæſt. 2. num. 3.

Si autem non viget an euaneſcat talis prę́ſumptio, ſignanter ſi non fuerit Hæres grauatus a Fideicommiſſatijs? ibidem num. 4.

Quid ſi Hæres grauatus alienauerit Bona Fideicommiſſo ſubiecta, an tollatur talis præſumptio? ibidem num. 5. & in vide in V. ſolutio ſoluens.

Hæres grauatus an repetat debita, & legata annua perſoluta, vel repetere poſſit ipſius grauati Hæres? quæſt. 3. num. 8. verſ. non ita iudicandum.

An Hæredi grauato, vel Fideicommiſſarijs tribuenda ſit ſolutio, quando non appareat, quo nomine facta ſit? & vide in V. ſolutio.

Hæredi ſcripto, & grauato an competat retentio Bonorum Teſtatoris pro debitis, & pecunijs ſolutis in extinctionem debitorum Fideicommiſſariorum? vel quæ alia actio competat etiam in vim Dominij? latè dicta quæſt. 3. num. 10. vſque ad finem, & vide in V. Actio.

Hæres à Teſtatore præſumitur minus grauatus, quàm fieri poſſit, quæſt. 5. n. 6.

Aduerſus Grauatum quot actiones competant Fideicommiſſario, & etiam aduerſus Tertium? quæſt. 4. num. 11.

Hypotheca.

A quo tempore incipiat hypotheca fauore Fideicommiſſarij contra Hæredem grauatum & reſpectiue Tertium? quæſt. 4. n. 11. verſ. Attamen, cum verſ. ſeqq. ad alia circa hypothecam &c.

I

Identitas.

Bonorum identitas reſpectu Authoris an probetur in Succeſſores? vide in V. Bonorum Identitas, & V. Filij, & in V. Tranſactio.

Ignorantia.

Præſumitur ignorantia, vbi ſcientia non probatur, quæſt. 7. num. 19. & 20.

Impotentis Confeſsio.

Ad Coeundum Impotens, eſt & ad Matrimonium Impotens, quæſt. 59. num. 1.

Pari nubendum eſt, & dantur exempla, ibidem num. 2.

Confeſsio Mulieris ſuper Viri impotentia, & è conuerſo Vxoris, an ſola operetur ad inhabilitandum Matrimonium ob coitus impotentiam? ibidem num. 3.

Impotentia coeundi an probetur ex confeſsione vnius ex coniugibus? ibidem num. 4.

Impotentia per aſpectum, vel per veriſimilitudinem, aut per coniecturas, & præſumptiones quid reſpectiuè operetur? & quando ſtatim, vel quando non diſſoluatur Matrimonium? & quando expectandum ſit tempus Canonicum? & quæ alia requirantur pro vnaquaque ſpecie dictarum probationum? ibidem num. 5.

Frigiditatis ſigna dantur & diſtinguntur: & quæ ſint illa ſigna, quæ ſtatim diſſoluunt Matrimonium, & quæ alia dantia temporis interuallum cum ſeptima manu propinquorum iurantium vna cum Coniugibus? ibidem num. 6.

Signa Frigiditatis, ſeù impotentiæ quid operentur vſque ad plenam pubertatem, & quomodo, & quando locum ſibi vendicet triennalis curſus? ibidem num. 7.

Si in Frigido multoties non expectatur triennium, expectatur tamen in Maleficiato, ibidem num 8.

Triennium a quo tempore incipiat? ibidem num. 9.

Triennium non eſt expectandum, nec aliud quodcumque in Iure præfixum tempus, dum contrahentes ſcienter contrahunt cum impotente reſpectiuè, ibidem num. 10.

Vir contrahens cum impotente Vxore, vel Vxor cum impotente Viro quid agere debeant, quouſque viuant? ibidem num. 11.

Iugales inſimul ſeſe impotentes ſi aſſerant, vel Vxor aſſerat impotentem Virum ſuum, & Vir dicat eſſe potentem, & cognouiſſe Vxorem, quomodo veniant de Iure audiendi, & ſeſe reſpectiue iuſtificandi? ibidem num. 12.

Matrimonium magnum eſt Sacramentum, & ad illud dirimendum cautè agendum eſt, ibidem num. 13.

Vir eſt caput Mulieris, & plus creditur Viro, quam Mulieri ſuper impotentia negata, ibidem num. 14

Vxor per corporis inſpectionem faciendā à Matronis poteſt abolere potentiam a Viro affirmatam ibidem num. 15.

Quid ſi Vxor per aliquod tempus ſteterit in declaranda Viri Impotentia? ibidem n. 16.

Taciturnitas in detegenda impotentia deſignat dolum in Accuſantem? & quare? dantur rationes, ibidem num. 18.

Cętera vide, prout in num. 18.

Impunitate mediante Confeſsio cuius ſit efficaciæ? vide in tract. meo de Impenſ. opuſcul. 4. num. 23.

Incendium.

Quis teneatur ad incendium? vide latè in quæſt.

quæſt. 6. materiam diffuſe agitatam, & vide in V. Agens, & in V. Culpa.

Patefacto Incendio per Viſionem, & diuulgato per acclamationem Populi, ſonitumq; publicæ Campanę, an augeatur culpa conductoris ſignanter interpellati ad obuiandū Igni? quæſt. 6 num. 23. cum numeris ſeqq. & vide in V. Conductor.

Inceſtus.

Vſque ad quartum gradum Affinitatis, vel Conſanguinitatis Inceſtus committitur, quæſt. 51 num. 6. & 7.

In delictis Inceſtus, Stupri, & Adulterij quis valeat querelare? dicta quæſtione 51. num. 8.

Inceſtus, Stuprum, cęteriq; Coitus Carnales an probentur ex confeſſione, vel an ex teſtibus, aut præſumptionibus, & indicijs, vel ex alio probationum genere? & an inceſtuoſum Stuprum probetur, vel ne ſolummodo per Confeſſionem ſtupratæ inceſtuoſę Puellæ? ibidem num. 9.

An data ignorantia Gradus Conſanguinitatis, vel Affinitatis tam Stuprator Inceſtuoſus, quàm ſtuprata inceſtuoſa labantur in Stupri inceſtuoſi pœnam? ibidem n. 10.

An eadem ſcientia requiratur in Vim Cōſtitutionis Sixti V. in omnibus caſibus ibi expreſſis, ibidem num. 11.

An ob reiteratas Vices inceſtuoſi Coitus detur, vel nè Delicti aggrauatio, ibidem num. 12.

Reiteratio Coitus an iudicetur ad inſtar Belluarum? & quæ melior ſit cognitio an Animalis rationalis, vel irrationalis? ibidem num. 13.

Inceſtuoſo probato Stupro quæ pœna ſit irroganda aduerſus huiuſmodi Delinquentem, an ordinaria, vel extraordinaria, ibidem num. 14.

Mortis pœna aduerſus Deſcendentes, & Aſcendentes inceſtuoſum, & neſarium coitum committentes infligitur, ibidem n. 15.

An eadem pœna infligatur Tranſuerſalibus Stupratoribus inceſtuoſis? ibidem n. 16.

Vbi agitur de Iuris correctione an fiat extentio in pœnalibus? ibidem num. 17.

Tranſuerſali inceſtuoſo Stupratori imponitur Deportationis pœna ſcilicet triremiū in perpetuum, ibidem num. 18.

Pœna dum non infligitur ordinaria ſed extraordinaria vt ſupra triremium, datur etiam bonorum Confiſcatio pro medietate, ibidem num. 19.

In ordinaria pœna vltimi ſupplicij Vniuerſalis datur bonorum Confiſcatio, ibidem num. 20.

An talis bonorum Confiſcatio à quocumque Iudice imponi valeat, ibidem num. 21.

Inceſtuoſo Stupratori, & Stupratæ ſcienti, & conſentienti infligitur pœna vltimi ſupplicij, ibidem num. 22. & 23. vt pœna hæc non omittatur ſub ſilentio exemplificatiuè ad mortem, cauſa remittitur ad Iudicem Laicum.

Maſculus ſi pœna ordinaria patitur pro Inceſtu, non Fœmina, & quarè? ibidem nu. 24. & num. 25. quoad Fœminam declaratur, ſi ſponte ipſa Fœmina ſit confeſſa, ſit exilianda, vel releganda cum confiſcatione bonorum pro medietate, ſed in Statu Eccleſiaſtico non ſeruatur, attenta Conſtitutione Sixtina, vt in dicta quæſt. nu. 30. cum ſeqq. & vide in V. Exilij pœna.

Inceſtus, & aliorum coitum ſignanter prohibitorum eſt cauſa impulſiua Mulier, ibidem num. 31.

Inhibitio.

Inhibitio quando cauſet, vel non attentata? quæſt. 58.

Inſtrumentum.

Confitenti deperditum fuiſſe Inſtrumentum, non creditur, niſi probetur caſus, & tenor Inſtrumenti, ſeù ſcripturæ, quęſt. 38. num. 1.

Debitor præſumptus non moleſtatur donec Inſtrumentum, ſeù ſcriptura reperiatur, aut illius tenor legitimè probetur, dicta quæſt. 38. num. 2.

Inſtrumenti amiſſio non præſumitur, & Allegenti onus probandi incumbit, quæſt. 38. num. 3.

Quæ veniant probanda pro legitima Inſtrumenti, ſeù ſcripturæ deperditione? dicta quæſt. 38. num. 4.

Deperditione Inſtrumenti, ſeù ſcripturæ probata, an per Iuramentum probetur tenor ipſius ſcripturæ, ibidem num. 5.

Allegans velle gaudere beneficio ſcripturæ deperditæ, quæ extrema debent præcisè, & concludenter probari, vt huiuſmodi fruatur beneficio? ibidem num. 7.

Eſt ad vnguem ſeruanda forma à Iure tradita in Probando Inſtrumento, ſeù ſcriptura deperdita, ibidem num. 8.

Talis forma non adimpletur per æquipollens, & hac non ſeruata, actus deſtruitur, ibidem num. 9.

Ad probandam amiſsionem Inſtrumenti per teſtes, quæ requirantur in perſona Teſtium? ibidem num. 13.
Inſtrumentum deperditum an probetur à Mulieribus? ibidem num. 14. & vide in V. Archiuium.

Intereſſe.

De vnoquoque dum agitur Intereſſe ſemper eſt citandus, quæſt. 66. num. 3. verſ. Tanto magis.

Inuentarium.

Omiſsio Inuentarij quid operetur? quæſt. 3. num. 6. cum quæſt. ſeq. & vide alia quo ad Inuentarij omiſsionem quæſt. 41.

Inueſtimentum.

Cauſa confeſſata, & expreſſa in pecuniarum ſolutione an obliget ſoluentem ad ipſarum pecuniarum inueſtimentum? quæſt. 5. num. 5.
Inueſtimenti incumbentia eſt onus, quæſt. 5. num. 5.

Interrogantis.

Quoad perſonam Interrogantis confeſsio præiudicat, non quoad alios, quæſt. 10. n. 8.
Interrogatus in Iudicio an B. ſit Dominus Quadrupedis, quæ damnum dedit, & neget, ad quid teneatur? late quæſt. 15. num. 3. & vide in V. Pauperies.

Intentio.

Regulantur omnes humani actus ab intentione, quæſt. 10. num. 10. & vide etiam in V. Finis.

Iocalia.

Vxoris Confeſſio de receptis iocalibus iuncta præſumptione legali obligat ipſam Vxorem ad reſtitutionem, quæſt. 22. num. 1.
Mariti Confeſsioni in Mortis articulo ſuper iocalium traditione facta Vxori, vel ſuper amotione ipſorum Iocalium commiſſa ab Vxore, an, & quando credatur, vel non? quæſt. 22. num. 2.
Exceptio traditionis, vel amotionis Iocalium imputatæ à Marito Vxori, an poſſit, vel nè retardare Vxori dotis ſuæ reſtitutionem? ibidem num. 3. & vide etiam in V. Compenſatio, & in V. Retentio.

Iudex.

An ſequeſtrum transmittere poſſit Iudex in die Feriato, & eodem pariter die reuocare? quæſt. 1. num. 19.
Iudicis proprium eſt indagare veritatem, & pro hac eruenda omnem adhibere debet diligentiam, quæſt. 46. num. 6.
Iudex ex aſpectu Rei quid colligat? dicta quæſtione 46. num. 7. & vide in V. Saluus Conductus.
Iudici aſſerenti eius diſceſſum ab officio an credatur? & an perdat ſalarium? quæſt. 77.

Iuramentum.

Per Iuramentum vocatur Deus in Teſtem, quæſt. 56. num. 5.
A Notario fuiſſe præſtitum Iuramentum, ex quibus probatur? quæſt. 35. & vide in V. Notarij Confeſsio.
Iuramentum per metum, & violentias, nihil operatur, quæſt. 56. num. 4. & 5.
Iuramentum in actu ſimulato an alicuius ſit ſubſiſtentiæ? quæſt. 57.
Iuramentum purgationis Conſcientiæ an impellat Reum conuentum ad confitendum? quæſt. 75.

Ius Sedendi.

Vide in V. Sedendi Ius, & ſepeliendi, & quæſtion. 20. per totam.
Ius, in quo quis verſatur ignorare, turpe eſt, quæſt. 74. num. 49.

L

Legata Annua.

Solutio annuorum Legatorum an fieri debeat de Fructibus hæreditarijs Fideicommittentis? quæſt 3. num. 8. verſ. non ita iudicandum, & quæſt. 4. num. 5. vbi limitatur.
Legatum an, & quando compenſetur, vel nè, etiamſi debitum ſit neceſſarium? late quæſt. 19. fere per totam.
Quid ſit Legatum? eadem quæſt. 19. n. 4.
Legando Teſtator potius exercet liberalitatem, quam debitum ſoluat, dicta quæſt. 19. num. 5.
Legatum cum credito Legatarij fuiſſe à Teſtatore Compenſatum probandi onus incumbit hæredi dicta quæſt. 19. num. 6.

Le-

Legitima.

Pro legitima an poſſit Patre viuente alienata ab ipſo Patre reuocari à Filio? quæſt. 40. num. 22. & ſeqq.

Non aſſignata Legitima in Iuridica portione an detur actio ad ſupplementum, etiã Aſcendentibus in bonis Deſcendentium, quæſt. 28. num. 2. & 3.

Legitimæ priuatio non eſt reſpectu Filij pręmorientis, ſed reſpectu Filiorum ex primo Matrimonio, ibidem num. 10.

Legitima Matri Binubæ quandò debeatur, & ex quibus bonis? vide latè quæſt. 28. per totam, & ſignanter num. 12. & 13. notatur Vigilantia legum, vt aſſeruentur bona Paterna pro Filijs primi Matrimonij.

Lex.

Diſpoſitio Legis ſecundò Nubentium, an hodie ſit in valida obſeruantia? quæſt. 28. num. 4. & vide in V. Matri Binubę.

Litera Cambij.

Campſores, ſeù Mercatores, qui in Literis Cambij fatentur recepiſſe pecunias, an valeant dare exceptionem non numeratæ pecuniæ? quæſt. 59. num. 5.

An promittens ſoluere Literas Cambij poſſit dare, vel non hanc exceptionem, ibidem num. 6.

Scribens Literas Cambij, quando liberetur, vel non? ibidem num. 7. 8. & 9. vide Cambium.

Literæ.

Scriptæ Literæ à Monacho incitatiuæ ad Homicidium quid arguant contra ipſum Monachum? Quæue pœnæ irrogantur? quæſt. 45. per totam, & vide in V. Monachus.

Litigium.

Diù agitatum litigium an cogat partes ad compromittendum, alias reddi poſsint excommunicatæ? quæſt. 43. num. 22.

Locator.

Quam Actionem habeat Locator aduerſus Conductorem ob Domum, vel Molendinum incendiatum? quæſt. 6. per totam, & ſignanter num. 17. & ſeqq.

Locupletari nemo debet cum aliena iactura, quæſt. 65. num. 4.

Lucrum Dotale.

An conſequatur Maritus Lucrum Dotale ex ſua receptæ dotis conſeſsione? quæſt. 21. num. 1. & vide in V. Dos, in V. Monaſterium; in V. Maritus, & in V. Mulier.

Lucrum dotale Viro non debetur, ſi Dos ab Vxore non fuerit aſſignata, quæſt. 21. num. 6.

Limita ſtante aſſertione Vxoris in contrario dicta quæſt. 21. num. 7. & Vrgentibus pro dotis Conſignatione, ibidem num. 8.

M

Mandatum ſuſpicionis fugæ ex quibus veniat, vel non relaxandum? quæſt. 69. per totam, & ibi, ſi in Die feriato?

Manutentionis.

In iudicio Manutentionis quæ probationes ſint ſufficientes ad obtinendum? & an vnicus Teſtis? & quod tempus attendatur? quæſt. 20. num. 6. & ſeqq.

Manutentio àn danda ſit ex partis Confeſſione de Detentore, & occupatore? quæſt. 20. num. 9.

Quid in Confeſſione Prouiſoris, & miniſtri, ibidem num. 10.

Maritus

Nolunt Mariti Carnem ſinè ſapore quæſt. 21. num. 4.

Mariti Zelotypia, & effectus. quæſt. 56.

Mariti Seuitia non præſumitur, niſi probetur, quæſt. 50. num. 3.

Vani timoris nulla eſt habenda conſideratio, quæſt. 50. num. 4.

Marito an credatur, cognouiſſe carnaliter vxorem? quæſt. 49. num. 18.

Marito moderatè Vxorem verberanti eſt licitum, imò debet facere. dicta quæſt. 50. num. 5.

Etiamſi ſiat promiſſio de non corrigendo vxore, dicta quæſt. 50. num. 6. & vide in V. Vxoris timor.

Marito àn debeatur quarta in bonis vxoris? vide quæſt. 53.

Matri Binubæ

An poſſit Filius Matri Binubæ relinquere

quicquid velit, & quandò procedat? quæſt. 28. num. 5.

Dè pœnis ſecundò Nubentium quid hodiè ſit in obſeruantia? ibidem num. 6.

Filij conquæſitione non obſtante dè tranſitu matris ad ſecundas nuptias, àn eadem admittatur mater ad ipſius Filij ſucceſſionem, etiamſi intrà annum luctus ſecundo nubat? ibidem num. 7.

Et Vtrùm procedat inuito Filio reſpectu legitimæ? ibidem num. 8. & vide in V. Filij Confeſſio, & in V. legitima, & in num. 8. ibidem, quod pœna Binubatus non aufert à Matre legitimam.

Mater conſequitur quidquid in Teſtamento à Filio Relinquitur: ad ſuppletiuum reliquatum agit, ibidem num. 11. & vide in V. Matrimonium, & in V. pœna ſecundò Nubentium.

Matrimonium

Magnum eſt Sacramentum Matrimonium, & hoc ad dirimendum cautè agendum eſt, quæſt. 49. num. 13.

Contractum Matrimonium cum viro, vel reſpectiuè Vxore impotenti ad coeundum àn & quandò valeat, vel nè? & multa alia ſuper hac materia adducuntur in quæſt. 49. per totam, & vide in V. Impotentis Confeſſio, & in V. Cauſa.

Matrimonij Contractus vſq. ad quem gradum erat prius prohibitus, & vſq. ad quem gradum hiſce noſtris temporibus prohibeatur? & quæ ſit cauſa inter vnum, & aliud tempus? latè quæſt. 51. a num 1. vſq. ad 7. & vide etiam in V. Inceſtus, ſinè dote àn poſſit eſſe matrimonium? quæſt. 21. num. 3. & in V. Diſpenſatio.

Matrimonium eſt Sacramentum, & per huiuſmodi Mater binuba Filio primi Matrimonij nec iniuriam, nec crudelitatem infert, quæſt. 28. num. 14.

E Matrimonio quæ bona eueniant? dicta quæſt. 28. num. 15. & ad alia in numeris ſeqq.

Conditiò in actu initi matrimonij non repetita, àn cenſeatur remiſſa? latè quæſt. 44. per totam, & vide in V. Confeſſio ſuper Matrimonium.

Diſſenſus ſpontè in conſumando Matrimonium quid indicet? dicta quæſt. 44. num. 9 & 10.

Matrimonium nullum eſt, ſi dolus dedit cauſam contractui, ibidem proximè num. 11.

Conſenſus Matrimonium facit, & quid ſit iſte conſenſus, dicta quæſt. 44. num. 12. & 13. & num. 14. refertur ſententia Salomonis in matrimonio quæ opinio ſit ſequenda & quid declaret ordinarius quæſt. ſi num. 6.

Menſura

Prædium venditum, ſed confeſſum non menſuratum, ſi conuentum ſit de Menſura, intrà quod tempus menſurandum veniat? quæſt. 13. num. 1.

Quid, ſi non ſit actum de menſura? & in hoc caſu quod tempus ad menſurandum concedatur? quæſt. 13. num. 2.

Menſura quarè nullo temporis curſu præſcribatur, quæſt. 13. num. 3.

Actio menſuræ petendæ quarè intra triginta annos præſcribitur? ibidem num. 4.

Limita ſtâte pacto ad menſurandum appoſito ibidèm num. 5.

Sublimita exiſtente pacto dè ſemper attendendis contentis in Inſtrumento, ibidèm num. 6.

Partes dùm in Scriptura ſe retulerùnt ad menſuram, àn potius ſit attendenda menſura, quàm expreſſa quantitas? ibidèm num. 7.

Menſura quomodò ſit intelligenda? ibidèm num. 9.

Minor

An poſſit minor ſe liberare à tutela, & Cura? quæſt. 60. num. 6.

Quæ, & quot requirantur vt Minor effectus maior etiam poſt quinquennium dicatur ratificaſſe contractum nullitèr initum? quæſtio 74 per totam diffusè declaratur vtiliſſima Materia.

Moleſtia

Illatæ moleſtiæ quandò requirant denunciationem? vide in V. Denunciatio.

Mora

Ex quibus mora reſultet, vt debeantur Vſuræ? vide in V. Vſura.

Mora in exigendo, quænam ſit conſideranda, & quæ non? quæſt. 59. num. 9.

Monachus

Vtrùm Monachus per exaratas Epiſtolas alicui incitantes ad homicidium, incurrerit Irregularitatem, vel aliud crimen, & dicatur in dictis Epiſtolis emanaſſe Confeſſionem dè Homicidio? quæſt. 45. per totam.

Mo-

Moniales.

Conqueſtiuæ Monialium Confeſſioni ſuper famis neceſſitate an ſit, vel'nè credendum, ſi talis confeſſio aliundè non adminiculetur, quæſt. 25. num. 1.

An pro hac probanda neceſſitate ſufficiat Epiſcopi aſſertio? vide in V. Fames, in V. Neceſſitas, & in V. Venter.

Vtrum peccent Moniales alienantes bona cauſa Famis, quæſt. 25. num. 8.

Epiſcopus ob cauſam neceſſitatis vrgentis vſquè ad quam ſummam poteſt dare licentiam Monialibus, vel quibuſuis alijs in diſtrahendis bonis Eccleſiæ ad occurrẽdum extremæ imminenti neceſſitati? ibidem num. 12. & vide in V. Epiſcopus.

Monialibus an credatur ad impediendum ædificium? quæſt. 76. ibi & de Feneſtris.

Mulier

Tam in ciuilibus, quàm in criminalibus admittitur ad teſtificandum, quæſt. 18. nu. 1.

Mulier in ciuilibus, & in criminalibus nequaquam admittitur ad probandam Confeſſionem extraiudicialem d. quæſt. 18. num 2. & 6. & vide etiam in V. Confeſſio extraiudicialis.

Dè ſui natura Mulier eſt mutabilis, & varia, ibidèm num 7. & nu. 8. Mulierem eſſe connaturalem in fraudibus probatur exemplis, & num. 9. refertur, quod Mulier toties periurat, quoties iurat.

Mulier aùt amat, aùt odit, & enim ea nullum datur medium; ibidem num. 10.

Mulieris dolos, & fraudes quis doceat? latè ibidèm num. 11.

Mulier ſtatim atquè fuit à Deo creata decepit Adam ſocium ſuum, ibidem num. 12.

Mulier de Iure Communi ſinè Iudicis Decreto, & ſolemnitatibus obligatur, ſi eſt ætate maior, quæſt. 21. num. 5.

Mulier maior vigintiquinque annorum ſi dotem viro ſuo non aſſignauerit, eidem lucrum dotale non debetur, quæſt. 21. num. 6. vbi n. 7. limitatur, ſi vigeat Vxoris Confeſſio.

Mulier ex quibus præſumptionibus, & coniecturis cenſeatur virò ſuo tradidiſſe bona in dotem, vt poſtmodùm dotale lucrum conſequatur, quæſt. 21. num. 7. & 8.

Mulier minor quandò ſinè ſolemnitatibus poſſit, vel non ſe obligare in dote viro conſtituenda? quæſt. 21. num. 9. & 10.

Mulio

Ex non ſolutione Gabellæ àn Mulio incidat in commiſſum? latè de Materia in quæſt. 55.

Multiplicus

Ad formam Breuis eſt multiplicus faciendus alias irritatur venditio bonorum Fideicommiſſariorum, & diffusè quæſt. 63. per totam.

Multiplicus an det hypothecam in bonis etiam proprijs hæredis late quæſt. 4. nu. 10.

N

Natura.

Contra Naturam peccantes qua pœna puniantur? vide in V. Beſtialitas.

Neceſſitas.

Quotuplex ſit neceſsitas? quæſt 2. num 1.

Quæ neceſsitas dè Iure ſit præſcripta pro alienandis bonis Fideicommiſſo ſubiectis? quæſt. 2. num. 2.

Neceſsitas in alienatione bonorum Fideicommiſſo ſubiectorum an probata remaneat ex mera confeſsione illius, qui dicit, ſe neceſsitate laborare? ibidem num. 3. & vide etiam in V. Alienatio.

Neceſsitas vincit Legum omnipotentiam, quæſt. 25. num. 4.

Neceſsitas facit licitum id, quod alias dè Iure eſt illicitum, quæſt. 25. num. 5.

Extremæ neceſsitatis caſus non includit ſolemnitates requiſitas ob cauſam neceſsitatis, quæſt. 25. num. 7.

Neceſsitatis cauſa vigente, verſio in dictã cauſam a quo ſit probanda, dicta quæſt. 25. num. 7. in fin. & vide in V. Verſio.

Negligentia.

In rebus proprijs negligentia non obeſt, ſicuti in alienis damnatur, quæſt. 6. num. 8. & vide in V. Conductor, & in V. Culpa.

Negligentiæ adhærens, culpæ adheret, quæſt. 6. num. 12.

Negligentia propria in alterius præiudicium ſibi non patrocinatur, dicta quæſt. 6. num. 15.

Negans,

Contra negantem ſcripturam, ſi Negans poſtea confiteatur, quomodo in hoc caſu ſit agendum? diffuſè in quæſt. 54. & quæſt. 80.

Negociatio,

Quibus Clericis permiſſa ſit Negociatio? quæſt. 79. num. 3. & ſeqq.

Notarij Confeſſio,

Aſſertiua Notarij dicenti tactis &c. an probet Iuramentum fuiſſe delatum? quæſt. 35. num. 1.

Notarius, ſi dicat = Teſtis iuratus, citatus, & Interrogatus, an probet, vel ne Iuramentum fuiſſe præſtitum ſaltem præſumptiuè, dicta quæſt. 35. num. 2.

Scripturæ Tactus quando ſit, vel nè neceſſarius in Iudicio? & an ex atteſtatione Notarij reſultet? diſtinguitur, & declaratur, ibidem à num. 3. vſq. ad finem.

An Notarius rogans Inſtrumentum teneatur cognoſcere Perſonas Contrahentes? & quas notitias conſequi debeat, & de quo tempore tales notitias habere teneatur pro dicta cognitione Teſtium? latè quæſt. 36. à num. 1. vſque ad finem, Vbi de pœna Notarij rogantis Inſtrumentum in caſu ſeù Caſibus in eadem quæſtione præſcriptis, 36. ſuperius allegat.

Notarijs magna adhibenda eſt fides, quæſt. 37. num. 1.

Notarij qualitates quæ eſſe debeant? quæſtio 37. num. 2.

Notario atteſtanti, & confitenti Inſtrumentum à ſe rogatum, an credatur? ibidem proximè num. 3.

Notarij rogatus ſine teſtibus non valet, ibidem num. 4

Sola Notarij Confeſſio in rogitu non ſufficit ſinè Teſtibus, ibidèm num. 5.

Fides Notarij ſuper inſtrumento à ſe rogato non probat, Inſtrumentum ab ipſo fuiſſe rogatum, niſi inſtrumenti copia exhibeatur, ibidem num. 6.

Notario aſſerenti citationem eſſe exequutam, quarè non credatur? ibidèm num. 7.

Non præſtatur Fides Notario confitenti Nuncium ſibi retuliſſe, citaſſe B. proùt in ſchedula, ibidèm num. 8.

Notarij non eſt tuta fides atteſtantis ſe dè teſtamento non fuiſſe rogatum, vel eſſe Teſtamentum falſum, ibidèm num. 9.

Fides Notarij in examinibus quomodò ſit tuta, vt Teſtis in repetitione ſi neget, non ſit ipſi Teſti credendum, tàm ſi agatur in ciuilibus, quàm in criminalibus ididèm num. 10. & alia in numeris ſeqq. & vide in V. Teſtis.

Notario aſſerenti Congregatos eſſe dè maiori parte vniuerſitatis an ſit credendum? dicta quæſt. 37. num. 13.

Notarij iuratę aſſertioni dè tenore Inſtrumenti, ſeù ſcripturæ àn ſit credendum? quæſt. 38. num. 6. cum ſeqq.

Dè Notarij conſtita legalitate Inſtrumentum non deperit, ſi non ſit Archiuiatum, ibidem proximè num. 12.

Lagalitas Notarij non læditur per contrariam Accuſantis Confeſſionem, & teſtificationem, peculiaritèr ſi Notarius non habeat commodum quæſt. 39. num. 2. & 3.

Notarius in his terminis accuſatus de Falſo abſoluitur, & dantur rationes, d. quæſt. 39. num. 4.

Approbatiò Scripturæ Notarij ex quibus reſultet? ibidèm ſuprà proximè num. 5.

Nurus

Socer, & Nurus in quo loco dè Iure habeantur, quæſt. 40. num. 1.

Nurus in quibus caſibus petat alimenta à ſocero? quæſt. 4. num. 2.

Confeſſio de Dote recepta facta à ſocero fauore Nurus contra ſocerum cõſtituit obligationem præſtandi alimenta, ibidèm nu. 3.

Confeſſione nulla melior eſt probatio, ibidem num. 4.

Alimenta Fauore Filij, & Nurus non preſtantur à Patre, & reſpectiuè a ſocero extrà Domum, ibidem num. 5.

O

Obligatio Cameralis

EFfectus obligationis Cameralis qui ſint? & an talis obligatio acquirat actionem ſine cauſa aduerſus Debitorem, & ſine ceſſione quæſt. 57. num. 15. & 16.

Quando differat obligatio ad faciendum cum obligatione ſimpliciter ad dandum? quæſt. 5. num. 2.

Obligatus ad dandum non eſt obligatus ad faciendum, dicta quæſt. 5. num. 3.

Obligatio correſpectiua quomodò, & quando reſoluatur? quæſt. 30. num. 3.

Obligatio contracta intuitu rei eatenus durat, & ſupereſt, quatenus res ipſa exequatur, dicta quæſt. 30. num. 4.

Ceſſante cauſa, quia facta eſt obligatio,

ceſſat & ipſa obligatio, ibidem proximè num. 5. vide etiam in V. Adimplementum, & in V. Contractus correſpectiuus.

Obligatio deficit cauſa deficiente, in queſt. 57. num. 12.

Occupator.

Si aliquis ſit habitus, & Confeſſus pro occupatore, ex hac confeſsione quod Ius acquirat? vide in V. Detentor.

Onera.

Collectas, & Onera quæ teneatur ſolue Emphyteuta? quæſt. 72.

Ordinarius quid in Matrimonio declaret? vide in quæſt. 51. num. 6.

P

Pactum.

IVratum pactum de reddendo Molendino potius meliorato, quam deteriorato obligat arctius conductorem ad Molendini cuſtodiam, quæſt. 6. num. 10.

Tale pactum includit diligentiam, & abhorret à negligentia, quæſt. 6. num. 10. & vide in V. Conductor. in V. Diligentia, & in V. Negligentia.

Pactum reſtituendi Patrimoniũ queſt. 79.

Pacto etiam circumſcripto, an de Iure, ſi Conductor ſit Commonefactus de Igne, & non quærat obuiare, teneatur dè vtraq; culpa leui, & leuiſsima? quæſt. 6. num. 21.

Pactum de non reſtituenda pecunia an & quando de Iure valeat, vel non quæſt. 65. num. 3. & 5. & ſeqq.

Pater.

Filio proprijs induſtrijs viuenti Pater non præſtat alimenta, quæſt. 40. num. 6. & vide in V. Alimenta.

Vt Pater non præſtet alimenta Filio, quid prius probare teneatur? dicta queſt. 40. n. 7.

Quot ſint Caſus, in quibus grauatur Pater ad ſubminiſtranda Filio, & Vxori alimenta extra Domum? ibidem num. 10. & in V. Alimenta.

Pater an, & quando ſine Filij præſentia alienat bona ipſius Filij? quæſt. 40. num. 13.

Pater per quas cauſas priuetur, vel non adminiſtratione, & dominio bonorum Filij, imò & ipſiuſmet, dum dilapidat etiam ſua propria bona? & quid prouiſionis inſurgat, ſi diſsipet bona Fideicommiſſaria? & multa adducuntur &c. dicta quæſt. 40. a nu. 13. vſq; ad finem.

Ex Patris dilapidatione an Filij inſtare poſsint pro Legitima ipſo Patre viuente? quæſt. 40. num. 20. 21. & 22. dicitur an detur actio reuocatoria?

Vſquè ad quod tempus, & quando teneatur Pater alere Filium, & an Alimentorum quantitatem variare poſsit? dicta quæſt. 40. num. 21.

Patris Hęreditas quarè ſine aditione trãſmittatur? quæſt. 71. & late etiam ad alia.

Parochus Parochianus.

Animarum Parochus an abeſſe valeat à ſua Cura abſque licentia Epiſcopi, vel Vicarij Generalis? quæſt 8. num. 20.

Parochi à tali denegata licentia àn poſſint ad Superiorem appellare? quæſt. 8. num. 21. & numeris ſeqq.

Si Confiteantur Parochiani in precibus datis Epiſcopo Eccleſiam Parochialem minantem ruinam, ſeù eſſe collapſam non operatur contrà ipſos Parochianos, vt vigore ſolummodo huius Confeſsionis teneãtur ad reſtaurationem, ſeù Eccleſiæ reparationem, quæſt. 9. num. 3.

Parochus de qua parte fructuum reparare teneatur Eccleſiam Parochialem? dicta queſt. 9. num. 4.

Parochus quartam partem Fructuum impendere tenetur, imò & vltra pro reparanda Eccleſia collapſa, vel collabenda, ibidem eodem num. 4. & 5.

Confeſsio in Precibus facta à Parochianis non afficit Parochum niſi prius recognoſcãtur Fructus, & prouentus Eccleſiæ, ad quam ſummam aſcendunt, quæſt. 9. num. 6.

Parochus quomodo ab Epiſcopo ſit reſpiciendus in conſequendis ducatis centum, calculuſq; quomodo ſit gerendus, & quod tempus ſit obſeruandum ad calculandum, & an tempus fertile ſit compenſandum cum ſterile? & multa afferuntur cum declarationibus ſacris Concilij pro dicta taxa ſcutorum centum, quæſt. 9. num. 10. & 11.

Parochiani quando teneantur ad Eccleſiã reſtaurandam? obligantur etiam exempti quacumque appellatione remota, ibidem num. 12.

Parochiani nequeunt à Cura recedere pro euitanda Eccleſiæ, & Domorum reparatione, ibidem num. 13.

Beati Pij Papæ V. Conſtitutio quomodo

ſit intelligenda ſuper Parochi congrua? dicto num. 13. verſ. Deniquè ad nihilum?

Pauperies.

Quid ſit Pauperies, & vnde dicatur? quęſt. 15. num. 1.

Pauperiei quot ſint ſpecies? & ex qualibet ſpecie an diuerſa oriatur actio? quiduè vua actio operetur in qualibet diuerſa ſpecie? aſsignatur ratio in vnaquaque reſpectiuè ſpecie, & dantur exempla, quæſt. 15. num. 2.

In Iudicio interrogatus an B. ſit dominus Quadrupedis, quæ damnum dedit, & B. conſiteatur non eſſe ſuam; ad quid teneatur, ſi dè mendacio conuincatur, & durante Iudicio an poſsit pœnitere redeundo ad alternatiuam? dicta quæſt. 15. num. 3.

Patrimonium.

Præsbiterale Patrimonium quare fuit inductum? & quantum eſſe debeat? quęſt. 79.

Pecuniæ.

In recipientem ſubito transfertur dominium, & poſſeſsio pecuniarum ſolutarum, quęſt. 5 num 4.

Quando pecuniæ ſint reſtituendæ? quęſt. 65. num. 9. & ſeqq.

Pecunia ab Emptore ſimpliciter ſoluta venditori, vel ipſius Creditori Creditoribus, quos effectus producat, vel ne ſauore Emtoris, vel contra? vide luculenter quęſt. 12.

An aduerſus poſteriorem anterior creditor poſsit auocare conſumptas pecunias? quæſt. 66.

Percuſsio.

Confeſsio Percuſsionis, vel repulſæ factę à Layco Familiari in Clericũ an faciat Laycum Excommunicatum, vel non quęſt. 33. num. 1.

Percutiens Clericum vim vi repellendo quandò incidat, vel non in Excommunicationem? ibidem num. 2.

Pœna.

Pœna, quæ irrogatur Marito cognoſcenti Vxorem ſuam prępoſtera Venere? vide in V. Vxor cognita.

Inceſtus pœna quę ſit, quęue Stupri quęue Adulterij? vide latè quęſt. 51. per totam, & V. Inceſtus.

Secundò Nubentium pœnæ in quibus hodiè locum habeant, vel non? latè ſunt videnda ea, quæ afferuntur in quæſt. 28. ferè per totam.

Quæ ſit irroganda pœna Monacho, qui ſcribat alicui literas, & in eis requirat Homicidium contrà aliquem perpetrandum ab eo, qui literas recipit? quæſt. 45 per totam, & in V. Monachus, & in V. literæ.

Poſsidens, Poſsidere.

In pari, & æquali Hypoteca quomodo, & quando Poſsidens præferatur? quæſt. 12. num. 5.

In pari cauſa regula eſt quod melior ſit conditio Poſsidentis, ibidem num. 6.

Poſseſsionem dùm quis ſuam continuat an per inhibitionis præſentationẽ dicatur attentare, vel non? quęſt. 58. num. 2. & ſeqq.

Filius an, & quando præſumatur non poſſidere, vel poſsidere alia bona, quàm paterna? vide late quæſt. 23. per totam.

Poſſeſsio quando præſumatur, vel non animo continuata? quæſt. 24. num. 9.

Poſsidere allegans an, & quando teneatur, vel nè dicere titulum ſuæ poſseſsionis? quæſt. 42. num. 7. & vide in V. Cauthela Angeli.

Poſſeſsio an per citationem probetur? quæſt. 42. num. 18.

Poſterior non impeditur ab Anteriore, & quando? quæſt. 66. num. 6. & 7.

In Precibus.

Confeſsio in Precibus emiſſa quos effectus pariat pro lucrandis, vel nè quotidianis diſtributionibus? vide in V. Diſtributiones, & in V. Canonicus, & latè quæſt. 8.

In Precibus emiſſa Confeſsio probat, quæſt. 9. num. 1. & 3.

Super derogatione Fideicommiſsi quos effectus producat Confeſsio in Precibus Papæ emanata? quæſt. 83. per totam.

Præceptum.

De non ſoluendo, ſeù de non reſtituendo Præceptum alicui iniunctum quam producat actionem fauore illius, qui obtiuuit pręceptum, vel ſequeſtrum? quæſt. 1. num. 15, & ſeqq. & vide in V. Sequeſtrum, & prius in V. Actio.

Præsbiter in coitu cum Commatre quomodo puniatur? vide quæſt. 51. num 14.

Pre-

Præſuppoſitum.

Diſpoſitum habet locum dùm verificatur Præſuppoſitum, quæſt. 4. num. 1.
Præuentio videnda eſt in quæſt. 52. num. 8. & ſeqq.

Priuatio.

Clericatus inducitur ipſoiure Priuatio, & quando non? latè quæſt. 79. n. 3. 4. & 5.

Priuilegium.

Dicitur non adeſſe Priuilegium, ſi non producatur, quæſt. 27. num. 14. & vide in V. Exemptio.
Priuilegium de Perſona ad perſonam non extenditur, nec de loco ad locum, ibidem num. 27.

Probatio.

Diligentiæ Probatio in genere non ſufficit, ſed in ſpecie ipſa diligentia probanda eſt circa ignis cuſtodiam de tempore incendij, quæſt. 6. num. 9. & vide in V. Negligentia, in V. Conductor, & in V. Pactum iuratum.

Profeſsio.

Fidei Profeſſionem quis teneatur facere? quiduè eueniat, ſi non fiat, quęſt. 8. n. 3. & 4.

Procurator.

Reſtituere tenetur Procurator confeſſas exactas pecunias, quæſt. 31. num. 18.
Procurator, qui confeſſas exactas pecunias non reſtituerit, furti actione conuenitur, ibidem num. 19.
Actio directa infamat, ibidem num. 20.
Procurator exactas pecunias non reſtituens tenetur ad intereſſe, ibidem n. 21. & 24.
Procurator ſi vſuras pecuniarum per ipſum exactarum exegerit iam ad vſuras vſurarum tenetur, ibidem num. 22.
Pro pecunia à Procuratore exacta, & inueſtienda indubitanter debentur Vſuræ, ſeù fructus, & redditur ratio, ibidem num. 24.
Procurator in mora conſtitutus per interpellationem ad reſtituendum exactas pecunias, ſi non reſtituerit, tenetur abſq; dubio ad fructus, & intereſſe, ibidem num. 25.

Promiſsio.

De Luictionis promiſsione pro dato, culpa &c. vide quæſt. 65.

Puella.

Stuprata Puella ſi poſtea euadat Meretrix an amplius fruatur ſtupratæ Puellæ Priuilegio? quæſt. 47. num. 8. Quid ſi liberè conſenſerit? ibidem num. 9. & an habeat libertatem in membra ſua? ibidem num. 10. & vide in V. Pantolaſtra, & in V. Stuprum, & quæſt. 51. num 32.
Puella quando ſit inſpicenda, vel non? quæſt. 47. num. 11.

Purgatio.

Attentatorum Purgatio quomodo, & quando facienda? quæſt. 58. num. 4.
Purgationis canonicæ Iuramentum quando ſit deferendum, vel non? quæſt. 75. per totam.

Q

Quarta.

An, & quandò debeatur, vel nè Vxori quarta in bonis Viri, & Viro in bonis ſuæ Vxoris? per extenſum in quæſt. 53. materia diſcutitur.

R

Ratificatio.

Qvid ſit, & quomodo inducatur? latè quæſt. 74. in toto diſcurſu.

Rector.

Eccleſiæ Rector non obſtante perſonali Reſidentia an abeſſe poſsit? & ſi abeſſe nequeat, ad quam pœnam teneatur? quæſt. 8. num. 17.
Eccleſiæ Rector ex Sacro Concilio Tridẽtino ob cauſam an fruatur abſentia trium menſium? & an alij tres menſes aſſignentur ſine cauſa? quęſt. 8. num. 18. & 19.

Reintegratio.

An, & quando detur, vel nè reintegratio? vide in V. Spolium.

Retentio.

An denegetur retentio, ſeù compenſatio ſine ſuppoſito credito non confeſſato, vel non conſtito de eo per inſtrumentum publicum, vel per rem iudicatam? quęſt. 22. n.4.

Reſtitutio in Integrum.

Minori habito pro Maiore non datur reſtitutio in Integrum, & quarè, quæſt. 29. num. 10.

Datur ſi Filius Familias per obligationem factam fauore Patris depauperaretur; itaut de ſuis bonis non poſsit ſe alere, ibidem num. 11. & num. 12. docetur in hoc caſu dè Læſione enormiſsima Filij Familias, & hic agitur an Vxoris obligatio à pari procedat? ibidem num 13.

Rota.

Romana Rota eſt omnium Iuris conſultorum Auriga, & Magiſtra, & latè de laudibus eiuſdem Rotæ quæſt. 31. num. 23.

S

Saluus conductus.

BAnnito Exuli citato ad comparendum pro nouo Delicto, eſt offerendus Saluus conductus, quæſt. 46. num. 1.

Per Saluum conductum petitum, & denegatum redditur proceſſus, & conſequenter noua condemnatio nulla, ibidem num. 2.

Saluus conductus denegatur Neganti qualitatem Delicti, ibidem num. 3. ſed receditur num. 4. & 5. agitur de Iure Cæſareo pro conceſsione Salui conducti, ſi per Saluum conductum Reus veniat carceribus mancipandus, & poſtmodùm ſi Innocentia non reſultet damnatur, quæſt. 46. num. 8.

Denegatur in ſtatu Eccleſiaſtico Saluuſconductus, & dùm concedendus eſt, à Papa, ſeù à Sacra Conſulta conceditur, ibidèm nu. 9. & vide in V. Bannitus.

Sciens. Scientia.

Conſentientes, & ſcientes non fraudantur, quæſt. 7. num. 18.

Scientia certa, & ſpecifica àn requiratur, & quomodò pro repetitione indebiti? quæſt. 7. num. 20.

In ratificando contractum nullum qualis debeat eſſe ſcientia tam in facto, quàm in Iure? diffusè diſtinguitur quæſt. 74.

Scriptura.

Quandò credatur, vel nè ſcripturæ? & contra Negantem ſcripturam quomodò ſit agendum? & quid ſi poſtmodum confiteantur ea, quæ alias negauit? quæſt. 54.

Sedendi.

Ius ſedendi, & ſepeliendi in Eccleſia ex quibus acquiratur? & Confeſſio ſuper Iure ſedendi, & ſepeliendi ex quibus verificetur? latè quæſt. 20. per totam.

Huiuſmodi Ius àn acquiratur per vnicum actum, vel plures requirantur? quæſt. 20. num. 2. cum ſeqq.

Laicis àn ſit prohibitum acquirere in Eccleſia Ius ſedendi? d. quæſt. 20. num. 4. & ſeqq. & vide etiam in V. Manutentionis.

Limitatur, ſi Ius ſedendi ſit in Præsbiterio, d. quæſt. 20. num. 5. in vers. Et hæc vera

Seminatio

An, & quandò ſit neceſſaria ſeminatio ex parte Maris, & Fæminæ ad inducendam Cōſanguinitatem, & Affinitatem? latè quæſt. 17. & in V. Copula.

Sæculare officium quando priuet ſtatim Clericum clericatu? quæſt. 79. num. 3. 4. & 5.

Sententia

Quandò Author laudatus venit ad Iudicium, ſeù citatur, contra quem fauore Actoris concipitur, & promulgatur Sententia, quæſt. 11. num. 6.

Sententia in taxandis alimentis quomodò ſit concipienda, vel quæ ſit habenda circumſpectio? eſt materia valdè notabilis. quæſt. 40. num. 8.

Et quid dicendum in filio Doctore? ibidem proximè num. 9 & in V. Alimenta, & in V. Filius, & in V. Nurus, & in V. Socer.

Sequeſtrum

Antè Sententiam eſt prohibitum ſequeſtrum, & aſſignatur ratio, quæſt. 1. n. 1.

Quæ concurrere copulatiuè debeant, vt ſequeſtrum permittatur? ibidem num. 2.

Quid, ſi ſola concurrat Dilapidatio, vel malæ qualitates Hominis? ibidem num. 3.

An tempore non expleto ad ſoluendum,

poſſit dari ſequeſtrum? vel cogendus ſit Debitor ad cauendum de ſoluendo in fine termini; ibidem num. 4.
Sequeſtrum àn ſit concedendus, ſi poſſeſſio eſt turbida? ibidem num. 5.
Contra Debitoris bona in forma Cameræ obligati permittitur ſequeſtrum; relaxato autem mandato, non eſt opus ſolutionis cautione, ſed ipſa ſolutione, ibidem num. 6.
Sequeſtrum nemo inuitus recipere cogitur; & quandò hoc non procedat? ibidem num. 7.
Sequeſtratarius dè ſuo impendere non debet, ibidem num. 8.
An reſtituendum ſit ſequeſtrum, vel deponendum? ibidem num. 9.
Spontanea Confeſſio de habendis pecunijs, vel alijs rebus in ſequeſtrum, valet, ibidem num. 10.
Ob ſpontaneam Confeſſionem de pecunijs, vel alijs rebus habitis in ſequeſtro valet actio exerceri, & quæ aduerſus ſequeſtratarium Actio exerceatur? ibidem num. 11.
Sequeſtratarius eſt ad inſtar Depoſitarij, ibidem num. 12.
Sequeſtratarius an poſſit opponere dè Iuribus Debitoris? ibidem num. 13.
Sequeſtratarius ſolutionem differendo, qua actione conueniatur? ibidem num. 14.
Sequeſtratarius, cui dè Iure fuerit ſequeſtrum, ſeù preceptum dè non ſoluendo iniunctum, aut dè non reſtituendo conuenitur actione Depoſiti, ibidem num. 15.
Sequeſtro dicitur ille conſentire, qui non côtradicit, in eodem num. 15. cum ſeqq.
An ſit credendum ſequeſtratario, qui cum iuramento confitetur, nihil habere in ſequeſtrum? & ſi non credatur, quomodò ſequeſtrans ſuam teneatur probare intentionem? Et hęc ſi fuerit intentio probata, quã actionem habere poterit ſequeſtrans? ibidem n.16
Nulliter, & indebitè ſequeſtrans ad quid teneatur? num. 17. ibidem, vide etiam alia num. 18. 19. & 20. quoad Clericum, & quoad Iudicem laicum ſuper ſequeſtro valdè notabilia.

Serui.

Pro delicto Serui an Dominus teneatur, vel non? quæſt. 68.

Simulata

Dotis Simulata Confeſſio àn dè Iure ſit attendenda, vel non? latè quæſt. 57.

Socer

Nurus, & Socer in quo loco dè Iure habeantur? quæſt. 40. num. 1.
A Socero in quibus caſibus Nurus petat alimenta? ibidem num. 2.
Confeſſio de dote recepta facta à Socero fauore Nurus contrà Socerũ conſtituit obligationem præſtandi alimenta, ibidèm nu. 3.
Confeſſione nullà melior eſt probatio, ibidem num. 4.
Alimenta fauore Filij, & Nurus non præſtantur à Patre, & reſpectiuè Socero extra Domum. ibidem num. 5.

Sodomitans

Vxorem ſuam Sodomitans qua pœna puniatur? vide in V. Vxor Cognita, & alia ibi dè hoc nefandiſſimo crimine.

Sollicitatio

Pulchritudo Mulieris ſi à Sacerdote Confeſſario laudetur, àn ex hac laude inſurgat confeſſio, quæ arguat Sacerdotis ſollicitationem? & ſi arguat, qua pœna plecti debeat? quæſt. 26. per totam.

Solutio, Soluens

Debita ſoluens Fideicommittentis de proprio àn poſſit agere contrà ſtabilia? quæſt. 3. num. 7.
Quid dicendum, ſi ſolutiones fiant ab Hærede grauato de fructibus hęreditarijs? quæſtio 3. num. 8.
Solutio quandò non appareat quo nomine facta ſit, cui tribuenda, àn Hæredi grauato, vel Fideicommiſſario? dicta quæſt. 3. num. 9. & vide etiam in V. Hæres grauatus.
Solutio quandò non appareat quo nomine facta ſit, quid arguatur? ibidèm.
Pecuniarum Solutio transfert ipſo Iure dominium, & poſſeſſionem in recipientem, quæſt. 5. num. 4.
Solutio Facta immediatè Venditori ab Emptore abſq; vllo pacto, quos effectus producat ad fauorem, vel contrà emptorem? latè quæſt. 12., ſignantèr num. 7. cum ſeqq.

Spolium.

Quot ſint extrema in Spolij Iudicio probanda? & ex quibus vtrumq; de Iure probatum reſultet? & an ex Confeſsione? quęſt. 24. num. 1.

In

In Iudicio Spolij extremis probatis ſpoliatus ſtatim reintegratur, ibidem num. 2.

Per Confeſsionem Spoliati, ſeù Rem iudicatam tollitur actus Spolij, & reintegrationis intentatæ ab ipſo ſpoliato, & redditur ratio, ibidèm num. 3.

Spolium quandò eſt iudiciale vigore ſententiæ, & mandati, an vltra dicta duo extrema ſit aliud in eadem inſtantia probandum? ibidèm num. 4.

Iudex in ſpolij Iudicio quid ſignantèr ſcire debeat, & obſeruare? ibidem num. 5.

Confitens ſe fuiſſe ſpoliatum inſtando pro reintegratione repellitur, & quare? ibidèm num. 6.

Inſtanti ſe reintegrari, an deneganda ſit manutentio? ibidèm num. 7.

Agens ſpolio habet ſe pro ſpoliato, & fatetur alium Poſſeſſorem, ſicq. denegatur manutentio, ibidem num. 8.

Quandò præſumatur vel nè poſſeſſio animo continuata? ibidèm num. 9.

Subſtantia

Ex definitione àgnoſcitur ſubſtantia, & quidditas rei, quæſt. 16. num. 1.

Stuprum

An committatur ſtuprum cum Pantolaſtra? & alia in hoc crimine? vide in V. Pantolaſtra, & in V. Puella

In Subhaſtatione, & deliberatione an, & quando pecuniæ reſtituantur, quæſt. 65. nu. 11., ſeqq.

Et quando ſint, vel non neceſſariæ in actu deliberationis? aut ſola confeſſio de recepto ſufficiat? quæſt. 67.

T

Tacitum

QVandò tacitum plus non debeat poſſe, quàm expreſſum, quæſt. 26. num. 6.

Teſtamentum

Nemo poteſt concedere Teſtamentum de bonis alteri reſtituendis, quæſt. 2. num. 10.

Teſtis.

Metu monitorialium excommunicationis Teſtis deponens quid probet? quæſt. 6. nu. 29. & 30. & vide in V. Atteſtationes.

Teſtes Viles, inhabiles, & Domeſtici in delictis nocturnis àn admittantur? & quid in cauſa excommunicationis? latè quæſt. 34. à num. 5. vſq. ad fin.

Semel dictis, ſi Teſtis contradicat, àn puniatur de falso? quæſt. 37. num. 11.

Quid ſi Iudex Examini non interfuit? quæſt. 37. num. 11.

Teſtes ad probandam Vſurariam prauitatem quales eſſe debeant? quæſt. 52. n. 5. & 6.

Tranſactio

Quid ſit tranſactio? quiduè operetur tàm pro tempore præterito, quàm futuro? quæſt. 43. num. 11.

Lis àn Confeſſione Tranſigentium probetur? ibidem num. 2.

Cauſæ expreſſę in Tranſactione àn præſumantur veræ, & quouſque ſint ſeruandæ? ibidem num. 3.

Ad ſubſtinendam Tranſactionem quid de Iure ſufficiat? ibidèm num. 4.

In Tranſactione quid importet receſſus à lite? quiduè Iuramentum efficiat? ibidem nu. 5. vbi quòd recepta ſint reſtituenda, & quid Verbum Prætenſum, eodem num. 5.

In Iure ſoluendi Collectas, & datiuas vnaqueque Communitas normam, & taxam in Tranſactione conuentam ſeruare tenetur, ibidèm num. 6. Sed contrarium num. 12. & 17. Verſ. Dixi, & declaratur.

Habens pro ſe trāſactionem dicitur habere fundatam intentionem, imò Rem iudicatam, ibidèm num. 7. & 8.

Contra Tranſactionem nemo eſt audiendus, ibidèm num. 9.

Tranſactio dicitur exceptio litis finitæ & an ex Principis reſcripto reſtauretur? ibidèm num. 10.

Tranſactio àn perpetuum imponat silentium? ibidem num. 11.

Quid importet obligatio Tranſactionis inter Communitates? ibidem num. 12. & an ſubſiſtat num. 17. verſ. Dixi.

Communitates ſi inter ſe reciprocè repromittant Tranſactorum obſeruantiam, an ſub hac promiſsione comprehendantur ea, quæ poſtmodum proueniunt è facto Principis, etiamſi tale factum ſit in ea mentionatum? ibidem num. 13. & 14.

Princeps an poſsit tollere Ius alteri quæſitum per Tranſactionem? & quid de clauſulis nimis profusè appoſitis in Tranſactionis Inſtrumento? latè ibidem n. 15. & 16.

In Iudicio exequtiuo Tranſactionum an admit-

admittantur exceptiones altiorem requirenter indaginem ? ibidem num. 17.

Quare Tranſactionum exequtio non retardetur niſi per Tres Conformes ? ibidem num. 18.

Pro Tranſactionis adimplemento cuius ſpeciei mandatum relaxetur ? ibidem num. 19. & 20.

Per extraiudicialem Confeſsionem an Tranſactio probetur ? & quomodò Teſtes ſe gerere debeant in hac probanda Confeſſione ? & àn incidenter, & ad alium finem Confeſſio huiuſmodi Tranſactionem probet ? ibidem num. 21.

Per Tranſactionem ommis actio extinguitur, ibidem num. 6.

Tranſactio eſt contractus innominatus, ibidèm num. 1t.

Ob inobſeruantiam omnia non ſequta reſtituuntur, & in priſtinum contractus reponitur, ac ſi non eſſet ſtipulatus, ibidèm nu. 5. Verſ. Et quando.

Ex tranſactione probatur bonorum Identitas quæſt. 23. num. 4. in fin.

Tutela, & Cura

Quæ cauſa Confeſſata excuſet à Tutela, & Cura, & quæ non ? quæſt. 60. num. 1.

An poſſit quis deſerere Tutelam, & Curam iam agnitam ? dicta quæſt. 60. num. 2.

Quid ſi Tutor, & Curator fuerit inuitus confirmatus, poterunt nè eidem ſuffragari cauſæ excuſatiuæ ? dicta quæſt. 60. num. 3.

Et quid ſi poſtmodùm mutus, aùt ſurdus, ſiuè cæcus Tutor, & Curator euadat ? ibidem num. 4.

Munus Tutelæ, & Curæ etiàm Iudicis mediante Decreto non expirat ex falſis cauſis adductis a Tutore, & Curatore, imò Tutor, & Curator ex indebita ceſſata adminiſtratione tenetur Minori ad omnia damna, ibidem num. 5.

V

Venditor

Confeſſio Venditoris ſuper pecunia manualitèr habita, & ſoluta Creditoribus ipſius Venditoris Anterioribus, àn faciat ſuccedere Emptorem in locum dictorum Creditorum anteriorum ? quæſt. 12. num. 1.

Quid ſi fuerit conuentū anterioribus Creditoribus Soluendi ? dicta quæſt. 12. num. 2. & vide in V. Emptor.

Venditori facta immediatè ſolutio ab Emptore abſq. alio pacto &c. quos effectus pariat pro, vel contra Emptorem ? in eadem quæſt. 12. per totam, & ſignàter num. 7. & 8

Venter

Dilationem venter non patitur, cum fames ſit acutiſſimus gladius, quæſt. 25. num. 3. & vide in V. Fames in V. Furtum, & in V. Neceſſitas.

Verba

Laudantis, & Vituperantis Verba ad mentem ſunt intelligenda, quæſt. 26. nu. 1.

Veritas

Attenditur Veritas, & non id quod ſimulatè concipitur, quæſt. 57. num. 8. & ſeqq.

Veriſimilitudo

In Confeſſione quem intellectum præſtet veriſimilitudo ? quæſt. 26. num. 4. & latè in quæſt. 57. num. 1. cum. ſeqq. vbi num. 3. dicitur, quod id dùm non eſt veriſimile], verum non præſumatur, & num. 4.

Verſio

Bonorum alienatorum Eccleſiaſticorum Verſio in cauſam neceſſitatis emanatæ in præcibus à quo, vel à quibus ſit probanda talis verſio ? quæſt. 25. n. 7. erga fin.

Vir

Si vir laboret Zelotypia erga Vxorem, quæ confiteatur per vim, an talis Confeſſio ſit attendenda ? quæſt. 56. per totam, & infra litera Z. In V. Zelotypia.

Vir eſt caput Vxoris, quæſt. 49. num. 14.

Viſitatio

Materia Viſitationis eſt valdè intricata, quæſt. 27. num. 1. & vide in V. Abbatis, in V. Abbatiſſa Viſitare, & in V. Epiſcopus Viſitare.

Regulares viſitare àn, & quando valeat Epiſcopus ? quæſt. 27. num. 4.

Viſitare an teneatur Epiſcopus quotannis etiam totam Diœceſim ? dicta quæſt. 27. nu. 5. & 6.

Viſitandi facultas per non vſum non præſcri-

Digitized by Google

ſcribitur, quæſt. 27. num. 7.

Ius aſſiſtit Epiſcopis pro Viſitatione, ibidem num. 9. & vide in V. Abbatis.

A Iure Viſitandi exemptio non inducitur ex nuda aſſertione, & confeſſione illius, qui eam prætendit, ibidem num. 13.

Exemptionis Priuilegium à Iure viſitandi dicitur non adeſſe, ſi non producatur, ibidèm num. 14.

Viſitandi quaſi poſſeſſio acquiſita ab Anteceſſore Epiſcopo, an iuuet ſucceſſores? ibidem num. 19.

Ampliatur etiam in exercitio aliorum ad Epiſcopum pertinentium, ibidem num. 20.

Quid dicendum ſit ſi Iuriſdictio reddatur turbida, ibidèm num. 21.

Ad acquirendam poſſeſſionem viſitandi an vnicus actus ſit ſufficiens ibidèm num. 22.

Exemptio a Viſitatione Epiſcopali per quem præciſum modum doceatur? ibidèm num. 23.

Generalis exemptio non includit viſitationem Epiſcopalem, & quare? & quid ſanciendum eſt, ſi Priuilegium vigeat fauore Religionis Hieroſolymitanorum? & quomodo populus dicatur Epiſcopo ſubiectus, ibidèm num. 24.

Ius Viſitandi quid reſpiciat fauore Epiſcopi? ibidèm num. 25.

Exemptionis Priuilegium ab actu Viſitandi cui, vel quibus conceſſum cenſeatur? vel cui, aut quibus denegatum? & quæ verba inferant in exemptionis conceſsionem, & quæ in denegationem? ibidèm num. 26. & ratio in Priuilègijs redditur num. 27.

Ius Viſitandi alicui conceſsum non cenſetur conceſſum priuatiuè quoad Epiſcopum, ibidem num. 32.

In limine fundationis Eccleſiæ, aut loci Pij an poſsit aliquis ſibi vel ſuis præcauere, ne valeant Antiſtites viſitare? ibidèm num. 33.

Præiudicat ſibi, & ſuis Succeſſoribus Epiſcopus, ſi in fundatione Eccleſiæ conſentiat ſuper non Viſitatione, ibidèm num. 34.

Limita ſi fuerit Ius quæſitum Epiſcopo, ibidèm num. 35. & vide in V. Epiſcopus Viſitare.

In dubio Viſitatio facta præſumitur iure ordinario, ibidèm num. 37.

Ab hac legali præſumptione in quibus caſibus recedatur? ibidem num. 38.

Quaſi poſſeſsio Exemptionis à Viſitatione ex quibus probata reſultet? & acquieſcentia in repulſa Viſitandi quid operetur? ibidèm num. 39.

Acquieſcentia in Viſitatione ex quibus tollatur? ibidèm num. 40. & vide in V. Epiſcopus.

Ex pluribus habitis Viſitationibus, quinam attendendi ſint Viſitationis actus, ibidèm num. 56.

An præſumantur intermediæ Viſitationes? ibidèm, num. 57. & num. 58. affertur, quòd probatis extremis, media præſumantur.

Ex Viſitationis libro probantur Viſitationes, ibidèm num. 59.

Vnio.

Eccleſiæ vnius alteri Eccleſiæ Vnio quid operetur cum clauſula pleno Iure, aut vtroq; Iure? quæſt. 27. num. 28. & ſeqq.

Voluntas.

Expreſsè voluntas ab initio deliberata perſiſtere ſemper præſumitur, quæſt. 44. n. 7.

Vſura.

Debentur Vſuræ ex negocijs geſtis ſcilicet è bonæ fidei Iudicijs, quæſt. 31. num. 3.

Sed quomodo, & quandò debeantur, diſtinguitur, ibidem num. 4.

Iudicis officium circa Vſuras poſt pronunciatam ſententiam expirat, ibidèm num. 5.

A Iudice ſi ſuper principali negocio fuerit habita cognitio, dè acceſſorijs, nempe de Vſuris tractari non poteſt, ibidèm num. 6.

Vſuræ in cauſa iudicati quomodo, & quādò debeantur? & quo nomine appellentur? ibidèm num. 7. & 11.

Mora in Vſuris conſequendis à quo tempore contrahatur? ibidèm num. 8.

Quadrimeſtre tempus pro Vſuris excludendis Appellanti non currit, niſi à die confirmatæ ſententiæ, ibidèm num. 9.

Vſuræ ex re iudicata currunt ſolummodò è ſorte, ibidèm num. 10.

Vſuræ Centeſimę vt currant è ſorte opus eſt, vt nulla poſsit euenire dubitatio, ibidem num. 11.

Vt Vſuræ debeantur, mora debet eſſe inexcuſabilis, dicta quæſt. 31. num. 12.

An quilibet caſus excuſet ab Vſuris? ibidèm num. 13.

Vſuræ non debentur ex calculo etiam in aliqua parte erroneo, ibidem num. 14.

Vſura centeſima definitur quid ſit, & quę pars in Creditoris fauorem remaneat, diſtinguitur, & dantur diuerſæ Doctorum ſententiæ, ibidèm num. 16. & 17.

Vſura Crimen.

Omni Iure prohibetur Vſura, quæſt. 52. num. 1. & 9.

Vſuræ an per pactum, vel aliquam diſpoſitionem ſubſiſtere valent, etiam ad bonum finem? quæſt. 52. num. 2.

Quæ ſit, & quæ non Vſura? diuerſimodè exemplificatur, ibidèm num. 3.

Venditio rei, cuius precium differtur ad tempus, quandò inducat, vel non Vſurariam prauitatem? ibidèm num. 4.

Vſurę crimen an ex confeſsione probetur, vel ex Teſtibus? & qunmodo confeſsio, & reſpectiuè Teſtes eſſe debeant, & an intereſſe hebentes admittantur, vel nè in Teſtes, aut Teſtes ſingulares? ibidèm num. 6.

Iudex Laicus inter Laicos cognoſcit dè Vſurario crimine, ibidèm num. 7.

An in Crimine Vſuræ detur præuentio inter Eccleſiaſticum Iudicem, & Laicum? ibidem num. 8 & latè declaratur num. 10.

An in hoc Iudicio per Fiſum ex officio procedatur? ibidem num 11.

Vſurarius Contractus à quo Iudiec tamquam Vſurarius declaretur? latè in d. quæſt. 52. ferè per totam.

Vxor

Obligatio Vxoris, & filij familias à pari procedunt, quæſt. 29. num. 13.

Vxor enormiſſimè læſa in obligatione inita pro viro non obligatur, & quarè? ibidem num. 14.

Vxoris reſcinditur obligatio reſpectu congruæ alimentorum debitæ in ſuis bonis obligatis, ibidem num. 15. & vide in V. Decretum.

Vxor obligata pro viro an poſſit allegare exceptionem non adimplementi? & ex adimplemento non ſequto corruat vxoris obligatio? quæſt. 30. num. 9. & 10

Vxor mortuo Viro pro ſuis iuribus dotalibus retinet bona Viri, & qnarè? quæſt. 42. num. 1. ampliatur etiam fauore Filiorum, ibidèm num. 2. & datur intelligentia vt in num. 3.

Vxor babens pactum capiendi poſſeſſionem bonorum Viri prn ſua Dote authoritate propria, an ſine Iudicis Decreto poſſit appræhendere poſſeſſionem? ibidèm num. 4.

Natura (cuius Deus eſt Author) peruerſitate libidinis polluitur, ibidèm num. 5.

Ob huiuſmodi Fœdiſsimum crimen omne excidium in Mundum emittitur, ibidèm n, 6.

Vxor ſi in Iudicin confiteatur ipſam ſuiſſe à Viro per vim, & metū nefario coitu ſubagitatam, an ſimpliciter huiuſmodi Confeſſinni credatur, vel non? quæſt. 48. num. 7.

Talis Confeſsio pro vna ex coniecturis deſeruit contra Virum ad probandum execrabile crimen, ibidèm num. 8.

Ad conſolidandam huiuſmodi criminis probationem, dantur aliæ coniecturę in facto contingentes, ibidèm num. 9.

Grauius eſt cum Vxore, quam cum alia Fœmina ſic nefandè coire, ibidèm num. 10,

Coitus huiuſmodi eſt dè exceptis, & atrociſſimis, in quo etiam proceditur per inquiſitionem, ibidèm num. 11.

Pœna huiuſmodi flagitij eſt vltimi ſupplicij, & ignis poſt mortem, ibidem num. 12.

Super hoc plectendo crimine Iudex Eccleſiaſticus remittit reum ad Iudicem Laicum, ibidèm num. 12.

Quæ probationes delictum huiuſmodi dimittant à pœna, nempè ab Ordinaria, vel extraordinaria? ibidem num. 14.

Crimen huiuſmodi ſi probetur ex confeſſione non clara, ſeu turbida, ac tergiuerſationibus obumbrata, non receditur ab extraordinaria pœna, ibidèm num. 15.

Ad probandum huiuſmodi crimen vna ex coniecturis, & præſumptionibus non ſufficit ad pœnam irrogandam extraordinariam, ibidèm num. 16.

Vxor ſi coactè patitur huiuſmodi coitum, cur aliqua pœna non puniatur, ibidèm n. 17.

Qnid concludendum ſi actus non ſit conſumptus, dabitur nè ſeparatio Thori? ibidèm num. 18.

Vxoris timor.

Confeſsioni, & aſſertioni Vxoris ſuper timore offenſionis faciendæ à Marito non ſtatur, etiamſi talis aſſertio ſit iurata: & ex hac iurata aſſertione non cogitur Vir cauere dè non offendendo, quæſt. 50. num 1.

Quamuis malè primam Vxorem ſuam tractauerit, dicta qnæſt 50. num. 2.

Culpa Vxoris præſumitur facta caſtigatio ipſius à Viro ſuo, quæſt. 50. num. 7.

Vxor non reſtituitur Viro Stante capitali exorta inimicitia, & odio inter ipſos Iugales, vel ſi mortis periculum timeatur, ibidem proximè num. 8.

In his caſibus quomodò à Iudice prouideatur Vxori? ibidèm num. 9.

Vxori cautio quandò danda ſit à Viro ob domeſticum ipſius Viri timorem? ibidèm num. 10.

Quando fiat, vel nè Diuortium inter Virum, & Vxorem? ibidem num. 11.

Vxori quarta.

Pauperi Vxori an & quando debeatur quarta bonorum in bonis ſui Viri, & credatur ipſimet Vxori aſſerenti, & confitenti eius paupertatè, & è conuerſo, latè quæſt. 53.

Z

Zelotypia.

Expellenda eſt Zelotypia antea quam à adoleſcat in animo, quæſt. 56. num. 1.

Maritus ardentior Vxoris amator quomodo appelletur in Iure Canonico? ibidèm num. 2.

Mariti Zelotypia quos effectus producat in Vxorem? ibidèm num. 3.

Maritus Zelotypia Vxoris agitatus an per violentias poſsit ab Vxore extorquere confeſſionem ſuper ſuppoſito ab ipſo Viro Adulterio? & an valeat hæc confeſſio etiam iurata? dantur rationes, ibidèm num. 4.

Hæc Vxoris Confeſsio an firmetur Iuramento? quæſt. 56. num. 5.

Compendium totius operis de Confeſsionibus in noſtro vtroque Volumine elucubratis in infraſcriptis carminibus relatis, & ſtrictè declaratis à *Ioann. Emeric. de Rosbach in ſua Prax Ciuil. ſiuè Proceſſ. Iudiciar. Titul. LXV. de Confeſsion. pag. mihi* 389.

Maior, ſpontè, ſciens, contra ſe, vbi Ius ſit, & Hoſtis,
Nec Natura neget fauor, lis, Iuſque repugnat.
Maior, Spontè, ſciens, Dominus, pars, lis, ſedet in ſe
Confeſſus certum, compos pro Iudice, Iure
Damnatur; niſi Lex, fauor, aut Natura repugnet.

FINIS

Gloria al Gran Padre, il qual tutto è nel Figlio
Gloria al Gran Figlio, il qual tutto è nel Padre:
Padre, che non fù mai prima del Figlio;
Figlio, che non fù mai minor del Padre:
E Gloria à Quei, ch'eguale al Padre, e al Figlio
Stringe in nodo amoroſo il Figlio, e'l Padre,
Da Fin che il Padre tutto fè nel Figlio,
Fin ch'in Ciel regni, e Padre, e Spirto, e Figlio;

Ex Pſalmiſt. Etruſc. Pſalm. 133.

DE-

DECISIONES
Sacrę Rotę Romanę conferentes.

Ad ſcripta in primo tom. de Confeſsion. lib. 2. quæſt. 5. habitæ poſtquam huiuſmodi erat II. compilatus tom. cum Authoris Annotatione.

R. P. D. VRSINO.
Peruſina Immiſsionis.
Mercurij 27 Februarij 1692.

BArtholomeus de Cinis prole carens, & in diſpoſitione rerum ſuarum varius, & commutabilis plura condidit teſtamenta, & Codicilles, in quorum poſtremo ſolemniter rogato ſub die 18. Februarij 1681. relicto vſufructu totius hæreditatis Seuero de Seueris eius Cognato donèc naturaliter viueret, Primogenituram perpetuam inſtituit ad fauorem Federici Pucci extranei, eiuſque Deſcendentium, quibus deficientibus ſubſtituit Vincentium dicti Federici Fratrem, illiuſq; pariter Deſcendentes cũ eodem ordine Primę Geniturę, iniuncta omnibus vocatis ſtrictiſsima prohibitione alienationis, & onere aſſumendi, & deferendi Cognomen, & Inſignia familiæ ipſius Teſtatoris abſque mixtura, alijſque ſuperadditis conditionibus, in quarum tranſgreſsione ſingulis in caſibus diuerſas appoſuit pœnas, quas applicari mandauit venerabili Domui Pię Charitatis Peruſię *Summar. vtriuſque Partis num.* 1. Deinde in hoc propoſito, ſicuti in alijs parum conſtans quatuor ab illinc Menſibus, & ſub die 8. Iulij eiuſdem Anni intuitu Matrimonij contrahendi per præfatum Seuerum de Seueris eius Cognatum cum Catherina de Camillis, vel alia condigna Muliere, alijſque iuſtis, & rationabilibus de cauſis animum ſuum mouentibus per publicum Inſtrumentum irreuocabiliter, & inter viuos donauit omnia bona ſua præſentia, & futura, actiones, & iura dicto Seuero, eiuſque Filijs, Nepotibus, Poſteris, & Deſcendentibus in infinitum Maſculis Legitimis, & Naturalibus. & de Legitimo Matrimonio procreandis ex proprio corpore ipſius Seueri de Primogenito In Primogenitum, eoque, vel alio Maſculo deficiente, ſubſtituit Primogenitam Donatarij, illiuſque Deſcendentes in infinitum: quibus omnibus iniunxit onus deferendi Cognomen, & Arma ipſius Donantis abſque mixtione, & bonorum alienationem, ſue locationem prohibuit, eoſque deſuper grauauit in caſu contrauentionis, & inobſeruantię ad ſolutionem ſcutorum mille pro ſingulis vicibus ad fauorem Piæ Domus Charitatis, & dilata per iſtam exactione pœnę ad fauorem Hoſpitalis Miſericordiæ: & deinde ſubiunxit. E portando il caſo, che detto Signor Seuero mancaſſe ſenza ſucceſsione legitima come ſopra, ò vero mancaſſe la ſua Succeſsione, adeſſo per allora, & in ciaſcheduno di detti caſi vuole, che ſuccedino in tutta la ſua eredità intieramente, e ſenza alcuna diminutione, ò detrattione la det. Pia Cauſa, ò ſuoi Sig. Superiori pro tempore per detta Pia Cauſa nel modo, e forma, e come nel detto ſuo Teſtamēto, al quale ſi habbia relatione in queſta parte tanto: qual Teſtamento. & ogn'altra diſpoſitione da eſſo ſin'hora fatto, e fatte (ſalue ſempre le coſe predette, e non altrimente) reuoca, & annulla nelle parti non contrarie alle coſe cōpreſe, e nominate nella preſente Donatione, vt ſunt verba pręciſa Donationis datę in ſumm. Actricis nu. 2.

Defuncto Bartholomeo Donatore & poſſeſsione bonorum apprehenſa per Seuerum, Pia Domus Charitatis ne fraudari poſſet à Grauatis. eueniente caſu purificandæ ſubſtitutionis ad eius fauorem vt ſupra ordinatę, impetrauit a San. Mem. Innocentio XI. Literas Monitoriales in forma ſignificauit contra Detinentes & Occupantes bona Mobilia, & Stabilia Donantis, vt ea omnia deſcribi poſſent in Inuentario per Donatarium facto, ſeu faciendo, eaſque in partibus præſentatas exequi obtinuit per Decretum Vicarij Generalis Curiæ Epiſcopalis. A quo appellante Seuero, & cauſa delata ad A. C. iſte per Contradictas dictum Decretum reuocauit, & vlterius per ſententiam declarauit nullum Ius competere eidem Domui Piæ ſuper vniuerſali Succeſsione in bonis, & hæreditate q. Bartholomei Donatoris, ſed omne illius Ius eſſe reſtrictum ad actionem pro conſequtione fructuum hæreditatis prędictę, quotieſcumque illius Poſſeſſores contrauenißent voluntati Teſtatoris in caſibus particularibus demandatæ, & ad formam Teſtamenti, à quibus prouocauit Pia Domus, & commiſſa cauſa R. P. D. de Aſte, diu Siluit, donec defuncto Seuero Donatario, & nuperrimè etiam Bartholomeo illius Filio, & hærede in Pupillari ætate, iudicium reaſſumpſit cum Catherina de Cammillis Matre, & inteſtata hęrede dicti Bartholomei, aduerſus quam ab Eodem Iudice, præuia reuocatione Sententiæ A. C. immiſsionem ſibi decerni obtinuit in poſſeſsionem omnium bo-

norum in dicta donatione contentorum, &
hodie in gradu vlterioris appellationis ad
Rotam deuolutæ vniformem fauorabilem
reſolutionem reportauerit, præhabita par-
ticularis dubij diſcuſsione.

Cui quidem reſolutioni fomentum præ-
1 buere iuſtificata extrema inſtructi Iudicij, ni-
mirum exiſtentia Fideicommiſsi, illiuſque
purificatio ad fauorem eiuſdem Piæ Domus,
nec non identitas bonorum olim à Donante
poſſeſſorum, quibus concurrentibus Immiſ-
ſio de Iure denegari non poteſt Actricij, ſiue
ex remedio, *vulgatæ Legis final. C. de Edict.
Diu. Hadrian. tollen.* ſiue ex *Vtil. Saluian. In-
terdict.* tam ſi agatur de Fideicommiſſo con-
ſtituto in contractu, dum pro illius obſeruā-
tia adeſt hypoteca bonorum contenta in
Camerali obligatione ex traditis per *Menoch.
adipiſc. remed. 3. num. 55. Card. de Luc. de do-
nat. diſc. 65. num. 2. par. 2. ſuplem. & Rot. de-
ciſ 323. num 1. par. 12. & deciſ. 443. num. 1.
par. 18. & plenè in Narnien. Fideicommiſſi de
Capitonibus 2. Decembris 1682. §. Obiectum pe-
nitus, confirmata 29. Martij 1683. Coram me,
& 3. Martij 1684. Coràm bon. mem. Paulutio.*

Identitas bonorum non fuit controuerſa,
2 exiſtentia autem, & purificatio Fideicommiſ-
ſi clarè emicat ex publico, & ſolemni Inſtru-
mento Donationis, in quo decedente Seue-
ro primo Donatario ſine Succeſsione Legi-
tima, aut deficiente illius ſucceſsione, in
vtroque ex dictis caſibus legitur ſubſtituta
Pia Domus Charitatis. Vndè cum per obi-
tum Bartholomei Filij præfati Seueri defece-
rit illius ſucceſsio, purificatio Fideicommiſſi
ad fauorem eiuſdem Piæ Domus remanet li-
teralis: nam ſubſtitutio facta deficiente Suc-
ceſſione, vel Linea, importat onus reſtitu-
tionis Fideicommiſſi ad fauorem Subſtituti,
& proinde eſt, ac ſi Donans vltimum ex di-
cta Succeſsione, vel Linea expreſsè grauaſ-
ſet ad faciendam Ei reſtitutionem bonorum,
*ad Tex in l. Codicillis 34. verſ. Item quæſitum
eſt, & ibi Bart. num. 1. ff. de vſu, & vſufruct.
Legat. & l. quidem Teſtamento 30. vbi Bart. &
Bald. num. 1. in fin. ff. de vulgar. & Pupillar.
Caſtill. deciſ. 153. num. 70. lib. 2. & Rot. deciſ.
388. num. 1. Coram Celſo, & deciſ. 691. num. 3.
Coram Arguel. & in Bononien. Fideicommiſsi de
Pandinis prima Decembris 1685. §. quamobrem
Coram me.*

Nec exiſtentia Fideicommiſsi excluditur
ex eo, quòd ſubſtitutio Piæ Domus ordina-
ta fuerit *nel modo, e forma come nel detto ſuo
3 Teſtamento, al quale ſi habbia relatione in queſta
parte tanto.* Indeque cum in Teſtamento nul-
la facta fuerit ſubſtitutio in caſu obitus, ac
deficientiæ Succeſſionis Seueri, ſed dumta-
xat in caſibus, in quibus controuentum eſſet
pluribus diſpoſitionibus in eo ordinatis, In-
fertur ad hos tantum caſus reſtringendum eſ-
ſe dictam Subſtitutionem relatiuam, nec poſ-
ſe vltra eos extendi, reſiſtente vulgata con-
4 cluſione, quòd in diſcordia relati, & re-
ferentis attendi potius debet relatum ad
inſtar exempli, & exemplaris, ad tradita
in ſpecie per *Dec. conſ. 63. ſub num. 6. verſ.
non obſtat, quod verba, & num. ſeqq. Curt. Iun.
conſ. 92. num. 8. & ſeqq. Decian. conſ. 10. num.
92. & 93. vol. 3. Peregr. conſ. 40. num. 17. lib.
5. Fuſar. conſ. 39. num. 62. verſ. 4. & num. 60.
Vrceol. de Tranſact. quæſt. 61. num. 25. & 26.
Torr. de Succeſſ. in Primog. & Maiorat. Ital.
part. 1. quæſt. 39. §. 1. num. 49. & ſeqq. & Rot.
deciſ. 263. num. 6. & tribus ſeqq. part. 16. re-
cent. & in Romana donationis 6. Iulij 1604. §. &
ex hoc, Coràm bon. mem Beuilacqua.*

Etenim concluſio rectè quidem procedit,
5 quoties verba ſubſtitutionis non ſtant diſpo-
ſitiuè, & propter ſe, ſed ſuppoſitiuè, & re-
latiuè ad diſpoſitionem iam factam, vel faci-
endam, tunc enim, quia referens non voluit
de nouo diſponere, nec alterare, ſeu immu-
tare diſpoſita, attenditur vtiquè actus rela-
tus, etſi in eo apparet aliter contineri, quàm
ſit expreſſum in referente, expreſſio præſumi-
tur ex errore proceſsiſſe: ideoque debet li-
mitari, & reſtringi ad eam diſpoſitionem,
ad quam relatio habita fuit, & in his termi-
nis procedunt omnes authoritates in obie-
cto relatæ, vt præcæteris benè ſe explicat
*Dec. in dicto Conſ 63. num. 6. verſ. Vlterius hoc
idem, & Rot. in dicta Romana donationis in cita-
to §. & ex hoc, Coràm bon. mem. Beuilacqua.*
At ſecus eſt, vbi, proùt hic, diſpoſitio refe-
rens eſt certa, & determinata tam ratione
perſonæ, quam ratione rei, & temporis, &
caſus, eiuſque verba ſtant propter ſe abſque
alia diſpoſitione, ſeu Teſtamento, & ſunt
prolata verba ab eo, qui poteſtatem habet
de nouo diſponendi. & immutādi contenta in
actu relato: hoc namquè caſu, cum cōſtet de
conſenſu, & de certa voluntate Illius, qui
poteſt nouam diſpoſitionem facere, attendi
omninò debet actus referens, ſiue relatum
contrarium non inueniatur, vt firmant *Felin.
in cap. ex parte, num. 11. in fin. de reſcript.
Dec. dicto Conſ. 63. num. 6. verſ. Nec obſtat,
Rimin. Iun. Conſ. 68. num. 14. add. Gregor dec.
439. lit. A. & Rot. deciſ. 36. num. 9. & ſeqq.
part. 2. diuerſor. Seraph. deciſ. 1083. num. 2. &
admittitur in dicta Romana donationis Co-
ram bonæ memor Beuilacqua eodem §. verſ.
quia concluſio,*; ſiue etiam relatum inuenia-
tur,

tur, & ſit contrarium referenti, iuxtà tradi-
ta per *Decian. conſ. 58 num 61. & 62. lib. 2.*
Pereg. conſ. 18. num. 11. lib. 1. Torr. de ſucc.
in primog. tom. 2. quaſt. 22. num. 7. & magiſtra-
liter Rot. in deciſ. 168. num. 1. & ſeqq. part. 3.
recent vbi plures Concordantes.

Et verba relatiua in his terminis, vel ſta-
6 re dicuntur cauſatiuè, & non conditionali-
ter, vel in omnem caſum, debent intelligi,
& limitari ad accidentalia diſpoſitionis rela-
tæ, nimirum ad modum, formam, vel ad
onera illius; ſicque in caſu præſenti reſtrin-
genda ſunt ad modum ſuccedendi integrè ſi-
ne vlla diminutione vel detractione in teſta-
mento præſcriptum, & in donatione repe-
titum, ita ſuadente altera Iuris Concluſione,
7 iuxta quam relatio ſemper cenſetur facta ad
ea, que ſunt compatibilia cum diſpoſitione
referente, non autèm ad alia, quæ ſunt in-
uicem contradictoria, ne inducatur actuum
contrarietas, & irreconciliabilis: contradi-
ctio omninò vitanda, vt aduertunt *Surd. cons.*
440. num. 51. & deciſ. 27. num. 7. Torr. de ſuc-
ceſſ. in primog. tom. 2. quæſt. 23. num. 45. vbi
alios cumulat, & Rot. deciſ. 193. num. 14 Co-
ram Dunozz. ſen. deciſ. 30. num. 8. Coram bon.
mem. Card. Cerr. & in rec. deciſ 233. num. 11.
part. 17.

Firmata autèm exiſtentia fideicommiſſi in
caſu obitus illius, purificatio ad fauorem Piç
Domus, nec euitari poſſe videbatur ex eo,
quòd non euenerit neuter ex caſibus, in qui-
bus illa ſubſtituta legitur; non quidem pri-
mus deceſſus Seueri ſine ſucceſſione legitima,
cum hic obijerit ſuperexiſtente Bartholo-
meo filio, huius ſuperexiſtentia deficere fe-
cit conditionem; minus ſecundus totalis], &
indefinitç deficientiç ſucceſſionis eiusdem
ſeueri, cum Bartolomeus filius in ætate pu-
pillari defecerit ſuperuiuente Catherina de
Camillis illius Matre, quæ cum ſit legitima
Succeditrix filiorum morientium ab inteſta-
to, defectum legitimæ ſucceſſionis excludit.

Siquidem tale obiectum penitus euitatur
8 ex toto contextu donationis, ex quo habetur
Donantem ſub nomine legitimæ ſucceſſionis
Seueri Donatatij non intellexiſſe dequocum-
que ſucceſſore legitimo, ſed de illius filijs, &
deſcendentibus dumtaxàt, quemadmodum
clarè educitur ex parte principali, & diſpo-
ſitiua eiusdem donationis, in qua donatur Se-
uero præſenti ſtipulanti pro ſe ipſo, ſuiſque
Filijs, Nepotibus, Poſteris, & Deſcenden-
tibus Maſculis in infinitum legitimis, & na-
turalibus, & de legitimo Matrimonio na-
ſcituris, & ex proprio Corpore ipſius ſeueri
procreandis *ſumm. Aſtricis num. 2. in princ*, &
vlteriùs paulò poſt in eadem parte, in qua
ordinauit primogenituram in bonis donatis,
voluit, vt deficiente Primogenito, aut alio
maſculo ex vocatis, ſuccederet filia primo-
genita ipſius Donatarij, & illius deſcenden-
tes in infinitum, dicto ſumm. num. 2. lict. N;
& demum onus aſſumendi cognomen, & in-
ſignia domus ipſius Donantis expreſsè im-
poſuit Donatario, eiuſque Poſteris, & de-
ſcendentibus, *dicto. ſumm. nu. 3. lict. O* nulla
vnquàm facta mentione, nec expreſſè, nec
tacitè de hæredibus extraneis, quibus ſic
ſtantibus in parte diſpoſitiua neceſſario indè
conſequitur, quòd verba illa appoſita in par-
te conditionali = O' vero, che mancaſſe la
ſua ſucceſſione = licet aliàs in ſua latitudine
eſſent verificabilia in ſucceſſoribus extrane-
is: nihilominùs iuxtà ſubiectam materiam,
& voluntatem Donantis non poſſunt, nec
debent intelligi, niſi de ſucceſſoribus Sangui-
nis, & deſcentibus Donatarij, de quibus in
parte diſpoſitiua, & in cæteris partibus do-
nationis actù fuit, ad tradita per *Gabriel. conſ.*
69. num. 6. lib. 2. Rot. deciſ. 378. num. 24. par.
13. deciſ 269. num. num. 26. & ſeqq. par. 15. &
deciſ. 232. num. 16. part. 19. rec. & in Carpen-
torat. hæreditatis, ſeu fidei commiſſi 14. Martij
1687. §. vltrà quod, & 9. Iunij eiuſdem anni §.
fin. Coràm R. P. D. Meo Molines, & in Bononi-
en. ſucceſſionis 20. Februarij 1688. §. Vltra enim,
Coram Reuerendiſs. D. meo Decano.

Eoque clarius, dum Donans in hac parte
cõditionali in defectum Seueri locutus eſt de
ſucceſſione legitima, cum dictione *vt ſupra*,
per quam ſucceſſionem reſtrinxiſſe, & coar-
ctaſſe cenſetur ad Deſcendentes Donatarij
præcedenter nominatos, & iuxta terminos
partis diſpoſitiuæ, ad quam relatio habita
fuit, *Fuſar. conſ. 39. num. 4. in fin. & ſeqq. &*
de ſubſtitut. quæſt. 403. num. 39. verſ. declara-
tur Rot. deciſ. 269. num. 8. & ſeqq. part. 15. &
deciſ. 95. num. 25. par. 11. rec. & in Roman. ſeu
Bononien. fideicommiſſi de Diarijs 13. Iunij 1681.
§. nec quicquam relenat, Coram R. P. D. Florenz.
& in dicta Carpentorat. hæreditatis, ſeu fideicom-
miſſi 9. Iunij 1687. §. fin. Coram D. meo Molin.

Et quamuis in altero caſu deficientiæ ſuc-
ceſſoris Seueri, qui modo contigit, ommiſſa
fuerit qualitas legitimatis, ac etiam dicta re-
petitiua *vt ſupra*, ſed ſimpliciter dictum, *ò*
uero, che mancaſſe la ſua ſucceſſione, attamen
cum vterque caſus in vna, eademque oratio-
ne poſitus fuerit per alternatiuam, dicen-
dum eſt, quòd ſicuti in priori parte alterna-
tiuæ ſub nomine ſucceſſionis legitimæ, & ex
vi dictionis reſtrictiuç *vt ſupra* non ſunt com-
præhenſi, niſi Deſcendentes Donatarij an-
tece-

Digitized by Google

tecedenter contemplati, ita, & in ſecunda parte ſub appellatione ſucceſſionis ſuæ, ſiue propriæ eiuſdem Donatarij, que æquipollet Poſteritati, & ſoboli, idemque ſignificat ex traditis per *Menoch. præſumpt 89 n.56. verſ 2. motus eſt, & 57. verſ. verum reſpondit, & Rot. deciſ. 503. nu. 14. & 18. part. 18. tom. 2.* rec. Comp. ęnenſi dumtaxat fuerint ijdem Deſcendentes, cum vna pars alternatiuæ aliam declaret, vt in in his terminis monent *Ruin. conſ 86. num. 17. lib 3. Cephal. conſ 53. nu 67. & 93. Menoch. conſ. 122. num. 3 & Riminal. Iun. conſ. 676. num. 33.*

Nec ſuperexiſtentia Catherinę Vxoris
9 Donatarij impedire valet, quin bona donata tranſeant ed Subſtitutos, ſaltem illius vita durante, ex eo, quòd donatio facta fuerit intuitu, & contemplatione Matrimonij contrahendi cum dicta Catherina, & exinde ei Ius fuerit quæſitum ſuper eiſdem bonis iuxtà *text in l. petens, & ibi Bal. C. de pact. Depont. conſ. 80. num. 15 Canter. Var. reſol parte prima cap 8. num. 34. Maſtril. deciſ. 211. num. 4. par 4. & Rot deciſ. 44. num. 1. & 2. part. 6. & deciſ. 30. num. 28. part 9. recent* Etenim, cum conditiones, & ſubſtitutiones, de quibus agitur fuerint à Donante appoſitę non ex interuallo, ſed in ipſa donatione ſub eiſdem, & non alias, dicitur ipſi mulieri quæſitum Ius *ad text. in l. rebus & l. cum autèm ff. de pact. Peregr conſ. 77. num. 8. cum ſeqq. late bon. mem. Rocc. Epiſcop Iſolan. diſp. Iur. Select lib. 1 cap. 1. num. 64 & ſeqq. Card de luc. de donat diſc. 10. num. 10. & 12. & Rot. deciſ. 203. num. 23. & ſeqq. part. 6. & deciſ. 356. num. 5. & ſeqq. part. 12. rec.*

Conſtito itaque ex his de exiſtentia, & purificatione fideicõmiſſi ad fauòrem Pię Do-
10 mus, illius vocatio reſtringi non valet ad bona dumtaxàt particularia a Donante ſibi reſeruata ad effectum teſtandi ſub eo fundamento, quòd ipſius ſucceſſio demandata ſit reſpectiuè totius hæreditatis, cuius nomen verificatur quidem in bonis reſeruatis ad teſtandum, in quibus verè, & propriè conſiſtit Donantis hæreditas, non autem in bonis donatis, quę vti ſeparata ab illius patrimonio, non dicuntur amplius eſſe in eius hæreditate, ſecundum ea, quæ notantur per *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib 7 tit. 8. n. 29. Mareſcot. var. reſol lib. 1. cap. 58. num. 37. in fin. Bar. de ſucceſſ. lib. 8. cap. 2. num 7. & in Camerin. ſucceſſ. 15. Maij 16 4. §. neque prædictis, & 4. Maij 1685. §. nihil releuante coràm Card. Matthcio.*

Quoniam ex lectura donationis patet Donantem intellexiſſe non de formali, & improprio quatènus ſcilicet denotat vniuèrſitatem bonorum donatorum, quemadmodum colligitur ex cæteris partibus Inſtrumenti, in quibus Donatarios ſæpè appellauit poſſeſſores ſuę hæreditatis, *vt in ſum. Actricis num. 2. lit. N, & lit. Q,* & in caſu delicti, ex quo ſequeretur confiſcatio bonorum Donatarios delinquentes priuauit bonis, & hæreditate, dicto ſumm. num. 2. lit. R, accipiendo pro ſynonimis vniuerſitatem bonorum donatorum, ac hæreditatem & propterea deſumendo Domini declarationem vnius ab altera parte teſtamenti facien, monet *Pereg. de fideicommiſſ art. 19. num. 108. & Rot. in dicta Bononien. ſucceſſ. 14. Ianuarij 1686. §. quia licèt in fin. Coram R. P. D. meo Benincaſa* verbum iſtud hæreditatis in cæteris partibus diſpoſitionis acceptum prò vniuerſitate bonorùm donatorum in eodem ſignificatu accipiendum eſſe authumarunt in hac etiam parte ſubſtitutionis Pię Domus iuxtà monitum *Pariſ. conſ 97. num. 16. Surd. conſ. 415. nu. 6 Grat. an. diſcept. 834. num. 4. & 6 Fuſar. conſ 39 num. 14. & 15. Pereg. conſ. 39 num. 19 tit. 1. Mantic. conſult. 201. num. 26. & Rot. deciſ. 926 num. 10. coram Dunoz. Iun. & deciſ. 3. num. 18. & 19. part. 19. recent.*

Maximè dum data contraria intelligentia inanis redderetur ſubſtitutio Pię Domus. Nam cum Donator de bonis exceptuatis à donatione reſeruauerit ſibi facultatem inpoſterùm teſtandi, & non facto teſtamento, voluerit eadem comprehendi ſub eadem donatione, ſubſtitutio Pię Domus in ijs tamquam de hæreditate donatis, nunquàm poſſet verificari, quia vel non diſponebat per teſtamentum & dicta bona non cadebàt in hæreditate ſed ſub donatione vniuerſali confundebantur, vel de illis teſtabatur ad fauorem diuerſæ perſonæ, & non poterant reſtitui à Donatarijs, quibus facta legitur ſubſtitutio, Ne ergò ſucceſſio Piæ Domus clarè volita a Donatore, reddatur fruſtratoria, & inutilis, verba ita veniunt interpretanda, vt menti deſeruiant *ad text. in l. penult. ff. ad exibendum* ibi = Neque verba captari, ſed qua mente quid diceretur animaduertere conuenire, & conſiderat *Rot. in deciſ. 32. nu. 16. part. 16. recent.* & alibi paſſim.

Et ita vtraque &c.

Coram

Coram eodem

R. P. D. VRSINO,

Peruſina Succeſsionis
Veneris quarta Iulij 1692.

PErſiſtentes Domini in reſolutis ſub die 27. Februarij proximè elapſi, iterùm hodie cenſuerunt dandam eſſe immiſionem Venerabili Piæ Domui Charitatis Peruſiæ in poſſeſſionē bonorum per q. Bartholomeum Seniorem de Cinis donatorem Seuero de Seueris, eiuſque Poſteris, & deſcendentibus in infinitum, quia cum in Inſtrumento pu-
1 blico dictæ donationis eadem Pia Domus litteraliter ſubſtituta legatur tàm in caſu deceſſus præfati Seueri abſque ſucceſſione legitima, quam in caſu etiam totalis deficientiæ eiuſdem ſucceſſionis, & hæc omninò defecerit per obitum Bartholomei filij in pupillari ætate nupèr defuncti, factus eſt vtique locus purificationi Fideicommiſſi, & conſequentèr etiam immiſſioni ad fauorem præfatæ Piæ Domus ùt probatis alijs eſtremis non controuerſis, & remotis obiectis firmat *antecedens Cauſa deciſio in §. identitas, & §. firmata, cum pluribus §§. ſubſequentibus.*

Nec ad euertendam exiſtentiam, ſeu purificationem Fideicommiſsi obſtare viſum fuit repetitum obiectum, quòd verba ſubſtitútionis in dicta donatione ordinata nō ſimplicitèr, & abſolutè diſpoſitiua, ſed ſunt conditionalitèr, limitatiuè, & relatiuè ad teſtamentum præcedens, in quo nulla legitur ſubſtitutio Piæ Domus in caſu obitus, & deficientiæ Seueri donatarij, eiuſue ſcceſſionis le-
2 gitimæ, ſed tantùm in pluribus caſibus contrauentionis hæredum adeoque ſubſtitutio hæc relatiua ad illum extendi nequeat, ſed ad illam debeat reſtringi ex vi expreſſæ relationis ibidem habitæ, cuius virtus eſt, vt quoties inueniatur relatum diſcordans à referentè potiùs ſit attendendum relatum tamqùam original, ſiue exemplar, iuxtà communiter tradita per Doctores, & in ſpecie per *Dec. conſ. 63. num. 6. & 7. per Altograd. ſen. conſ. 44. num. 18. & ſeqq. vol 2 Fontanel. de pact. nupt. Clauſ. 14. Gloſ. Vnic. part. 1. num. 24. de Angel. de confeſſ. lib. 2. quæſt. 5. nu. 26. Amat. deciſ. marcb. 49. ſub num. 11. Adden. ad Gregor. deciſ 439. num. 13. Mantic. deciſ. 352. num. 2 Rot. diuerſ. deciſ. 121. num. 61. part. 1. & deciſ. 40. num. 3. & 4. part. 2.*

Quia D. D. inhærentes appoſitæ dictioni, de qua latè in mea pręterita *deciſione à §. Etenim concluſio cum pluribus ſeqq.* iterum aduertebant obiectum concludens quidem proce-
2 dere, vel vbi verba diſpoſitionis ſunt prolata ab Homine non habente facultatem immutandi diſpoſitionem relatam, vel vbi diſponere valens, noluit à relato recedere, nec diuerſimodè ab eo diſponere, ſed præſuppoſitiuè in actu referente diſpoſuit, ſeu potius recenſuit, quod in relato credebat iam diſpoſitum. In his enim caſibus, quia deficit, vel poteſtas, vel voluntas de nouo diſponendi, ſi inueniatur relatum contrarium referenti, præualere de Iure debet, & omnino attendi relatum, iuxtà terminos, in quibus procedunt, & benè ſe explicant omnes authoritates in contrarium allatæ quas ſingillatim percurrere placuit.

Decius enim huius ſententiæ Anteſignanus *in conſ. 63. in num. 6. verſ. Vlterius*, declarat tranſigentes ad teſtamentum ſe referentes non habuiſſe animum emutandi, & alterandi teſtamētariam diſpoſitionem relatam.

Altograd. ſen. in conſ. 44. concluſionem firmat in terminis non quidem nouæ diſpoſitionis, ſed confeſsionis erroneæ præſuppoſitiuæ obligationis antecedentis, eiuſque validitatis, vt *in num. 13. & ſeqq.* atque in ſpecie monetæ, ex quo non conſtabat de animo aliter diſponendi, vt benè ſe explicat *num. 19. verſ. 4. quia*.

Et in terminis pariter confeſsionis erroneę non inducentis nouam diſpoſitionem, ſed veterem in ſuis terminis relinquendo loquitur *Fontanel. de pact. Nuptial. Clauſul. 14. Gloſ. vnic. primæ partis à num. 23. & ſeqq. & præſertim num. 27. Angel. de confeſ. lib. 2. quæſt. 5. num. 26. Amat. deciſ. Marcb. 49. per tot. & Rot. part. prima diuerſ. deciſ. 121. à num. 3. & ſeqq.*

Gregorius autem deciſ. 439. ibiq; Add. agunt de apoca admiſsionis in ſocium cum relatione ad ſchedulas originales ſocietatis, à quibus Contrahentes nolebant recedere: & patet ex Clauſulà, *E non altrimènte* ponderata in *num. 1. & ſeqq.* quinimo agebatur de re, de qua Partes nec etiam diſponere poterant, vt habetur *in num. 3. verſ. vlterius non eſt verum*.

Et ita etiam de Iudice Subdelegato contra, vel præter formam reſcripti Principis, & facultatem non habente diuerſimode diſponendi loquitur *Mantic. deciſ. 352. à num. 1. verſ. Vnde cum in reſcripto, & num. 2.*

Et demum de ſententia non inducente nouam diſpoſitionem, ſed erroneè ſe referente ad Apoſtolicum Præuilegium agit *Rot. in deciſ. 40. num. 2. & 3. part. 2. diuerſ.*

An

At non ita eſt, quoties actus eſt præordi-
3 natus ad nouam diſpoſitionem non deficit in Homine poteſtas reuocandi, immutandi, ſeu alterandi relatum & diſpoſitio referens concepta per verba principaliter, & propriè ſubſtantia eſt certa, & determinata tam ratione temporis, & caſus, quam ratione perſonæ, & rei. Hoc enim caſu, cum concurrat autoritas, ſeu poteſtas, & clara ſimul voluntas ſic diſponendi, & diſpoſitionis ſubſtantia ſit vndique, & per ſe perfecta abſque alio adiuncto, ſeruari debet in diſcordia potius actus referens, eiuſque forma, quam actus relatus, tametſi iſte inueniatur, & ſit contrarius, vt vltra allegatos in deciſione, quæ confirmatur in fine dicti §. etenim concluſio, optimè diſtinguit in contrarium laudatus *Amat. in dicta deciſione Marcb* 49. *num.* 11. *vbi* alias allegat concordantes, & firmat *Rot. in deciſ.* 389. *num.* 20. *Coram Celſo, & in deciſ.* 605. *à num.* 9 *cum ſeqq. part.* 12. *rec.*

Quamobrem cum in hac facti ſpecie q. Bartholomeus de Cinis recedens à diſpoſitionibus, & teſtamentis antea conditis deuenit ad nouam diſpoſitionem omnium ſuorum bonorum per viam vniuerſalis donationis irreuocabilis inter viuos, & in ſea vndique perfectam, & Claram ordinauerit ſubſtitutionem ad fauorem Piæ Domus tàm in caſu deceſſus donatarij abſque ſucceſſione legitima, quàm in defectum etiam eiuſdem ſucceſſionis; hæc vtiquè ordinatio vndiquè certa determinata, & perſpicua debet attendi, & ſeruari, nec alteratur per relationem habitam ad teſtamentum, a quo talis ſubſtitutio non legitur in caſu obitus, ſed tantum in caſu contrauentionis hæredum; & quippè concurrentibus his circumſtantijs, vel tamquàm erronea, ſeu cauſatiua, non operatur quo àd ſpecialitèr expreſſa, & promiſſa in referente, dum referens alio modo, quam continetur in relato, ſuam declarauerit intenſionem ex traditis in ſpecie per *Dec in conſ.* 325. *num.* 2. *Decian. conſ.* 62. *& conſ* 95. *vtrobique nu.* 5. *lib.* 2. *Menoch. præſumpt.* 181. *nu.* 9 *& ſeqq optimè Amat. in dicta deciſ Marcb.* 49. *num.* 11. *& Rot. dicta deciſ* 68. *num.* 12.

Vel in omnem caſum facienda eſt dicta relatio quoad accidentalia dumtaxat diſpoſitionis relatæ, nimirùm quoad modum, & formam ſuccedendi integrè, & ſine vlla diminutione, ſiue detractione in Teſtamento præſcripta: attenta alia Iuris regula, quòd relatio fieri ſempèr debeat quoad accidentalia, & compatibilia, non autē quoad ſubſtantialia, & incompatibilia, ex quibus reſultat effectus contrarius Claræ diſponentis intentioni, & proſequitur *Rot. in dicta deciſ.* 68. *num.* 3. *part.* 12. *recent.* & firmant Adducti *in deciſ.* quæ confirmatur *in §. & verba.*

Quibus ſic poſitis intentatum remedium immiſsionis impediri, aut retardari non poſſe videbatur ex oppoſita exceptione retentionis bonorum in dicta Donatione per Donantem ſibi reſeruatorum ad effectum teſtandi, vel diſponendi. quia, cum immiſſio fuerit per Piam Domum petita, & obtenta in bonis compræhenſis in eadem vniuerſali Donatione ſuper reſeruatis quæſtio modò non cadit, ſed quatenus ab Actrice prætendantur, de eis agendum erit in Iudicio, vel dubio particulari.

Retentio autem pro pluribus alijs, & di-
4 uerſis creditis à Catherina rea conuenta prętenſis, & in hodierna propoſitione deductis, nec viſa eſt apta ad retardandam immiſsionem Hæredi Fideicommiſſario, nam cum dicta Catherina per ſpatium plurium annorum indebitè perceperit fructus ex bonis, vt ſupra, Fideicommiſſo ſubiectis, vel ex illis conſequta fuit ſatisfactionem, vel ſaltem eius credita, quatenus etiam ſubſiſtant, effecta ſunt adeò illiquida, & turbida in quantitate, vt inefficacia modo ſint ad retentionem, vt perpetuo tenuit *Rot.* & ſignanter *in deciſ.* 113. *num.* 7. *Coram Durano, & deciſ.* 221. *Coram Celſo, & deciſ.* 539. *num.* 5. *&* 6. *Coram Caualer. & alibi paſſim.*

Et ita, approbantes in reliquis priorem deciſionem in ea iuxta hunc modum ſtandum eſſe D. D. reſponderunt.

Vtraq, &c.

ANNOTATIONES FRANCISCI DE ANGELIS.

EST generalis Concluſio; quòd Referens
1 ſine Relato non probat: nec ſtatur Referenti, niſi producatur Relatum *Auth. ſi quis in albo C. de Eden Priol. deciſ.* 632. *num.* 5. *& Rot. recent. part.* 19 *deciſ.* 405. *num* 16. *Bicb. deciſ.* 208. *num.* 4. *tom.* 1. & plus attendi debet, quam referens *Card. Cerr. deciſ.* 911. *nu.* 5. *tom.* 3. Et eſt prima ratio, quia referens ſe
2 ad illud, iuxtà illud, & non alitèr intelligitur, *dicta part.* 19. *deciſ.* 191. *num.* 12.

Secunda eſt ratio, quia referens virtute
3 relationis continet totum id, quod continetur in relato, *eadem part.* 19. *deciſ.* 411. *num.* 15. cum omnibus ſuis qualitatibus, *Rot. part.* 18. *recent. deciſ.* 790. *num.* 42.

Ita vt referens non alteret qualitates relati *recent. part.* 18. *tom.* 2. *eadem deciſ.* 790. *nu.* 43.

& vbi

& vbi relatum deficit, euaneſcit etiam referens *Cerr. deciſ.* 357. *num.* 16. *tom.* 2.

Prædicta intellige primò, quando concur-
4 runt coniecturę enunciatę pro relato, etiamſi de iſto enunciato, ſeu enunciatis coniecturis, contingat principaliter diſputari *Cyriac. controuerſ.* 427. *num.* 16. *tom* 3.

Intellige ſecundo prædicta procedere, vbi non reſultat contrarietas, vel abſurdum *Cyriac. controuerſ.* 187. *num.* 20. *tom.* 1.

5 Limitantur principaliter vt ſupra firmata, dum ordo poſterior continet verba donationem præſeferentia, nam tunc poſteriori ordini referenti Inhærendum eſt, non autem priori relato, ratioque viuiſsima inſurgit, quia apparet Diſponentem aliter voluiſſe diſponere in ordine referente, quam diſpoſuerat in relato. cùm in referente magis præcisè, & diſtinctè locutus fuerit Diſponens, cui poteſtas erat diſponendi modo, & forma, quibus in referente diſpoſuit *Add. ad Burat. deciſ.* 52. *num.* 13. *Merlin. deciſ.* 667. *num.* 8. *in fin. & num.* 9. *tom* 2. *Card. Cerr. deciſ.* 419. *num.* 21. *&* 22. *tom.* 2. *Bich. deciſ.* 210. *num.* 19. *tom.* 1. & eſt ratio, quia referens habens diſpoſitionem diuerſam à relato, non declarat, nec declaratur à relato, *Bich. deciſ.* 22. *num* 5. *tom.* 1.

Superadditur alia ratio omnia determi-
6 nans quia relatio ad aliquid, operatur id, quod non fuit immutatum, & innouatum in referente reſpectu relati, & optimè *Merlin. deciſ.* 150. *num.* 4. *tom.* 1.

Denique pro corolario menti tenendum
7 eſt, quod referenti creditur etiam non probato aliunde relato, quando totus relati tenor eſt in referente expreſſus, *Bich. deciſ.* 55. *num* 15. *tom.* 1.

NVMERARIVS INDEX I.

Super prima Deciſione.

VT Fideicommiſſario cõcedatur immiſſio, tàm ſi de Fideicommiſſo conſtet ex teſtamento, quàm ſi ex contractu, quæ requirantur? num. 1.

Fideicommiſſi purificatio, ex quibus reſultet in caſu deficientiæ Succeſsionis, & lineæ? & quid importet? num. 2.

Subſtitutio reſtricta ad certos caſus an vltra dictos caſus extendatur? num. 3.

In diſcordia Relati, & Referentis attendi potius debet relatum adinſtar Exempli, & exemplaris num. 4.

Sed quomodo concluſio hæc procedat? diſtinguitur, & diſtinctio eſt accuranda n. 5.

Verba relatiua quando dicantur ſtare cauſatiuè, & non conditionaliter, vel in omnem caſum debeant intelligi, & limitari ad accidentalia diſpoſitionis relatæ? n. 6.

Relatio ſemper cenſetur facta ad ea, quę ſunt compatibilia cum diſpoſitione Referente, non autem ad alia, quæ ſunt inuicem contradictoria, cum actuum contrarietas ſit euitanda, num. 7.

Succeſsionis appellatione quando veniant ſolumodò ſucceſſores ſanguinis, & non extraneæ? num. 8.

Donatio facta intuitu, & contemplatione Matrimonij, etiam cum certa Muliere, quomodo comprehendat Vxorem? num. 9.

Bona reſeruata In Donatione cauſa teſtandi, an, & quando deferantur hæredi ab inteſtato, vel ipſi Donatario, ſiue ſubſtituto in donatione? & vna pars Teſtamenti in hoc caſu quando declaret, vel ne aliam? num. 10.

INDEX NVMERARIVS

Super ſecunda Deciſione.

RElatum quoties inuenitur diſcordans à Referente, eſt attendendum relatum tamquam original, ſiue exemplar, num. 1.

Procedit regula, vbi verba Diſponentis ſunt prolata ab Homine non habente facultatem immutandi diſpoſitionem relatam, vel vbi diſponere volens, noluit à relato recedere, nec diuerſimodè ab eo diſponere, ſed præſumptiuè in actu referente diſpoſuit, ſeu potius recenſuit, quod in relato credebat iam diſpoſitum, & aſſignatur validiſſima ratio, & cum ratione dantur illatiuè multa exempla, vt num. 2. & num. 3. iterùm declaratur, & diſtinguitur materia.

Retentio quando non ſit apta ad retardandam immiſsionem hæredi Fideicommiſſario? diuerſis diſtinguitur modis, num. 4.

INDEX NVMERARIVS TERTIVS

Super annotationibus.

REferens ſine relato non probat, & plus attendi debet, quàm referens, num. 1.

Referens ſe ad aliquid iuxta illud, & non alitèr intelligitur, & aſſignatur validiſsima ratio, num. 2.

Referens intelligitur cum ſuis qualitatibus, & vbi deficit relatum, deficit, & referens num. 3.

Quomodo prædicta intelligantur procedere? vide Cyriacum diuerſimode diſtinguentem, num. 4.

Limita concluſiones prædictas, quando ordo poſterior continet verba donationem præſeferentia, nam tunc referenti inhærendum eſt, non autem priori relato, & diſponens facultatem habebat diuerſo modo diſponendi, quàm diſpoſuerat in relato n. 4.

Referens habens diſpoſitionem diuerſam non declarat, nec declaratur à relato nu. 5.

Relatio ad aliquid operatur id, quod non fuit immutatum, nec innouatum in referente num. 6.

Quando referenti credatur, etiam non probato aliunde relato, vide num. 7.



E L O G I V M
IN ILL.MOS ET REV.MOS D. D. SAC. ROTÆ ROMAN.
A V D I T O R E S
Omnium aliarum Rotarum
P H OE N I C I S

HOrum Areopagitarum Romanorum Coronæ
Cedite, Cedite Veſtras Glorias Radamantus, Numa,
Pompilius, Lycurgus, Draco, Solon, Pittacus:
Cedite, Plaudite.
Papinianus
Dum hunc prudentiſsimum Cœtum reſpicit;
Admiratur.
Vlpianus
Ex Oraculis tantorum Patrum conticeſcit;
Tribonianus
Horum acutiſsima Reſponſa Veneratur.
Paulus
Difficillimos Iuris nodos, quos hi ſapientiſsimi
Conſcripti Patres diſſoluunt, mirabiliter
annotat.
S c e u o l a
Horum ſcientifica Placita ad peremnitatem
Scribit.
Caliſtratus, & Caius
I. C.
Omnes celeberrimi in Æneis Tabulis cælant;
Et vnanimiter dicunt, horum peremnate Oracula
Humano Generi pro Iuſtitia
Aſsiſtentia.
Peremnate quæſo:
Cum Rotæ Romanæ Scita potius Diuina;
quàm humana cenſenda ſint.
Nàm ab omnibus aſſeuerantèr habetur, quòd Vox
Rotæ Romanæ, Vox Dei Sit: Imò huiuſmodi
Delphico Oraculo loquente, cætera
obmuteſcunt.
Igitur vna voce concludatur, huic cedite, plaudite
Coronæ.
Siquidèm omnis, qui facit Iuſtitiam, ex Deo
natus eſt.
Etenim Benedictiones dabit Legislator, ibunt
dè Virtute in Virtutem:
Videbitur Deus deorum in Sion.
Ità ego Franciſcus de Angelis humilliſsimus, & obſequentiſsimus
Seruus
Huiuſmodi Inclytis, & Venerabilibus Scientiarum
Dynaſtis
Feliciter ominor.

Metricum Viuentibus Monitum Authoris.

OMnis mente ſua viuens ſi ad Tartara pergat:
Orcum morte ſua non penetrabit atrum.
Viuit in Orbe Deo, dum Quis ſine crimine viuit:
Excelſo ſempèr viuit in Empyreo.
Viuus ad Infernum non vis deſcendere mente?
Viuus, & extinctus Ditis in orbe iaces.
Eià age rumpe moras tuas ſint nunc crimina rupta:
Si expellis Tenebras, rupta Catena tibi eſt.
Rupta Catena Tibi eſt, Petri ſoluente Miniſtro,
E collo, & duro Iuga repentè cadunt.
Præcipitant Noxæ, danturque Monilia Sacra:
Sic mala cuncta ruunt: ſic Bona cunta pluunt.

Eiuſdem

A leuibus cauendum eſt Culpis.

Sexticon.

PAruula tu ſempèr timeas Delicta patrare:
Paruula ſæpè ſolent magna parare Mala,
Vulpibus à paruis vaſtatur Vinea tota:
Vinea vera pij Sanguine fulta Dei.
Tolle citò Vulpes, oculos extolle Tonanti,
Ne Vulpis noceat paruula quæque Animæ.

PRÆ-

Digitized by Google

PRAEMISSVM IN ADDITAMENTIS AD ASTRÆALE PATROCINIVM SVPER FLVMINVM IVRIBVS.

LECTORI.

Mea inferius Additamenta in ſuo, ò humaniſsime Lector, deficient methodo, ſi ſubſequentes non præmitterem Informationes in Sacro Aquarum Tribunali non minùs nitido, quàm elucubrato Calamo ab vtroque noſtro exaratas Defenſore. Siquidèm Additamenta huiuſmodi reguntur à Præfati auguſtiſsimi Tribunalis Oraculis, & Oracula ſuum traxerunt originem ab ingenuis, & doctiſsimis eorumdem Cauſidicorum propoſitis. Eia Lector, ſatis mihi comperta ſunt Martialis carmina.

Aurum, & Opes, & Rura tibi dabit Amicus:
Qui velit Ingenio cedere, nullus erit.

NIhilominus proprio cedendum eſt Ingenio, nec Animi paſsio, minuſuè diuitiarum Affluentia Te præpediant in amplectendo Veritatem, ab inexhauſto huiuſmodi Purpuratorum Principum Fõte emanatam; nam Veritas eſt ipſe Deus; & qui Veritatem odit: odit & Lucem, tenebriſq; inuoluitur, hiſq; inuolutus ad Tartara repentè ruit, tanquàm Lucis infeſtiſsimus hoſtis. Cæterum non minore, nàm Iure optimo ſupèr Veritate quidam cecinit Vates.

Carpunt me plures Docti, indoctique: imitari
Nos indoctorum de Grege nemo poteſt.

PRI-

P R I M A

In ſupremo Aquarum Tribunali Cauſæ Propoſitio.

Spoletana prætenſæ Contributionis.

EMinentiſs. Domine Vetus diſſidium,
1 quod inter finitimas Cõmunitates Mevaniæ Fulginei, & Montisfalchi antiquiſſimis vſque temporibus intereeſſit circa refectionem Riparum Topini Fluminis per eorum Territoria defluentis adeo viulentet excreuit de Anno 1447. vt ad euitandas continuas rixas, contentiones, & ſcandala, quæ in dies oriebantur, San. mem. Nicolaus tunc
2 temporis Papa Quintus ſpeciali Breui, & Commiſſione huiuſmodi Cauſæ cognitionem demandauerit R. P. D. Nicolao Epiſcopo Tiburtino, coram quo diſcuſſa Cauſa, fuit tandem ab eo per Sententiam definitum, quod quælibet ſupradictarum Communitatũ
3 tam Fulginei, quàm Meuaniæ teneatur, & debeat curſum Aquarum dictorum Fluminum vſque ad fines proprij Territorij manutenere, ita vt nullum damnum Conuicinorum Bonis inferatur, condemnando ob id ad earumdem Riparum refectionẽ illam Communitatem, intra cuius Confinia deuaſtatio occurreret, & alias latius in Sententia, quam damus *Summ. num.* 1.

Poſt duo ferè Sæcula aliæ cum alijs Com-
4 munitatibus Hiſpelli ſcilicet, & Aſſiſij, ſuperuenerunt differentiæ, nedum circa curſum Topini Fluminis, ſed, & etiam Meandi, & Chionæ, ſuper quibus cùm plura fuerint hinc inde anteactis Annis ſtipulata Inſtrumenta, quæ cauſam diuerſis litibus, & prætentionibus dederunt; fuit propterea de Anno 1610. omnis controuerſia vnanimiter deducta coram bon. mem. Cardinali Beuilacqua tunc temporis Peruſiæ, & Vmbriæ à Latere Legato, qui deputato Architecto, auditiſque Partibus reiteratis vicibus in Contradictorio deuenit de conſenſu earũdem ad ſententiam, in qua, compoſitis omnibus differentijs omnium prædictarum Communitatum, ſtabilitum extitit, quod vigore præcedentium Inſtrumentorum quidquam pretendi poſſet, ſed ſolum diſpoſitum in præſenti,
5 Concordia ſeruaretur: Et circa refectionem Riparum fuit repetitum, quod alias concordatum remanſerat, quod ſcilicet eueniente deuaſtatione Riparum in Territorio Fulginati, Iſti ad illarum reaptationem tenerentur *Summ. num.* 2.

Sententiæ prædictæ fuerunt ſemper in-
6 uiolabiliter vtrinque ſeruatæ, ità vt eueniente caſu deuaſtationis Riparum Topini Fluminis in Agro Fulginati fuerint illæ ad omnem Meuanatum requiſitionem ab eiſdem Fulginatibus reaptatæ, vt conſtat ex quamplurimis Epiſtolis ſcriptis tùm a Magiſtratu, tum etiam a Gubernatore dictæ Ciuitatis in reſponſionem litterarum Communitatis Meuaniæ Principalis noſtræ *Summ. num.* 3.

His omnibus non obſtantibus, recurrente
7 nouiſſimè caſu deuaſtationis earumdem Riparum in eodem Fulginati Agro, in præiudicium noſtri Territorij, inſtatum de more fuit pro conſueta reaptatione, ſed recuſante Communitate Aduerſaria, fuit habitus recurſus ad R. P. D. Peruſiæ Præſidem, qui cum citra expectationem de huiuſmodi negocij claritate hæſitare videretur, fuerunt propterea deductæ coram eo ſententiæ, quas habemus, vna cum ſubſequta trium ſæculorum obſeruantia, in qua ſumus; ſed his omnibus in conſideratione non habitis, de facto ordinauit D. Comiti Montecatino Ciui Fulginati, vt cogeret Communitatem Meuaniæ ad contribuendũ reaptationi prædictæ,
8 aliàs illã grauaret, & regrauaret; Vnde habita de hoc notitia, fuit pro parte eiuſdẽ Communitatis Principalis noſtræ inhibitus idem D. Montecatinus, mediante præſentatione Monitorij ſuper obſeruantia Sententiarum ab hac Sacra Congregatione obtenti; ſed
9 nec etiam hoc ſeruato, deuenit idem D. Comes ad executionem Grauatoriæ, quàm per ſeptem vices exequi curauit contra Conſules eiuſdem noſtræ Communitatis, ita vt prò di-
10 ctis grauatorijs coacti fuerunt ſoluere ſcuta 45. & ad ſe eximendos a comminata Carceratione, coacti quoque fuerunt Peritos eligere pro repartimento faciendo *Summarium num.* 4 & 5.

Hinc inſtantibus nobis, coram R. P. D. Se-
11 cretario pro purgatiune Attentatorum commiſſorum in ſpretum prædictæ inhibitionis huius Sacri Tribunalis; reiectaque inſtantia motiuo cuiuſdam Epiſtolæ Eminentiſs. D. Cardinalis Præfecti; ſupplicauimus, quod ſaltem Cauſam hanc ſuper meritis cognoſceret; & ad hunc effectum Iura noſtra coram Eo deduximus, ſed hac etiam Inſtan-
12 tia reiecta, remiſſaque Cauſa ad eundem R. P. D. præſidem Vmbriæ, Iſte, alia indicta Collecta, ſententiam protulit fauore Communi-

Digitized by Google

munitatis Aduerſariæ, in qua Iura Tranſa-
ctionum, & Sententiarum penitus infringe-
re curauit *Summ. num. 6.*

Ab huiuſmodi ſententia interpoſita per
13 nos appellatione, tranſportatiſque Actis,
placuit eidem R. P. D. Secretario, illam in
deuolutiuo tantùm admittere; itaut nouas
pro noua Collecta executiones pati, & infi-
nita propemodum damna iterum ſubire coa-
cti fato peſſimo fuerimus.

Acerbiſſimum hoc Vulnus Patriæ meæ
14 adeo violenter inflictum licet ad varia la-
menta prouocaret, nihilominus vincit reue-
rentia dolorem; illudque (omiſſis omnibus)
15 ſolitæ Iuſtitiæ Eminentiſſimorum Patrum
curandum proponimus, & ad hunc effectum
ſupplicamus pro infirmatione prædictæ Sen-
16 tentiæ R. P. D. Præſidis Vmbriæ, & Mul-
ctarum ab eo indictarum, pro reſtitutione
pecuniarum à noſtra Cōmunitate exactarũ,
pro refectione damnorũ paſſorum, & pro ſo-
lutione pęnæ in dictis Sẽtentijs Parti contra-
uenienti adiectæ, & annuendum ſperamus.

Quod etenim attinet ad Sententiam
17 R. P. D. Præſidis Vmbriæ vltra labem pa-
tentis Iniuſtitiæ, de qua inferius differemus,
dicimus etiam, illam eſſe euidenter nullam
ex defectu Iuriſdictionis; Conſiderando,
quod dum in huiuſmodi Cauſa adſunt duæ
ſententię, vna lata ab R. P. D. Epiſcopo
Tiburtino vigore ſpecialis Commiſſionis
Sanctiſſimi *Summ. dicto num. 1.* & Altera ab
Eminentiſs. D. Cardinali Beuilaqua S. Sedis
Apoſtolicæ a Latere Legato cum ſubſequuta
acceptatione omnium Communitatum liti-
gantium *Summ. dicto num 2. litt. A & B* non
poterat R. P. D. Præſes Vmbriæ in ea-
18 dem Cauſa ſe ingerere, vel quia tanquam Iu-
dex inferior non poterat Sententias Iudicum
Superiorum reuidere abſque ſpeciali com-
miſſione Sanctiſs. vel quia ordo Iudicij vult,
quod attenta earumdem Sententiarum acce-
ptatione à Partibus facta nedum expreſsè
19 *Summ. dicto num. 2. litt. A & B*, ſed etiam
tacitè per non appellationem interpoſitam,
& rem iudicatam exinde reſultantem, quod
prius Communitas Aduerſaria reſtitutionem
in integrum obtineret, & poſtmodum iura
ſua aliterum iudicialiter experiri tentaret.

Et hoc tutius procedit, attenta obſeruan-
20 tia earumdem ſententiarum per lapſum Se-
culorum, ex quo fit, quod ſicuti reſtitutio-
nem in integrum conſequi de Iure Pars ad-
uerſa non potuiſſet, ita & multo minus ea-
rumdem ſententiarum reuocationem tam
facile, & de plano reportare, vt de ſe patet.

Nec replicetur, quod R. P. D. Præſes
21 Vmbrię proceſſerit tanquam Delegatus hu-
ius Sacrę Congregationis; quia idem R. P. D.
Præſes Vmbriæ tam reſpectu R. P. D. Epiſ-
copi Tiburtini Iudicis in hac Cauſa ſpeciali-
ter à Papa conſtituti vigore particularis Cō-
miſſionis, quàm reſpectu Eminentiſs. D. Car-
dinalis Beuilacquæ S. Sedis Apoſtolicę à La-
tere Legati, ſemper erit Iudex inferior; Et in
omnem caſum ſufficit, quod non ſit Superior,
nec talis dici poſſit ad hoc vt in reuiſione di-
ctarum Sententiarum ſeſe ingerere legitimè
non potuerit.

Hinc ad merita Cauſæ deſcendendo, nulli
dubiũ eſſe poteſt, quod ſiue attendatur diſpo-
ſitio Iuris cōmunis, ſiue Sententiæ, & res iu-
dicata, vna cum ſubſequuta obſeruantia, di-
ctæ reaptationis onus Fulginatibus incũbat.

Si etenim de Iure loquimur, notiſſima eſt
22 & communiter recepta Concluſio, quod In-
terdictum refectionis Riparum datur aduer-
ſus Poſſidentes in illo Territorio, in quo
prædicta Riparum refectio facienda eſt, etiā
ſi refectio tendat in vtilitatem Territorij
adiacentis, optime *Ripa in leg. Quamuis num.
65. ff. de Fluminibus*, & pluribus comprobat
*Franc. de Angelis Auunculus meus in 2. Opuſcu-
lo poſt Tract.* de *Confeſſ. num. 25 & ſeqq. Cepoll.
de Seruit. Vrban. Prædior. cap. 4. num. 7.* vbi in
conſimilibus terminis firmat, quod Dominus
23 Appartamẽti ſuperioris Domus tenetur illud
proprijs ſumptibus conſeruare ne Dominus
Inferioris partis Domus damnum patiatur.

Si verò de Sententijs loquimur, certum
24 eſt, quod tam prima, quam ſecunda quæ-
ſtionem hanc apertè decidit imponẽdo onus
reaptādi Ripas illi Communitati, intra cuius
Territorium deuaſtatio contingit *Summ. dicto
num. 1. lit. C.*

Concurrente potiſſimum re iudicata, &
25 mutua promiſſione de ſeruando Sententiam
per viam Tranſactionis emiſſa Coram eo-
dem Cadinali Beuilacqua *Summ. dicto num.
2. lit. A. & B.* à qua reſilire neutra Pars po-
teſt, *Rot. deciſ. 654. num. 4. & deciſ. 774. num.
4. & deciſ. 777. num. 3. par. 18. recent tom. 2.*
pluribus exornat *Paul. de Rubeis in Diſcurſu
ad I. V. Doctores in princ partis 7. recent à num.
124. vſque ad 135.*

Addita rurſus obſeruantia in reaptando
26 dictas Ripas ſemper a Fulginatibus execu-
tioni demandata quoties caſus deuaſtationis
intra eius Territorium euenit tam poſt pri-
mam Sententiam, cum non exiſtat memo-
ria contrauentionis, quam etiam poſt ſecun-
dam Sententiam Cardinalis Beuilacquæ, de
qua plures originales Epiſtolas DD. Prio-
rum Communitatis Aduerſariæ exhibuimus
Summ. dicto num. 3. Quæ quidem obſeruan-

tia

tiã nedum omnem dubietatem, quæ exad-
uerso excogitari poſſet, explicat, & decla-
rat ad tradita per *Rot. deciſ.* 352. *num.* 29. *&*
30. *& prius num.* 20 *&* 21. *par.* 9. *tom.* 2. *re-
cent.* Sed & etiam cum illa ſit prorſus Imme-
morabilis, habito reſpectu ad primam Sen-
27 tentiam vti tribus ab hinc Seculis ſeruatã,
inducitur fauore Communitatis noſtræ Ius
omne melius quod excogitari poteſt iuxta
ea, quæ pluribus firmat *Card. de Luca de Be-
neſic. diſcur.* 32. *num.* 3. 7. *&* 8. *& de Canonic.
diſcurſ.* 11. *num.* 3. *& ſeqq. & alibi paſſim.*

Et ex his ſequitur, quod licet Ius noſtrum
28 æque clarum reddatur tam ſuper meritis,
quam ſuper Summariſſimo Poſſeſſorio; atta-
men denegatæ etiam manutentionem oſten-
dit certè grauamen adeo exorbitans, vt de
nullitate ſententiæ R. P. D. P. Præſidis Vm-
briæ dubitari neutiquam poſſit.

Poſita itaque aſſiſtentia boni Iuris fauore
29 Communitatis noſtræ, veniunt in neceſſa-
riam conſequentiam ceteræ noſtræ Inſtantiæ,
quas facimus; vt vltrà omnia, quæ diximus,
aſſiſtit pro reuocatione Mulctarum nullitas
exaduerſo commiſſa; ob non ſeruatam
formam a Doctoribus traditam, ſcilicet, quod
ad illas deueniri debeat ex iuſta Cauſa; &
præuia citatione ad dicendum Cauſam quare
quis mulctari non debeat per ea, quæ latè tra-
dit, *Ant. Canciol. in ſuis Reſolut. in verba Mul-
cta reſol.* 1. *num.* 6 7 *&* 9. *Egid. Boſſius in var.
tract. tit. Mulctis num* 7. *&* 8.

Item pro refectione damnorum, expenſa-
30 rum, & intereſſe, quæ ob dictam refectio-
nem non adimpletam Communitati noſtræ
obuenerunt, & in futurum euenire poterunt
quouſque factum repromiſſum non adim-
pleatur, eſt *Textus in l. Stipulationes* 22. *in or-
dine ff. de verbor. obligat. & dixit Rot. deciſ.* 353.
num. 19. *par.* 19. *recent. & Coram Burat. deciſ.*
808. *num.* 3. *& ſeqq. & coram Card. Celſa dec.*
319. *num.* 9. *& coram Arguelles deciſ.* 20. *num.*
108. *& ſeqq.*

Et demum pro ſolutione Pœnæ Contra-
31 uenientis adiectæ adſunt Sententiæ, *Summ.
dict. num.* 1 *lit. A, & dict. num.* 2 *lit. B.* quæ
Parti obſeruanti actionem tribuunt illas exi-
gendi, notiſſimis Iuribus.

Cæterum reſpondendo oppoſitionibus
exaduerſo fieri ſolitis, & ſignanter ad de-
32 cantatam regulam = Qui ſẽtit commodum,
debet & incommodum ſentire = Dicimus,
iſtam Caſui noſtro non applicari; quia vltra
quod ſpeciale eſt in Interdicto Refectionis
Riparum, quod ſcilicet iſtud procedat contra
Poſſidentes in illo loco, in quo Riparum de-
uaſtatio occurrit per ea, quæ ſupra diximus
§. Si etenim &c. Addimus vlterius, quod
Regula prædicta limitatur, attento ſpeciali
pacto inter partes inito prout *in caſu noſtro
Summario dicta num.* 2. *lit. B.* vt pluribus exẽ-
plificando tradit *Gloſ. ad Cap. qui ſentit §. de
Regul. Iuris in* 6. *verſ. & nota quod hæc regula
fallit &c.* Quibus omnibus ſuperaddimus alia
plura, quæ cumulat *idem de Angelis in dicto
Opuſculo a n.* 18. *vſque ad* 77 *ex gratia viden.*

Nec aduerſatur Repartimentum D. Com-
33 miſſarij Monaldi factum de Anno 1653. exad-
uerſo productum; Quia in tantum in eo
contribuit Communitas noſtra, in quantum
deuaſtatio ſecuta erat tam in Territorio
Fulginati quam Meuanati, vt expreſsè legi-
tur in dicto Repartimento *Summ. num.* 6. Vn-
dè nulla vis in eo facienda eſt fauore Com-
munitatis Aduerſariæ, vt patet ad ſenſum:

Prout nec etiam Ius aliquod exad. deduci
34 poteſt ex aſſ. Ordinamentis R. P. D. Iulij
Spinulæ emanat. de Anno 1650. ac R. P. D.
Maragani emanat. de Anno 1658. in Sum-
marium exaduerſo dandis: Quia præterquam
quod illa nuſquam fuerunt exhibita in forma
probanti, minuſque fuit vllo vnquam tem-
pore iuſtificatum, quod illa fuerit executio-
ni demandata, cum imo potius contrarium
apertè conuincatur ex litteris ſubſequenter
ſcriptis per Communitatem Aduerſariam
Communitati noſtræ *Summ. dict. num.* 3. *lit.
A. B. C. & D.*

Dicimus vlterius, quod quando etiam in
authenticam formam illa exiberentur, ad-
35 huc tamen in nihilo releuarent tanquam
emanata Parte non citata, nec aliquo modo
monita ad Iura ſua deducendum; Ideoq. in-
trat Concluſio, quod Ordinamenta de facto
facta nullum firmant ſtatum, nullam indu-
cunt obligationem, & nullo vnq uam tempo-
re tranſeunt in Iudicatum *Text.* eſt expreſſus
in l. 1. *ibique Gloſa, & toto tit. C. Communiat. Epi-
ſtol. Anton. ab Eccleſ. obſeru.* 102. *nu.* 1. *& ſeqq.
cum pluribus* latè congeſtis *per eundem de Ange-
lis in d.* 2. *Opuſculo impreſſ. poſt Tractat. de Con-
feſſion. num.* 170. *cum ſeqq.*

Et in omnem caſum ſemper verum erit,
36 quod illa non poterunt preualere Senten-
tijs, rei iudicatæ, & acceptationi cum obſer-
uantia, quas habemus.

Demum me habeo remiſſiuè ad ea, quæ
circa huiuſmodi differentias ſcripſit in de-
fenſionem Iurium Communis Patriæ *Idem de
Angelis Auunculus meus in dict. Opuſculo* pluries
per nos ſupra citatus exgratia videri. ſicque
a primo ad vltimum credimus Inſtantijs no-
ſtris annuẽdũ, prout humiliter ſupplicamus.

Quare &c.

Petrus Andreozzius.

SA-

SACRA CONGREGAT. AQVARVM.

Spoletana, ſeù Fulginaten prętenſæ Contributionis

Pro

Ill. Communitate Meuaniæ.

Contra

Ill. Communitatem Fulginei.

Facti.

Meuanien. pretenſæ Contributionis.

EMinentiſs.& Reuerendiſs.Domine.Illuſtriſs. Iudex tunc Vmbriæ Gubernator
quando per ſententiam obligauit poſſidentes in Territorio Meuaniæ ad contribuendum pro rata commodi adiacentiæ,attinentiæ, & aquępendentiæ, vt ſunt eius verba, expenſis, quæ fierent à Communitate Fulginei in reparationibus fluminis Topini, decurrentis prius alueo Superiore per Territorium Fulginatenſe, & poſtea inferiore alueo diſcurrentis per Territorium Meuaniæ, præ oculis habuit regulam, vt qui ſentit commodum, debeat ſentire incommodum, prout latius in eius Sententia *Summar. num. 6.* ſed
37 non reſpexit eam theſim hypotheſi non applicari, dum illa procedit reſpectu eorum, qui eodem iure, & gradu directè de commodo participant, ſecus ſi diuerſo Iure, gradu, indirectè,& potius neceſſitate naturæ, quam agentium præordinatione,de commodo participant, quia nullum incommodum ſentire debent, *Surd. conſ. 150. num. 87. Gratian. diſcept. 916. num. 36. Barboſ tract. var. de axiom. axiom. 44. num. 6. in fin. & Gloſſa magna pro pluribus limitationibus Textus in cap. qui Sentit ff. de regul. Iur. in 6.*

Hęc eſt hypotheſis controuerſa, quia non eodem iure, nec eodem gradu, nec directè Communitas Meuaniæ, in eiuſque Territorio poſſidentes participant de commodo fluminis reaptati a Fulginatibus, quoad ripas partis Superioris iſtorum Territorij, ſed diuerſis penitus gradu, modo, & Iure, & potius neceſſitate naturæ, ob decurſum Fluminis a parte Superiore ad inferiorem. Non enim Meuanenſes poſſident ripas Territorij Fulginatum, quæ veniunt in venditione pre-
38 diorum adiacentium, quæ venduntur a Dominis, qui poſſident in Agris Fulginatibus, recepto pretio etiam pro rata riparum, licet eorum vſus remaneat publicus *l. Flumina verſ. ripas Fluminum, & ibi DD. ff. de Flumin. §. Riparum Inſtitut. de rer diuiſion. Bartol. in Tiberiad. part. 1. §. Agro ſub num. 4. Rip. in l. quo minus num. 64. & ſeqq. & 67. ff. de Flumin Balzaran. de Feud lib. 2. tit. 56. quæ ſint regal V. Ripatta, num. 2. Surd. conſ 376. num. 1. & ſub num. 10. & ſeqq. Noguſan. Iun. quaſt. 456. nu 6. & ſeqq. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 16. à nu. 14. Cyriac. controu 121. à num. 4. Thomat. deciſ. 104. num. 1. & ſeqq. Capoll. de Seruitut. ruſtic. præd. cap 36. à nu 4. tractat. mag. tom 6 par. 2. optimè Pecch. de aquæduct. tom 4. quæſt. 90. nu. 4. & ſeqq. cum alijs per de Angel. poſt tract. de confeſſion. dict. opuſcul. 2. num 21. & ſeqq. Rot. recent. part. 3. deciſ. 687. num 7. in fin. & coram Ludou. dec. 168. num. 4 vbi adden. litt. C.*

Neque Meuanienſes habent commodum incrementi, & alluuionis, quæ contingunt per idem Flumen, quouſque diſcurrit, interſecans Agros, & Territorium Fulginatum, & iſtis tantum accreſcunt proximas ripas habentibus, ſicuti, & Inſula in flumine nata *l. 1. verſ. Illa enim Inſula ff. de flumin. l. adeo §. Preterea. & l. Inſula ff. de acquir. rer. domin & §. Inſula Inſtitut. de rer. diuiſion. Ceroll. de ſeruitut. ruſtic. præd. cap. 34. num. 3. Aymon de alluuion. lib. 2. cap 9. num. 15. cum alijs* pro defenſione Patriæ in hac Cauſa per *Angel. poſt tractat. de Confeſſion. dicto opuſcul. 2. & num. 27. Rota recent. par 4. tom. 2. deciſ 7. num. 4. & ſeqq. & par. 15. deciſ. 209. à num. 7 vſ. ue ad fin. & par. 16. deciſ. 111 per tot.*

Et proindè inter iſtos poſſidentes in terri-
39 torio Fulginate, quibus commodum riparum in venditione prediorum adiacentium, & incrementa, & alluuiones Fluminis eodem Iure, eiſdemque gradu, & modo directè contingunt, intrat regula, vt pro rata commodi ſentiant incommodum reparationum, quæ fiunt in eodem Territorio, non autem reſpectu Communitatis Meuaniæ, ibidemque poſſidentium, qui de iſtis commodis directè non participant, ad literam *Textus in l. per Iulianum C. de Immunitat. nemi-*

min. conced. lib. 10. ibi = per Bytiniam, cæ-
teraſque Prouincias poſſeſſores in reparatio-
ne publici aggeris, pro iugerum numero,
vel capitum, quæ poſſidere noſcuntur, dare
coguntur = & *in l. ergo* 30. *§. Alluuio ff. de ac-
quir. rer. domin.* ibi = Flumina enim cenſito-
rum vice funguntur = *vbi gloſ. V. Cenſitorum*
inquit eos eſſe ad Cenſum pro reparationi-
bus obligatos, qui Iura alluuionum habent,
*Rip. in l. quo minus num. 66. ff de Flumin. Coſt.
de ration. rat. quæſt. 28. num. 3. Pecch. de aquæ-
duct. tom. 4. quæſt 71. num 11. & ſeqq. latè de
Angelis in hac eadem Cauſa poſt tractat. de con-
feſſion. eod. opuſcul* 2. *nu.* 71. ex gratia viden.
& me ſcribente reſoluit *Rota in dicta Rauen-
naten. Reparationis Riparum 14. Martij 1689. §.
Denique coram bo. me. Rondinino*, in hæc ver-
ba omnem quæſtionem auferentia: denique
40 non aduerſatur, quod capitulationes diſpo-
nant dumtaxat de reaptandis ipſis Aquędu-
ctibus, non autem de Ripis illorum, ideo-
que reparationes riparum, & aggerum re-
maneant indeciſæ, & in diſpoſitione Iuris
communis mandantis illa refici per eos, qui
poſſident bona Ripæ adiacentia *l. vnic ff. de
Rip. munien. l. per Bytiniam C. de Immunitat.
nemin. conced. lib.* 10.

Indirectè enim contingit, & ex neceſſita-
41 te naturæ, non ex præordinatione agenti-
um, vt ex parte Superiore naturaliter diſcur-
rat aqua Fluminis in partem inferiorem
Territorij Meuaniæ, ideoque pars inferior
tenetur quidem decurrentis aquæ ſeruitu-
tem pati, ſed non reficere aggeres partis ſu-
perioris, alias damnum patiendo agit aduer-
ſus poſſeſſorem partis ſuperioris *l. & ſi forte §.
etiam ff. de Seruitut. gloſ. in l. 2. §. Item Varus
ait, ibidemque Caſtrenſ. ff de aqu. pluu. arcen. Bar-
tol. in l. 1. §. Deniq. ait num 9 in fin. ff. illo eod.
tit. cum alijs per Angel. poſt tract. de Confeſſion. d.
opuſcul 2. num. 35. è num. 70. & num. 206.*

Sic nempe videmus habentem manſiones
42 in ſuperiori parte Domus teneri proprijs
ſumptibus illā conſeruare, ne inferioris par-
tis Domus Dominus damnum patiatur, ne-
que iſte quidquam contribuit pro rata com-
modi, vt per *Capoll. de ſeruitut. vrb. prædior
cap. 41. num. 7.*

Alias enim confunderetur politica Gu-
43 bernatio, ſi Flumina longo inceſſu diſcur-
rentia non ſolum per Territoria locorum
conterminorum, ſed per integras Prouincias
exigerent, vt de gradu in gradum, iuxta
aquæ pendentiam, & pro rata commodi
Poſſeſſores contribuerent reparationibus,
quæ fierent in quacunque parte ſuperiori,
vt de Flumine Olei decurrente per agros
Brixianum, Bergomenſe, Cremonenſe, &
Mantuanum *Mont. de finib. cap. 24 num. 11.
tractat. magn. tom. 3. par. 2.* Vnde non ſolum
iuxta legalia principia, ſed etiam politica
inoleuit praxis, de qua teſtari poſſum in dua-
bus Legationibus Auenionis, & Æmiliæ, vt
vnaquæque Communitas indicat poſſidenti-
bus in ſuo Territorio pro reparationibus ri-
parum Fluminis in eo defluentis, ſed nunquā
altera Communitas, vel in alterius Territo-
rio poſſidentes ad eas contribuant, vt præ-
ter adductos *à de Angelis poſt tract. de Con-
feſſion. dicto opuſc. 2. num. 26. & ſeqq.* ex
gratia viden, quos non tranſcribo, ne
eius labori iniurius videar, adduco ſemper
reſtrictiuè ad Poſſeſſores in Territorio *Pere-
grin. conſ. 102. è num. 6. vol. 1. Cobell. in Bull.
Bon. Regim. cap. 28. è nu. 50.* & melius *Card.
de Luca ex gratia viden. de regal. diſc. 139 nu.
2. & ſeqq.* & reſoluit Sac. Congreg. Boni Re-
giminis, proponente R. P. D. Seuerolo, dum
Cummunitas Veliterna prętendebat, vt Al-
banenſis, Genzanenſis, Ariciæ, Caſtri Gan-
dulphi, & ſimiles contribuerent ad ſimiles
expenſas Pontis ſuper Flumine ob commo-
dum, & pro rata commodi in Veliterna die
Ottobis 1691. vbi dictum fuit, Communita-
tes non teneri.

Nec etiam reſpexit Illuſtriſs. Iudex tunc
44 Vmbriæ Gubernator, quod quatenus regu-
la Iuris alioquin huic hypotheſi inapplicabi-
lis, vt hucuſque probaui, quod qui ſentit
commodum, debeat ſentire incommodum,
in ea procedere poſſet, limitaretur tamen
diſpoſitio Iuris, ex duabus antiquiſſimis ſen-
tentijs in iudicatum tranſactis, quibus man-
datur, Communitatem, & Ciues Fulginaten-
ſes reaptare debere proprijs ſumptibus irru-
ptiones huius Fluminis Topini in eorum
Territorio, & Meuanienſes in proprio; quarū
altera eſt Epiſcopi Tiburtini ex Commiſſio-
ne ſpeciali Nicolai V. Anno 1447. & altera
eſt Cardinalis Beuilaquę tunc legati Peruſię,
& Vmbriæ anno 1610. Summ. num. 1. &
ſeqq. itaut aliæ non ſint partes Iudicis quàm
in exequendo, dum res iudicata facit de al-
bo nigrum *l. 1. ff de re iudicat.* cum Concor-
dantibus relatis *per de Angel. poſt tract. de Con-
feſſion. d. opuſcl. 2. è num. 36.* atque in termi-
nis ſimilium ſententiarum antiquarum ad-
duco *Peregrin. ex gratia viden. conſ 102. n. 16.
& ſeqq. vol. 1.*

Nec pariter reſpexit Illuſtriſs. Iudex tunc
45 Vmbriæ Gubernator circa hanc diſtributio-
nem, vt vnaquæque Communitas reaptaret
ripas, & irruptiones Fluminis Topini pro-
prijs Sumptibus in vnoquoque Territorio
diſtin-

Digitized by Google

diſtinctæ , habere pactum reciprocum , &
tranſactionem Solemnem in cōſpectu vtriu-
ſque populi , & coram prædicto Cardinali
Beuilacqua Legato à Latere , qui ſuo Chara-
ctere ſolemne pactum obſignauit Summ nu. 2.
litt. A ibi = Eſſendo ſeguita concordia , e
quietate le Parti = & Paulo poſt = Con que-
ſto però , che rompendo mai il fiume Topi-
46 no , ò alueo nuouo in quello di Foligno, ſia-
no tenuti eſſi di farlo = Pacta enim, & tran-
ſactiones in omnibus faciunt recedere à di-
ſpoſitione Iuris communis,ſi huic hypotheſi
47 aptaretur, & multo magis in materia Aqua-
rum , ad ſedandas contentiones Populorum
l. 1. §. finali ibi = Si autem lex non ſit agro
dicta = & ibi = ſi tamen lex agri non inue-
niatur ff. de aqu. pluu arcen. Menoch. conſ. 226.
num. 125. vbi quod his conuentionibus prin-
cipaliter ſtandum eſt , & in tract. de retinen.
poſſeſſ. remed.7. nu.29. Cepoll. de ſeruitut. ruſtic.
prædior. cap 4. num.90. verſ ego in hoc articulo,
Theſaur. dec. 245. num. 6. Gobb. de aqu. quæſt.
13. num. 19. cum alijs per Angel. poſt. tract. de
Confeſſion. in d. Opuſc. 2. num.41. & ſeqq. & nu.
220.& ſeqq. Rot. poſt. Zacch. de oblig. Cam.dec.
260. num.4. & in recen. par. 10. dec. 26. nu.
7. & coram Bichio dec. 291. num. 4. & coram
Priol. dec. 248. nu 3. & per tot. & in Bononien.
Aquarum 24. Aprilis 1684. §. minus autem co-
ram R P. D. Vrſino , & 7. Maij 1685. § finali
& per tot. coram R. P. D. Caccia . Et ſequendo
authoritatem ipſius de Angelis in hac Cauſa
loco mox adducto, me Scribente deciſum fu-
it , Rauennaten. reparationis Riparum 14. Martij
1689. §. Cum enim in Conuentionibus coram bon.
mem. Rondinino .

Denique prætermiſſit Illuſtriſs. Iudex ani-
48 maduertere obſeruantiam præſertim ab An-
no 1610. latæ ſententiæ a Card. Beuilacqua
legato in conſpectu vtriuſque Populi paci-
ſcentis ; & tranſigentis qua ſemper Commu-
nitas Fulginei,& eius poſſidentes ripas huius
Fluminis reaptarunt in proprio Territorio
proprijs eorum ſumptibus,& quod magis eſt,
vrgentibus ipſis Meuanienſibus , & iubenti-
bus Gubernatore Fulginei , & quod notan-
dum eſt , ipſo Magiſtratu Fulginate , vt latè
probatur Summ. num. 3. Obſeruantia autem
in materia Aquarum totum facit , quando
etiam eſt ſimplex , multo autem magis in
executionem duarum Sententiarum in Iudi-
catum tranſactarum , pacti, tranſactionis , &
concordiæ Populorum l. hac vice §. ſi aquam
verſ. Ductus aquæ ff de aqu. quotid. & æſtiu. l. 1.
§ final. ff de aqu. pluu arcen. Burſatt. conſ. 277.
num 6. Marcabrun. conſ. 59. num.26. Bim. conſ.
31. num. 16. Menoch. de retinen. poſſeſſ. remed.
7. num. 29. Cepoll. de ſeruitut ruſtic. præd. cap.
86. num 110. verſ. Tertium. Pecch. de aqueduct.
lib. 1 cap. 5 quæſt. 1. nu. 7 Gobb. de aqu. quæſt.
12. & num. 1. & qu. 19. num.19. Cyriac. contr.
179. num. 3. & contr. 576 num. 13. & 27.
Gat. diſcept 480 num.13. Tondut. reſol. ciuil.
88. num 9 part. 1. Giurb. obſer. 61. num. 15.
Barz. dec 57. num. 5 cum alijs per Angel. poſt
tract. de Confeſſion. dicto opuſc. 2. num 47. verſ.
verum etiam & à num 208 Rota apud Poſth. de
manutenen. dec. 213 num. 7. & in rec. part. 4.
tom. 2 dec. 425. num. 8. & par. 12. dec. 129.
num 4 & 35. & ſeqq. & par. 15. deciſ. 9 nu.
14 & deciſ. 252. num.4. & in dicta Rauennaten.
Reparationis Riparum 14. Martij 1689.§. Prædi-
cta autem, coram bon.mem. Rondinino, vbi quod
hæc obſeruantia eſt vnicè attendenda .

Neque hæc obſeruantia deſtruitur ex
49 quodam repartimento Commiſſarij Monal-
di , quia catenus contribuit Communitas
Meuaniæ, quatenus irruptio Fluminis conti-
gerat,non tam in Territorio Fulginei, quàm
50 Meuaniæ Sum. num. = Et iuſſiones R. P. D.
Spinulæ Anno 1650. & R. P. D. Marazzani
Anno 1658. nunquam fuerunt exhibitæ in
forma probante. Et tamen nullatenus atten-
di poſſent,ſi exhiberentur,tum quia emanaſ-
ſent Communitate Meuaniæ non citata,nec
audita contra Ius Pontificium , Cæſareum ,
& ipſum Diuinum , vt Geneſis 3. = vocauit
que Dominus Deus Adam , & dixit ei , vbi
es ? l. de vno quoque, ff. de re iudic. vbi commu-
niter D. D. cum notiſſimis apud Angel poſt
tract. de Confeſſion dicto opuſcul. 2. num. 170.&
ſeqq. Rota coram Caualer. dec 35. & coram Ro-
yas dec. 34. vbique à num 1. & paſſim in alijs .

Tum etiam quia agnita non exiſtentia in
51 forma authentica vel inſubſiſtentia iſtarum
Iuſſionum , quatenus adfuiſſent , non ſolum
quia Communitas Meuaniæ audita , & cita-
ta non fuit , ſed etiam quia fuiſſent contra
diſpoſitionem Iuris ab initio comprobatam ,
vt vnaquæque Communitas reaptet in ſuo
Territorio , & contra antiquiſſimas Senten-
tias , pactum , & tranſactionem ſolemnem
Populorum, illæ iuſſiones remanſerunt inef-
fectuatæ , dum ab Anno 1658. vſque ad præ-
ſentem diem ſemper reaptationes Riparum ,
& irruptionum Fluminis Topini factæ fue-
runt in Territorio Fulginate proprijs ſolis
ſumptibus poſſidentium in eo , & eiuſdem
Communitatis Fulginei Sum. eod num. 3 lit.
A, B, C, & D, vt in præciſis terminis Sen-
tentiæ ineffectuatæ Rot. Coram Carill. deciſ.
176. num. 9. & in rec. par. 9. deciſ. 321. num.
28. & num. 31. & par 12. deciſ. 50. num 5.

Præterea tam iuſſiones iſtorum Prælato-

52 rum, quàm moderni Iudicis tunc Gubernatoris Vmbriæ fuerunt non ſolum iniuſtæ, ſed nullæ ipſo Iure, veluti contra Sententias in Iudicatum tranſactas Epiſcopi Tiburtini, & Cardinalis Benilacquæ, quarum reuocatio facta non fuit, nec etiam primæ mentionem habuit modernus Iudex, & primam, eius meminit, non reuocauit, vt expreſſa reuocatione opus erat, prout videri poteſt Summ. num. 6. ad fin. quæ nullitas eſt adeo patens, vt nec eſſet neceſſe ab ea Sententia prouocare, inquit *Text. expreſſus in l. 1. vbi communiter DD. C. quand. prouocar. non eſt neceſſ. gloſ. final. in cap. inter Monaſticum, vbi Abbas num. 16. de Senten & re iudic. Cranett. conſ. 83. num. 4. Rot. apud Poſth. de manuten. deciſ 59. num. 2. & in recent. par. 7. deciſ. 223. num. 8. & Coram Caualer. deciſ. 31. pariter num. 1. & Coram Pen. deciſ. 904. num. 4 impreſſion. Lugdunen. & in Meleutana eiectionis 18. Martij 1675. § Nullitas Coram Illuſtriſs. Bourlemont, ac ſæpe in alijs.*

Et tamen etiamſi has duas ſententias ex-
53 preſsè reuocaſſet modernus Iudex, quarum vnius tantùm meminit incidenter, illas reuocare non potuiſſet, citra aliam nullitatem, quia hæc Sac. Congreg. ei commiſſit cognitionem diſsidiorum inter Fulginates, & Meuanienſes, ſed eum non conſtituit Iudicem à reſtitutionis in integrum aduerſus rem Iudicatam ex iſtis duabus Sentētijs inſurgentem, ideoque ſubſiſtere debebat, & exquirere ſenſum huius S. Congregationis, an eſſet concedenda reſtitutio in integrum Fulginatibus aduerſus antiquiſsimas iſtas Sententias in Iudicatum tranſactas, obſeruatas, & in pactum, ac ſolemnem Populorū cōcordiam deductas, ſine qua reſtitutione in integrum modernus Iudex Fulginates audire non poterat, ad literam *Tex. in l. 2. C. Senten. reſcind. non poſſ. Lancellot. de attentat. in præfation. par. 2. cap. 4. num. 258. Rot. Coram Card. Cerr. deciſ. 946. num. 15. & in recent. par. 16. deciſ. 31. num. 8.* & me ſcribente firmatum fuit *in Romana Locationis 21. Iunij 1688. §. tertio plurimum in fin. Coram R. P. D. Caccia.*

Quare &c.

Peregrinus Maſserius Aduoc.

Die Mercurij 30. Menſis Ianuarij 1692.
Proponente Eminentiſs. & Reuerendiſs. D.
D. CARDINALE MELLINO
Sacra Congregatio Aquarum reſcripſit
Dilata. Compulſetur Sententia Epiſcopi Tiburtini; coadducentur probationes ſuper Obſeruantia, & Commodo.



E' SACRAE CONGREGATIONIS AQVARVM

DESVMPTA ORACVLIS

ADDITAMENTA

AD ASTRÆALE PATROCINIVM SVPER FLVMINVM IVRIBVS

Poſt Tractatum de Confeſsionibus in II. Opuſcul. Tom I.

FRANCISCI

DE ANGELIS

I. C. MEVANATIS

Prothonot. Apoſtol. & Vicarij Generalis Spoletini ſub Recol. Memoriæ

ANTISTITE CARD.

FACHENETTO

SAC. COLLEG. APOST. DECANO.

Tuderti apud Vincentium Galaſsium.

Superiorum Permiſſu.

Digitized by Google

D. O. M.

THAVMATVRGO GREGORIO

P R Æ S V L I

Prophetis, & Apoſtolis Comparato.

INcomparabilibus redimito Virtutibus; Doctrina nemini ſecundo; Signis, Prodigijs, & Omnibus præſtantiſsimo: orationis efferueſcentia Montis Translatori; Paludum diſſidia cauſantium Ex ſiccatori: Lyci Fluminis mirabili Moderatori: inundantium Aquarum fatidico Baculo Cohibitori: Hęc ego Franciſcus de Angelis Meuanas Additamenta de Fluminibus.

Dò, Dico, humiliter Conſacro.

Eia, age Antiſtes Prodigioſiſſime, tuæ cœleſtis Doctrinæ Lumine Illorum expelle tenebras, quas, ne ſiet pro ratione voluntas, & in prorogandis Litibus pro Iuribus Aurum, protelare Tibi fas eſt; imò turgidum aduerſantium Prætenſionum Montem de longe transfer, vt penitus, penituſuè omnis eliminata remaneat Arrogatio. Cauilloſas, ex caritate, exicca Litigantium Paludes.

Infige ſuper Tupini Aggeribus mirabilem tuæ Potentiæ Baculum, vt perpetuo Baculus huiuſmodi limitaneus Aquarum vorticibus vireſcat: ſicuti in Lyco Fluuio, iam Cunctis admirantibus, effeciſti. Sicquè Aquarum cohibita inundatione: Arua vtrique Territorio in ſuo fructu quieſcant. Et ambo vnanimiter, iugiterque ſupremo Pacis Authori canant.

Diſſolue litis Vincula,
Adſtringe Pacis fœdera.

D. Ioannes Thomas de Barattis Iuris Vtriuſq; Doctor Meuanas, Illuſtriſsimæ Tuderti Ciuitatis Capitaneus Iuſtitiæ, ac hodierno tempore Progubernator, qui in Secundum Codicem, cui de Confeſsionibus inditus eſt titulus, non minori laude, quam induſtria à Reuerendiſs. D. Fraciſco de Angelis ſuo Affine elucubratum Typis mandandum ſedulam impendit Operam, tanto Operi, ex quo Victoria in Aquarum Litigio Eorum Patriæ à Sacra Aquarum Congregatione contra Fulginates adiudicata emanauit, aliquod, licet tenue Encomiorum Tributum non ab re indicauit ſequenti Epigramate contribuere.

Alluditur ANGELO Stemmatis gentilicij.

Rauca ſilent fora, nec clamor nunc Iudicis aures
Plus ferit, atq; refert aurea Secla Polus.
Iura typis mandat Franciſcus Legifer ecce,
Quæ iuſtæ cædunt gordia vincla Deæ,
Iſacidum ſoboles fœlicia ſecula duxit,
E Sinai vt Moſes iura verenda tulit.
Et nos optata ſecuri pace fruemur,
Dum modò fert leges ANGELVS iſte nouas?

SVM-

SVMMARIVM.

1 Nili feracitas in Egyptiacos campos.
2 Carmina Tibulli in miracula Nili.
3 Fluminum infortunia in noſtris partibus.
4 Aſtraa per venerabilium Patrum Purpuratum Cœtum in ſacra aquarum Congregatione Nili prodigia renoua in Eccleſiaſtica ditione.
5 Aquarum Congregatio inferiorum Iudicum audaciam compreſsit.
6 Aquarum Congregatio referta eſt omnibus virtutibus.
7 Congregatio Aquarum reducit Fluminum curſus ad ſuos Alueos, & ammiſſam fertilitatem reſtituit; & dicitur, quæ nam ſit ſapientia, & iuſtitia.
8 Meuania eo ipsò, quòd ingreditur Romanum Aquarum Areopagum præguſtatis cauſæ meritis, recipit Oracula.
9 Primæ Oraculorum parti obtemperatur per compulſationem Sententiæ Epiſcopi Tiburtini.
10 Compulſatiò ſolemnitèr eſt facta parte citata & præſertim interueniente, & coram Iudice Subdelegato.
11 Sententia, ſeù Scriptura ſolemniter vt ſupra extracta eandem vim habet cum originali licèt extracta ſit à publico ſumpto.
12 Præſertim ſi ſententia, ſeù Scriptura fuerit à partibus obſeruata.
13 Pro ſumpto de ſumpto præſumptiones, & adminicula etiàm ſufficiunt.
14 In Concurſu probationum eſt partis confeſſio, quæ excedit ſententiam, ſeù ſcripturam.
15 Particula ſententiæ R. P. D. Epiſcop. Tiburt.
16 Sententia Epiſcop. Tiburt. tanquàm Clara non indiget explicatione.
17 Antiquitas ſententiæ ex inſpectione eiuſdem magis eluceſcit, & omne dubium amouetur.
18 Publica Scriptura copia exemplata à Notario rogato gerit vicem Originalis.
19 Et probat ſicuti eſſet idem Originale, etiamſi Originale non intueatur.
20 Scriptura antiquiſſima non indiget recognitione.
21 Vna Sententia non reuocat aliam, niſi expreſſa fiat reuocatio, & redditur ratio.
22 Authoris Amor ergà Patriam non abhorret à Veritate, & ratio datur validiſſima.
23 Reddens cauſam probabilem, reddit cauſam certam cum ratione.
24 Sententia R. P. D. Nicolai eſt omninò directa, vt Meuanas Ager ſit indemnis ab Aquarum inundatione.
25 Cauſa alicuius obligationis exiſtente durat, & ipſa obligatio.
26 Ratio vbi eſt eadem, Iuris etiàm debet eſſe diſpoſitio.
27 Approbatio remouet locum dubitandi.
28 Pro Sententia ſemper præſumitur, ſignantèr quandò Sententia tranſitum fecerit in rem iudicatam.
29 Res iudicata habetur à lege pro veritate.
30 Res iudicata facit de Albo nigrum.
31 Duodecim Epiſtola ſcripta à Fulginati Magiſtratu, Meuanati ſuper Ripis Fluminis Tupini in Agro Fulginati deuaſtatis, quas Fulginas Magiſtratus per eaſdem litteras reſponſiuas reaptare promiſerit, quos effectus de Iure producant fauore Meuaniæ?
32 Obſeruantia reaptandi Ripas Tupini Fluminis in eorum Agro probatur contrà Fulginates ex vna dumtaxàt Epiſtola conſcripta à Fulginati Magiſtratu Meuanati.
33 Confeſſio facta in Epiſtola cuius ſit virtutis contrà Confitentem? & datur ratio.
34 Scribitur Epiſtola ex propoſito, & deliberato Animo, & probat ſignantèr ſi contineat promiſſionem eius, quod petitur.
35 Plures Epiſtolæ à Fulginatibus ſcriptæ in vnaquaque contingentia fractarum Riparum magis probant obſeruantiam in reaptandis Ripis, & obligationem Fulginatibus inſitam.
36 Confeſſio geminata habetur loco confeſſionis iudicialis.
37 Confeſſionum frequentatio quid arguat?
38 Ex Epiſtola, ſeù Epiſtolis reſponſiuis inſurgit ſtipulatio, & acceptatio.
39 Confeſſio eſt quaſi contractus, & ex hoc contractu quid inſurgat?
40 Confeſſio eſt maior, imò melior probatio.
41 Non eſt opus alia probatione, ſtante Partis Confeſſione.
42 Indignum eſt proprio Teſtimonio reſiſtere.
43 Plures Confeſſiones habent vim ſcripturæ, & publici inſtrumenti, & illius Vices ſupplent etiàm in caſu, quo Scriptura requiritur.
44 Teſtes nullitèr examinati faciunt tamen Veritatis Adminiculum.
45 Actuum frequentatio cum præambulo Titulo facta dicitur in executionem præcedentis Tituli, & adſiſtentia Iuris Communis.
46 Per Actuum multiplicationem excluditur actus facultatiuus, & includitur neceſſitatiuus.
47 Actus violenti, & ſolutiones meticulosè facta non inducunt præiudicium Sententiæ, & pactis fauore Meuaniæ.
48 Actus prædicti violenti etiamſi eſſent continuati per triginta annos nullum inducunt præiudicium.
49 Coactio, & metus non præſtant conſenſum.
50 Sententia Epiſcopi Tiburtini viget contrà Fulginates, & declarat, quod Meuanates recipiunt damnum ex non reaptatione effractarum Riparum Tupini, contràque Fulginates celerem præſcribit reparationem, ne damnum Meuanatibus inferatur.

51 Sen-

51 *Sententia prædicta eſt conformis Iuris Communis diſpoſitioni.*

52 *Accola inferior recipit Superioribus effractis Ripis damnum, & incommodum.*

53 *Damnum patitur is, qui commodum amittit.*

54 *Superior Dominus Domus ſuis ſumptibus tenetur reparare Superiorem partem Domus ruinoſæ.*

55 *Iure omni probibitum alterum ab altero poſſe lædi, & damnum recipere.*

56 *Damnorum refuſio indubitanter debetur poſt interpellationem.*

57 *Commodum reſultans fauore Fulginatum non eſt commune Meuanatibus.*

58 *Regula l. ſecundum Naturam, 10. ff. de Reg. Iur. quomodo procedat.*

59 *Commodum, & incommodum ſunt correſpectiua, & adinuicem regulantur ſuper eadem re.*

60 *Ad opus publicum tenentur Ciues, & Poſſeſſores Territorij, & declaratur, ac diſtinguitur.*

61 *Innixa his Iuribus Sacra Aquarum Congregatio ità reſcripſit Conſulibus Patriæ meæ vt reparare faciant proprijs ſumptibus Ripas Fluminum in eorum agro.*

62 *Commodum quando quis dicitur non ſentire, ſed ad commodum reintegrari, & reintegratio huiuſmodi cuius fiat ſumptibus?*

63 *Nemo grauandus eſt duplici onere.*

64 *Excauatio Fluminum, & Alueorum Funditùs Meuaniam extirpabit, aut fame necabit.*

65 *Quæ Virtus ſit ſuccurrere lapſis?*

66 *Recenſetur inundatio habita in Planitie Meuanati ſub die 19. & 20. Februarij 1692 ex Fulginatum culpa, qui ſuppreſſerunt Ripas Tupini Fluminis per Curruum tranſitus, & retranſitus ſuper ijſdem Ripis.*

67 *Diſpoſitio l. vnica C. de Nili Aggerib non rumpen. an habeat locum etiàm in alijs Fluminum Ripis?*

68 *Pœna Vigore d. l. vnica quomodo, & quandò contra alios Correos infligantur?*

69 *Epiſtola recol. mem. Card. Spinola fuit reuocata, & factum fuit reparamentum.*

70 *Maruzzoni ordinamenta confutantur, tanquàm de facto facta.*

71 *Actus non effectuatus, aut non iuridice effectuatus nihil poteſt in eſſe.*

72 *Vnus actus particularis minimè nocet vniuerſali.*

73 *Actus dum Vniuerſitatem tangit, Vniuerſaliter eſt approbandus.*

74 *Epiſtola Magiſtratus Fulginatis de Anno 1661. quid importet? contra repentina ordinamenta Marazzani? & fauore Meuaniæ an influat in Titulum?*

75 *Qui facere tenetur ſuis Sumptibus, obligatus eſt facere.*

76 *Obligatus ad faciendum tenetur ſuis ſumptibus facere.*

77 *Ea, quæ inſunt faciendis ex natura contractus, tacitum pro expreſſo gerunt.*

78 *Tacitum, & expreſſum an idem inter ſe operetur?*

79 *Sententia à parte acceptata cum obſeruantia repromiſſa tranſit in contractum.*

80 *Actus ſubſequti denotant, quid fuerit prius contractum & concluſum.*

81 *Interpretatio nulla melior, quam ea, quæ ab effectu ſubſequitur.*

82 *In contractu non ſolum Verborum ſonus, quàm effectus colligitur.*

83 *Ex Contractu pactum reſultat.*

84 *Pactum dicitur caſus legis, & nulla melior eſt iuſtitia, quàm pacta ſeruare.*

85 *A' Tranſact. no pacto nemini reſilire licet.*

86 *Pactorum, & Tranſactionis fidem ſeruare expedit humano generi, & ſuper hoc non derogat Princeps.*

87 *Expreſſum in vna parte an faciat quod non ſit expreſſum in alia?*

88 *Verba ad vnum effectum non referuntur ad alium.*

89 *Declaratio deſumitur ex conſimili Scriptura contenta, ſeù ſenſu.*

90 *Omnia remanent in Iuris diſpoſitione.*

91 *Teſtes de Vniuerſitate, etiamſi pro Vniuerſitate deponant, vt probent, quid requiratur?*

92 *Exceptio non adimplementi quomodò, & quandò locum habeat? & circà quid operetur?*

93 *Non reclamans per aliquem temporis curſum fatetur ex aduerſo fuiſſe adimpletum repromiſſum, & non eſt amplius locus tali exceptioni.*

94 *Quòt ſæcula ſunt elapſa à die ſententiæ latæ à Tiburtino Epiſcopo? & quod tempus à die pronunciatæ ſententiæ Card. Beuilacqua?*

95 *Ex temporis antiquitate præſumitur pro Iuſtitia Sententiæ etiam ſine actis.*

96 *Sententiæ antiquitatem redolentes executioni demandari debent.*

97 *Sufficienter dum aliàs fuiſſe ſententias executas doceatur.*

98 *Sententia lata contra expreſſum caſum legis eſt ipſo Iure nulla.*

99 *Expreſſus caſus legis quis dicatur, & quommodo in exequendo locum ſibi vendicat?*

100 *Sententia nulla, & notoriè iniuſta habetur pro non lata, & allegari non meretur, Et de Iuſtitia num. 101.*

ADDITAMEN.

AD SECVNDVM OPVSCVL.

DE FLVMINIBVS.

1 FOelices Ægypti Accolę, qui naturæ fru-
untur Miraculo, dum Nilus certis An-
ni temporibus ſuperfuſus Ripis Imbrium mi-
ram Campis fertilitatem infert, Vndè Ti-
bul. cecinit.

Te propter nullos Tellus ſua protulit Imbres
2 *Arida, nec pluuio ſupplicat Herba Ioui.*

In alijs Mundi Plagis infęlices Habitantes,
3 dum pluuiali in tempore erumpunt Flumi-
na, diruptiſque Aggeribus nec fœcundiſſi-
mum Aruis limum, ſicuti Nilus, inferunt,
ſed inferaciſſimum Saxorum Fimum: ſicque
à fertilitate ad Sterilitatem lętiſſima Prata
tranſeunt. Non nè infortunium huiuſmodi
vltimum deplorabile eſset excidiũ, ſi Aſtręa
4 tot, tantoſque pernicioſiſſimarum Aquarum
fluctus ſuo non compeſceret Imperio? certè
ſie. Verum quià in ſapientiſſimo almæ Vr-
bis Aquarum Areopago ſuper Aſtreæ ſolio
ſedent Purpurati conſcripti Patres, Hi Nili
5 prodigia renouant, iniuſtaq; Inferiorum lu-
dicum quomodolibet perpetrata euertunt
facinora: dum non minus doctrina; quàm
6 integritate, non minus integritate, quàm
ſedulitate, non minus ſedulitate, quam Ca-
ritate immutatos Fluminum curſus ad pro-
7 prium reducunt Alueum, & reducendo pri-
ſtinam, quocunque illato in partibus grà-
uamine amoto, Artis iam deperditam fer-
tilitatem redonant.

His Patria mea in Appellationis gradu à
ſententia R. P. D. Vmbriæ Præſidis, & A-
quarum Apoſtolici Delegati mirabiliter
8 freta Virtutibus in tantũ ingreſſa fuit Areo-
pagum, & ſupremus huiuſmodi ingenuo-
rum Patruum Cœtus, prægustatis cauſæ
meritis, vocibus his ſcriptis veneranda ape-
ruit Oracula = dilata. Compulſetur Sen-
tentia Epiſcopi Tiburtini, coadiuuentur
probationes ſuper Obſeruantia, & Com-
modo =

Horum Venerabilium Patrum Benigni-
tati innixus, debita ſempèr cum reuerentia,
ſuper prima huiuſmodi Reſcripti parte di-
9 cam, ſatis fuiſſe obtemperatum per compul-
ſationem Sententiæ recol. mem. Tiburtini
10 Epiſcopi, citata Parte, & interueniente
tranſumptatæ coram Iudice à Sac. Congreg.
Subdelegato, *Vbert. de mod. & ration. citan.*
par. 2. tit. de probator. formul. 12. cum ſeq.
Sicq; ſolemniter tranſũptatione interuenien-
te ad formam *Cap. fin. de fid. Inſtrum.* hæc
11 compulſata Sententia eamdem vim habet
cum Originali, vt in *dicto cap. fin. & Canon.*
notantes, Alex. VIII. Ottobon. deciſ. 122. num.
7. & 8. & Card. Cerr. deciſ. 275. nu. 18. tom. 1.
Rot. recent. part. 15. deciſ. 170. num. 2. & de
huiuſmodi Sententiæ ſumpto à publico ſum-
pto non eſt ambigendum, quià pro huiuſ-
modi Sententia concurrit etiam obſeruantia
12 tempore clar. mem. Card. Rondonini Epiſ-
copi Aſſienſis Aquarum in Vmbria Dele-
gati Apoſtolici, *vt in Sum. num.* *& Burat.*
docet deciſ 290. nu. 15. in Annot. & Priol. deciſ.
425. num. 10. & 11. pro cuius ſumpto de-
13 ſumpto ſi veriſimilitudines, & Adminicula
ſufficerent, iuxta tradita per *Burat. & Priol.*
ibidem ſupra, nos habemus etiam pro certi-
tudine eiuſdem Sententiæ aduerſæ Commu-
nitatis Confeſsionem in Actis emanatam,
14 *Sum. num.* dum aduerſus eamdem Senten-
tiam Tiburtini Epiſcopi eadem Pars aduer-
ſa reſtitutionem in integrum petijt: quæ
Confeſsio eſt omnium probationum optima,
vt diffuſe dixi *tom. 1. de Confeſ. & alibi in 2. tom.*

Quæ Nicolai cum ſit Fulginei pronuncia-
ta Sententia de Anno 1447. indict. 10. tem-
15 pore Pontificat. Nicolai V. die 25. Iunij, vt
ex Actis ſatis liquet conſcribam ſolummodo
eiuſdem Sententiæ ſubſtantialia ad cauſam
facientiã, nempe = Sententiamus, Decla-
ramus, præcipimus, Mandamus, & Con-
demnamus Communitatem, & Ciues Ful-
ginates ad Reaptandam, & reparandam
Rupturam Fluminis Tupini in eorum Ter-
ritorio exiſtentem dictorum Ciuium, & Cõ-
munitatis ſumptibus, laboribus, & expen-
ſis, & teneantur dicti Ciues reaptare, & re-
parare, ità, & taliter, quòd omnis inunda-
tio, & ſubmerſio iam occurſa penitus tolla-
tur, & ceſſet. Item mandamus, & Volu-
mus, quòd quælibet ſupradictarum Commu-
nitatum tàm Fulginei, qua Meuaniæ teneã-
tur, & debeant retinere curſus, & Meatus
Aquarum ſupradictorum Fluminum vſque
ad finem Territorij cuiuslibet Communita-
tis tantum, & non vltra purgatos, mundos,
liberos, & expeditos, lignaminibus, & la-
pidibus, ità quod de cæterò prædicta Flumi-
na nullum valeant inferre damnum Poſſeſ-
ſionibus Hominum ſupradictarum Commu-
nitatum, & aliorum Locorum conuicino-
rum; Et ſi vi Fluminum prędictorum aliqua
Ruptura occurreret, ex nunc, prout ex tunc
condemnamus illam Communitatem, intrà
cuius fines dicta Ruptura occurreret ad re-
parandum; Et quod talis reparatio ità citò

fiat,

fiat, & expediatur, quod damna aliqua ſe-
qui non poſsint ad declarationem noſtram,
aut Noſtrorum in officio Succeſsorum. Mã-
dantes dictis Ciuibus Fulginei, & Homini-
bus Communitatum præ ictarum, quate-
nus ſupradictis omnibus, vt ſupra, per nos
Sententiatis promulgatis, & declaratis ae-
quieſcant, & aequieſcere debeant, & in
nullo contrafacere dicere, reclamare, vel
venire ad pœnam, & ſub pœna mille duca-
torum Auri applicandorum pro medietate
Cameræ Apoſtul & pro alia dimidia parte
prædicta Obſeruanti, ſoluenda per Partem,
per quam huiuſmodi noſtræ Sententiæ quo-
modolibet fuerit contrafactum =

Hæc nitidiſsima, nulloque exceptionum
16 Velamine Sententia offuſcanda, ſi in men-
tem veniſſet tempore, quo Aſtræale Patro-
cinium pro Patria mea ſcripſi, fateor equi-
dem, quod, in lucem non edidiſſem; Quia
tàm in Facto, quam in Iure talis Sententia
eſt clara, & ea, quæ ſunt clara inualeſcunt
contraria, aliaque non indigent legali elu-
cubratiune, *Rot. Recen. par.* 18. *decis* 503. *nu.* 11.

Fruſtraque obijcitur, quòd non conſtet
de legalitate huiuſmodi Nicolai Sententiæ,
17 dum Contrarium apparet ex compulſatio-
ne, & indubitantèr ex publica forma eiuſdem
ſententiæ in Pergameno folio, quod ſub ocu-
lis etiàm E. E. V. V. proponetur, quatenus
E. E. V. V. ità annuere dignentur, & pro-
bata remanebit ex oculari inſpectione ſen-
tentiæ Antiquitas ab Annis 245. iuxtà Theo-
ricam, & Praxim, quam docet *Bidol. in prax.
A. C. par.* 1. *cap.* 12. *num.* 208. ex benignita-
te accurandus: ſicque erit eliminatum omne
18 dubium ſuper Sumpto de Sumpto; Cum
huiuſmodi Copia publica tanquàm extracta,
& exemplata in membraneo folio à Notario
Rogato valeat ſicùt Originale, & Originale
dicitur, *d. Cap. fin. vbi Canon.* & ſignantèr
Barboſ. num. 2. *de fid. Inſtrum. Rot. deciſ.* 348.
ſub num. 2. *poſt vol.* 2. *conſ. Farinac. & Recen.
par.* 4. *Tom.* 2. *deciſ,* 103. *num.* 1. *& ſeqq.* Pro-
19 batque etiamſi huiuſmodi Sententię Origi-
nale non inueniatur; cum hæc copia publica
pro Originale habeatur, *Gratian. diſcep. fo-
renſ* 877. *num.* 25. *Tom.* 5. *Andreol. controuerſ.*
6. *num.* 2. *& Otthob deciſ.* 251. *nu.* 52. *& ſeqq.*
20 imò ſtãte Antiquiſſimi temporis curſu præ-
dicta Copia publica ſententiæ recognitione
non indiget *Rot. Recent. par.* 16. *deciſ.* 163.
num. 18.

Nec ad propoſitum reſpondetur, quòd
21 per Sententiã Beuilacquæ ſit revocata Sen-
tentia Nicolai; quià in Sententia Beuilacquę
poſteriori ſolummodò reuocantur Inſtru-
mentà vt in §. eiuſdem Sententiæ incipienti,
Eſſendo ſeguita, ibi = non ſi poſſa nell'auue-
nire, ne dall'vna, ne dall'altre in Virtù dei
Inſtrumenti paſſati pretendere coſa alcuna
in materia di mantenimento dell'acque =
Non autèm revocatur aliqua ſententia, pro
cuius reuocatione indiuidua, & expreſſa fa-
ciendà eſt mentio, iuxta ea, quæ ſcripſi in
1. *Tom. de Confeſſ. Opuſcul.* 2. *nu.* 177. Signan-
tèr quandò Ius fuit quæſitum vnicuique de
Vniuerſate, in quo caſu ſingulorum conſen-
ſus, & non maioris partis Populi requiritur,
vt in his Terminis vniuerſitatis multis Rotę
deciſionibus comprobo *in d. meo* 2. *Opuſcul.
num.* 186. *&* 187.

In quo Opuſculo licèt dixerim ſcribere ad
22 Iura Patriæ meæ tuenda; Amor tamèn Pa-
triæ non minùs mè impulit, quam veritas in
ſcribendo; ſicque in eodem fateor Opuſculo,
num. 17. & 18. in illis verbis in contrarium
ſenſum a Parte aduerſa extortis, ibi = Ad
quam cauſam ſine temeritate probabilẽ red-
dendam = Iſta enim verba, omnis vir inge-
nuæ mentis fateri cogitur, quòd fuerint in-
ſcripta pro enucleanda veritate. Nàm dùm
23 ſcribens vult reddere cauſam probabilem ſi-
ne temeritate, vult reddere cauſam certam
cum ratione, & conſequentèr veram, vt in
his Terminis *D. Tho. in Theatr. Vit. human. in
V. Temeritas, verſ.* 2. *d. Thom. litt. T. Tom.* 7.
Cui R. P. D. Nicolai Sententiæ non aduer-
ſatur prętenſus in aliqua parte mutatus eiuſ-
dem Fluminis curſus; Quia ex Planta, quæ
datur, clarè liquet, e Parte Laterali Meua-
niam versùs meare Flumen in Agro Fulgi-
nati, in qua Riparum Parte euenerunt Ru-
pturæ ùt ex eiuſdem Plantæ Inſpectione;
huiuſmodique Rupturæ damnum intule-
runt, & inferunt Meuanati Inferiori Terri-
24 torio; & cum hæc Sententia ſit totalitèr di-
recta, vt Poſſeſſores Meuanates præſeruentur
Indemnes omni poſſibili celeritate, proùt
de eo tempore fuerunt præſeruati à quadam
Ruptura propè fines Meuaniæ, vt agnoſci-
mus ex eadem Sententia, §. nec non; taliſque
Obligatio Fulginatibus fuerit perpetuò in-
iuncta ob dictam Indemnitatis cauſam, hac
25 exiſtente cauſa, ſemper durat obligatio, *l.* 2.
C. de Alluuion. Gratian. diſcept. forenſ. 689. *nu.*
12. *Tom.* 4. *& Card. Cerr. deciſ.* 668. *num* 5.
26 *tom.* 3. Nam ratio vbi eſt eadem, Iuris diſpo-
ſitio eadem eſſe debet, *l. illud ff. ad l. Aquil. l.
ſi ſtipulauerit,* §. 2 *ff. ad l. Iul de Adulter.*

Eò magis quià hanc Nicolai ſententiam
27 etiam poſt Alueum eiuſdem Fluminis in
Parte mutatum approbarunt Fulginates. vt
per Epiſtolas Eminentiſs. Rondonini, &

luſtriſs. Circi Gubernatoris Fulginei eodem
Sum. n.2.3 & 4.& cõprobat *Rot. Recen par.*18.
*Tom 2. deciſ.*433. *n.*4. *& par* 19. *deciſ* 57. *n.*2.
vbi quod non ſit amplius locus dubitandi.

Hac expleta prima præfati Reſcripti
Parte, deuenio ad ſecundam ſuper ſententię
huiuſmodi, & alterius Clar. mem. Card. Be-
uilacquæ Obſeruantia, pro qua licèt incon-
28 cuſſa ſit præſumptio Iuris, & de Iure: cum
ambæ ſententiæ tranſitum fecerint in rem
iudicatam: Et res iudicata habetur à lege pro
29 veritate, *l. ingenuum, ff. de ſtat. homin. l. res
iudicata ff. de Reg. Iur. Menoch. de Præſumpt. lib.
2. præſumpt* 67. *num.* 47 *&* 48. *& Rot. coram
R. P. D. Priolo, deciſ.* 269. *n* 6. *&* 7. 376 *nu.* 13.
& deciſ. 414. *num.* 5. *&* 6 *& num.* 7. ſubdit,
30 quòd faciat de Albo Nigrum. Nihilominùs
31 duodecim Originalitèr producuntur reſpon-
ſiuæ Epiſtolæ ſcriptæ a Fulginati Magiſtra-
tu, ad Meuanates Conſules Sigillo Fulginię
Ciuitatis munitæ, & recognitæ vt in ſum. n.

Quarum vna dictarum Epiſtolarum re-
32 ſponſiuarum ſi de Iure eſt ſufficiens ad eam-
dem fauore Meuaniæ contra Fulgineum
probandam Obſeruantiam, attento quod in
Epiſtola, vel alia priuata Scriptura extraiu-
dicialis emanata Confeſſio valeat, præiudi-
33 cetque Confitenti tàm ſi fiat in præſentia,
quam in Abſentia; cum ſcriptura ſemper lo-
quatur, & eſt plus, quam geminata Confeſ-
34 ſio. Quia fit, concurrente maxima delibera-
tione, & meditatione, & conſequènter ple-
nè prob. t *ad Tex. in l. Publia Meuia* 26. *§. fin.
& ibi Gloſ. ff. depoſit. Card. Cerr. deciſ.* 101. *nu.*
3. *& ſeqq. Tom.* 1. *Rot. deciſ.* 172 *num.* 13. *&
deciſ.* 170. *num.* 1. *par.* 16. *recent. & Ego tom.*
1. *de Confeſſ. lib.* 1. *quæſt.* 8. *limit.* 9. *num.* 1. *&
ſeqq. vbi num.* 4. etiam in quolibet iudicio, &
n. 6. ſubdo aliam rationem; quia in Confeſſio-
ne in ſcriptis redacta voluntas, & intentio
Confitentis plenè conſumata dicitur.

Et Indubitantèr quia huiuſmodi Epiſtolæ
non ſolù ſunt ſcriptę ex propoſito, & delibe-
rato Animo, & clarè, ſed etiàm continent
explicitè promiſſionem eius, quòd petitur
Rot. part. 15 *recent. deciſ.* 345. *num.* 14.

Et Hæc Veritas eò magis augetur, quò
35 magis accedit pluſquàm duodecimus nu-
merus Epiſtolarum, huc vſquè non exhibita-
rum, niſi in duodecima quantitate conſcri-
ptarum à Fulginati Magiſtratu Meuaniæ
Conſulibus in vnaquaque contingentia Ru-
pturæ Riparum in Agro Fulginate euentæ.
Ex hoc igitùr ſcribētis modo inſurgunt pluſ-
36 quam geminatæ Confeſſiones, quæ gemina-
tæ ſi vim habent Confeſſionum iudicialium,
eò magis in vnaquaque contingentia, dum
37 conſimiles fuerunt Confeſſiones frequentatę
l. cum ſcimus 21. *C. de Agricol. & Cenſit. lib.* 11.
cum alijs plena manu relatis in *d. meo tract. d.
Confeſſ. Tom.* 1. *lib.* 1. *quæſt.* 8. *limit.* 4. *num.* 1.
& ſeqq. & ſupera ldo *Ioan. Emeric à Roſbach in
ſua prax. Ciuil. Tit.* 65. *de Confeſſ. nu.* 22. *verſ.
In iudicio, & nu.* 26. *& Card. Cerr. deciſ.* 294.
num. 10. *&* 11. *Tom.* 1.

Et notabilis eſt Ratio, quia ex Epiſtola,
38 ſeù Epiſtolis reſponſiuis inſurgit ſtipulatio,
& acceptatio *l.* 1. *§. ſiquis ità ff. de Verbor. Obli-
gat. & in §. prætereà, & §. quoties, Inſtit. de inu-
til. ſtipulat. quibus adhæret Rot. Recent par.* 16.
39 *deciſ.* 269. *nu.* 18. Etenim Confeſſio eſt qua-
ſi Contractus, & eò ipsò quod quis aliquid
fatetur, ſe obligat ad implendum id, quod fa-
tetur, vt *Ego probaui in eod. tract. quæſt.* 1. *nu.* 9.
40 *&* 13. vbi quòd Confeſſio ſit maior probatio,
imò omnibus melior, omnemque tollat du-
bitationem, *Cerr. deciſ.* 52. *num.* 10. *Tom* 1.
41 *& Ego in eadem quæſt.* 1. *num.* 12. quòd non ſit
opus alia probatione, dum vigeat Partis con-
42 feſſio, cum indignum ſit proprio teſtimonio
43 reſiſtere. Nam plures Confeſſiones habent
vim ſcripturæ, & publici Inſtrumenti, & il-
lorum vices ſupplent, etiam vbi ſcriptura de
neceſſitate requiritur *Card. Cerr. deciſ.* 26. *nu.*
6. *tom.* 1.

Attamen ad ſuperabundantem Adminicu-
latiuam probationem ex reuolutione pro-
ceſſus de partibus, & *Sum. nu.* dantur qua-
44 tuor Teſtes medio eorum Iuramento ta-
ctis &c. examinati à Iudice ad perpetuam rei
memoriam, & duę aliæ Atteſtationes ſignatę
lit A. ex quibus comprobantur reaptationes
in pluribus & diuerſis vicibus à Fulginatibus
factæ in eorum Agro proprijs ſumptibus ſu-
per locis controuerſis. Qui Teſtes licèt nul-
litèr examinati faciunt tamen veritatis Ad-
miniculum, *Rot. recent. part.* 1. *deciſ* 315. *nu.*
5. *deciſ.* 342. *num.* 7. *in fin. & deciſ* 4.6. *nu.* 6.
45 imò inſuperabilis reſultat probatio ob fre-
quentatiuos Actus dictarum Epiſtolarum, &
ſententiarum, vt ſupra, enunciatarum in Iu-
dicatum tranſactarum; qui Actus frequenta-
ti per tot vices, non voluntarij, ſed neceſſa-
rij dicuntur facti in executionem præceden-
tis Tit. ſi dictarum ſententiarum, & Aſſiſten-
tiæ Iuris Communis *Add. ad Greg. XV. deciſ.*
162. *num.* 15. *§. ex Actibus, verſ. Primò ſcien-
dum eſt, Rot. Recent. par.* 4. *Tom.* 1. *deciſ.* 400.
num. 4. *ergà finem d. num.* Et eſt ratio, quia
per Actuum multiplicationem excluditur
46 Actus facultatiuus, & includitur neceſſita-
tiuus, *Seraphin. deciſ* 212 *num.* 2. *&* 3.

Et quamquam Communitas Aduerſaria
habens in Partibus Iudicem Partialem, imò
Subdelegatum Proprium Conciuem aggre-
ga-

Digitized by Google

gatum diuerſis mulctis, & Granaminibus vſ-
que ad ſeuta 45. & vltra non minus nulliter,
quam indebitè contra Magiſtratum Noſtrũ
executis, tentauerit innouare, vt ſponte idē
Noſter Magiſtratus duos eligeret Homines,
qui indicarent Poſſeſſores Finitimi Meuana-
tis Territorij, vt Hi ad Collectam concurre-
rent in reaptationi Aggerum Tupini Flumi-
nis in Fulginati Agro Deuaſtatorum. Atta-
men Magiſtratus non imprudens comperiēs
id fieri ad tot, tantiſque frequentibus Acti-
bus, vt ſupra confeſſis, & executis præiudi-
cium inferendum, præuia proteſtatione, &
Appellatione a præfatis iniuſtis grauamini-
bus, vt in proceſſu Cauſæ ſatis liquet, *& in*
Sum. num. voluit potius coactè grauari,
quam ſponte Iuribus prædictis præiudicare,
ad Normam eorum, quæ ſanciuit *Rot coram*
Card. Celſo deciſ. 42. num. 13. & coram R.P.D.
Manzanedo deciſ. 126. num. 5. Et eſt viuiſsima
47 ratio a Magiſtratu noſtro habita quia Actus
violenti, & ſolutiones meticuloſe factæ nul-
lum inducunt præiudicium Sententijs, & pa-
ctis fauore Meuaniæ emanatis, & reſpectiuè
48 initis, nec præſcriptionem, quamquam
Actus, & ſolutiones eſſent continuatæ per
triginta annos continuos: quia coactio, &
49 Metus nullo vnquam tempore inducunt cō-
ſenſum in præiudicium Iuris Noſtræ Com-
munitati competentis, optime *Cyriac. Contr.*
Forenſ. 155. *per totam Tom. 1. & Anton. Gob.*
Var. tract. in tract. de Aquis quæſt. 29. n. 57. *&* 58.

Impoſita igitur vltima manu ſuper Re-
ſcripti ſecunda Parte accedo ad Tertiam ſu-
50 per prætenſo Commodo, quod Commodum
ſi a Meuanatibus inferioribus Accolis recipi
Fulginates prætendant per Riparum reapta-
tionem in eorum Superiori Fulginati Agro
factam, & faciendam, toto Cęlo aberrant,
& ſunt Fulginates omni redargutione digni.
Siquidem ex relata Sententia bon. mem. E-
piſcop. Tiburt. contrarium deciditur, ibi =
quod quælibet ſupradictarum Communita-
tum, tam Fulginei, quam Meuaniæ tenean-
tur, & debeant retinere curſum, & Meatus
Aquarum ſupradictorum Fluminum vſque
ad finem TERRITORII cuiuslibet Commu-
nitatis tantum, & non vltra purgatos, mun-
dos, liberus, & expeditos; ità vt de cætero
prædicta Flumina nullum valeant inferre
DAMNVM Poſſeſſoribus Hominum ſupra-
dictarum Communitatum, & aliorum Lo-
corum conuicinorum = Et vlterius iterum
ad caſum eadem ſententia ſubdit, ibi = Et ſi
Vi Fluminum prædictorum aliqua Ruptura
occurret, ex nunc, prout ex tunc condem-
namus illam Communitatem infra cuius
FINES dicta Ruptura occurret ad reparan-
dum, & quod talis Reparatio tàm citò fiat,
& expediatur, quod DAMNA aliqua ſequi
non poſsint =

Hæc Sententia litteris cubitalibus confor-
51 mis eſt Iuris communis diſpoſitioni, vt in
l. 1. ff. ne quid in Flumin. public. Ripaue fiat &c.
§. quod autem ait, in V. & generaliter ibi = Et
Generaliter dicendum eſt, ita demum inter-
dicto Quem teneri, ſi muratur Aquæ curſus
per hoc, quod factum eſt: dum vel depreſ-
ſior, vel Altior fiat Aqua, ac per hoc rapi-
dior ſit cum INCOMMODO ACCOLEN-
TIVM: & ſi quid aliud Vitij Accolæ ex fa-
cto eius, qui conuenitur, ſenſerint, interdi-
cto Locus erit = Et etiam *in l. 2. §. Merito,*
in V. DAMNVM autem, ibi = DAMNVM
autem peti videtur, qui COMMODVM
amittit = *ff. ne quid in loc. public. & Gratian.*
diſcept. Forenſ. cap. 480. *à num.* 7. *vſque ad fin.*
& ſignanter *num.* 11. *Tom.* 3. & alios adduxi
D. D. in meo 2. Opuſcul. poſt tract. de Confeſsion.
num. 24. *cum ſeq. ſeq. Tom.* 1.

Conſequenter tam in vim dictæ Sententiæ
Epiſcopi Tiburtini, & Iudicis vtriuſque Par-
52 tis Ordinarij, quàm Iuris Communis reſpe-
ctu Meuanatum, qui recipiunt ingentiſsimā
Aquarum inundationem cauſatam a Ruptu-
53 ris in Agro Fulginati ſuperiori appellatus
INCOMMODVM, & Damnum: ſicque ad
Nullum ſuis ſumptibus Meuanates tenentur
54 in Agro Fulginati, ad inſtar etiam domus
ruinoſæ in parte ſuperiori quæ ſuis ſumpti-
bus reaptari debet à Domino ſuperioris par-
tis, ne officiat inferiori Domino, *Capol. de*
Seruit. Vrban. præd. cap. 41. *num.* 7. *& Sabel.*
Var. reſolut. cap. 16. *num.* 10. Imò Meuanates
cum non teneantur ad aliquam contributio-
nem pro reparandis Ripis ſuperioribus in
campo Fulginati, repetere etiam debent ma-
xima DAMMA, quæ paſsi fuere, & patiun-
tur ob horrendam Imbrium Inundationem,
vna cum pecunijs coactè exburſatis (Iniuſtiſ-
ſima Collectæ contributione mediante) cum
55 certum ſit, quòd nullum Ius permittit
Alterum ab Altero poſſe lædi & damna re-
cipere, *ad Tex. rotundum in l. Non debet Alteri*
75. *ff. de Reg. Iur. & Cap. damnum* 86. *&* 161.
Canon. notant. de Reg. Iur. in 6. *Cyriac. controu.*
165 *num.* 17. *cum ſeqq Tom.* 1. *& contr.* 587.
num. 54. *&* 55. *& ſeq. & contr.* 6.9 *num* 4.
Tom. 4. & in his terminis ſignanter Stante
56 interpellatione facta a mea Communitate
contra Aduerſariam Vniuerſitatem, vt in
proceſſu de Partibus apparet, refundi debe-
re Damna, & reſtitui pecunias indebitè ſo-
lutas docet nos *Pecch. de Aquaduct. Tom.* 2.
cap. 9.

Digitized by Google

cap. 9 in prima queſt. à num. 55. ferè vſque ad
finem, & accurandus num. 57. cum ſeqq. & Rot.
coram R. P. Priolo deciſ. 259. num. 4. & 5.

Commodum enim, vt ex contextibus At-
57 teſtationibus ſignatis *lit. B. & Sum. num.*
Fulginates in eorum Agro a Ripis dicti Tu-
pini Fiuminis recipiunt, non ſolum per Ar-
bores aptas Aedificijs, Vuas, & alios Fru-
ctus, ſed per Gabellam paſſus, quæ in ſibi-
lum Meuanatibus proficiunt: ſic contra Ip-
58 ſos intrat Regula *l. ſecundũ Naturam* 10. *ff. de*
Reg. Iur. nempe vbi recipiunt commodum, ſic
& ibi ſubire debent incommodum, vt in
his Terminis *Cobel. ad Bul. Bon. Regim. cap. 28.*
num. 244. cum ſeqq. Pignattel. Tom. 1. conſul-
tat 50 *& Cyriac. Tom. 3. contr. 442. num. 51.*
vbi 52. Subdit quod Commodum, & incom-
59 modum ſunt curreſpectiua, & regulantur
ad inuicem ſuper eadem re, & non ſuper di-
uerſa; & ad propoſitum exemplificat *Hiero-*
nymus de Monte Tract. Fin. Regun. cap 24. num.
5. & melius ſuper dicta correſpectiuitate
multa colliguntur *ex Gloſ. in Regul.* 55. *de*
Reg Iur. in 6.

Nam comperti Iuris eſt; quòd ad opus pu-
60 blicum faciendum, vt ſunt Aggeres Flumi-
num, tenentur ſolummodo Ciues, & Inco-
læ illius Ciuitatis Poſſeſſores Territorij, in
quo opus eſt faciendum, *Tex. in l. ad Portus*
6. & l. Omnes 12. *C. de Oper. publ. & optime*
etiam in l. cum neque 4. C. lib. 10. *tit. de Incol.*
& vbi &c. ibi = Cum neque Originales, ne-
que Incolas vos eſſe memoratis ob ſolam do-
mum, vel Poſſeſſionem, licèt ex ſubſtantia
deucurionis acquiſita ſit cauſa, Publici Iuris
Authoritas muneribus ſubiugari vos non ſi-
net = vbi *Gloſ. in V. Muneribus*, declarat hunc
textũ procedere in muneribus perſonalibus;
ſecus eſt in realibus, pro quibus, etiamſi non
ſit Ciuis, & Incola, tenetur Poſſeſſor pro
quantitate bonorum poſſeſſorum, & egregiè
ſtatuit *text. in Authentico de Regulis* §. *ad hæc*
ſancimus, ibi = dùm ſub illa poſſident Ciui-
tate, ſub qua tale ſit opus = *In Tit. de Eccle-*
ſiaſtic. Tit. & priuileg. Collation. 9. Et aſſenti-
tur *Azo in ſum. Codicis, Rubric. de muner. Pa-*
trimon. lib 10. *num.* 4 *pag. mihi* 47. & melius
in Rubric. de quib. muner. vel præſtat. pag 9. *mihi*
951. *in* 2. *Col. nu.* 3. & diffusè *Cobel. in præcit.*
Comment. cap. 8. *num.* 48. *& ſeqq.* vbi *num.* 49.
verſ. hæc autèm, declarat procedere in refe-
ctione magno ſumptu indigente, aliàs ſi par-
uo expediri commodè poteſt, non de Publi-
co eſt agendum, ſed ad eum, qui Terrulam
coniunctam habet. Nam qui conſequtus eſt
commoditatem ex Loco, reficere debet. Et
in præfatis terminis *dictæ legis ad Portus, & d.*
l. Omnes, loquitur *Text. in l. Per Bithyniam* 2.
C. de Immunitate nemini conceden. lib. 10. vt eli-
citur ex *Gloſ. ibidem in V. muneribus, & Bart.*
nu. 3. quem Textum impugnant domini mei
ex aduerſo ſcribentes, ſed non expugnant,
Quia in Terminis noſtris inalterabilia ſunt
Oracula *Text. in præcit. lege prima, §. quod au-*
tem ait V. Et generaliter, ff. ne quid in Flumin.
public. &c. vt ſupra de Verbo in Verbum cõſcri-
pſi, quæ ex Benignitate ſupplicamus aduerti
fauore Noſtræ Communitatis in inferiori
Agro bona Poſſidentis.

Quapropter his Iuribus Iſta ſacra Con-
61 gregatio ſuffulcta per R. P. D. Caetanum,
tunc Vmbriæ Præſidem, vt ex Epiſtola,
quæ Originaliter producitur, ſic reſcribere
fecit Meuanatibus Conſulibus.

Foris. Alli Molto Magnifici come Fratelli
li Conſoli di Beuagna. *Intus verò.*

MOlto Magnifici come Fratelli: La Sacrà
Congregatione dell'Acque moſtra ha-
uere intentione, che le Rotture delli Fiumi
ſi accomodino dalle Communità, nel cui
Territorio ſono le Rotture alle ſpeſe delli
Addiacenti, ſenza che v'habbiano a concor-
rere l'Altre Communità conuicine, ancorche
ne ſentiſſero vtile; Et però ſenza mandare il
negotio più in lungo, potranno le S.S. V.V.
mettere all'incanto, Chi voleſſe offerire, e
ſtabilirlo à chi farà megliore partito: alche
ſaranno taſſati tutti gli Aggiacenti propor-
tionatamente, e forzati à contribuire. Che
quanto deuo dirli, e le Auguro proſperità.
di Perugia 21. Luglio 1648.
delle S. S. V. V.

Come Fratello

G. Caetano Gouern.

Quæ verba eiuſdem Epiſtolæ ibi = An-
62 corche ne ſentiſſero Vtile = Corroborant
ea, quæ ſcripſi *in d. meo* 2. *Opuſcul. num.* 26.
Verſ. proinde debet: Siquidem dum quis paſ-
ſus fuit damnum ex Superiori Territorio, &
per reaptationem a damnis ceſſetur, tunc Is,
qui paſſus fuit detrimentum, non dicitur
commodum ſentire ex ceſſatis damnis, ſed
in commodum alias, & ſemper prius habi-
tum, & Alicuius culpa ablatum reintegrari
ad terminos *Text. in præcitata lege* 2. § *merito,*
in V. damnum autèm: Sicque huiuſmodi rein-
tegratio nõ ſit ſumptibus illius, ſed illorum
qui damna paſſi fuerunt, ſed illius, aut illo-
rum, qui damnum intulerunt, *præcit. §. me-*
rito,

vito, *Rot. Recent. par.* 18. *Tom.* 2. *deciſ.* 598.
num 16. *& par.* 19 *deciſ.* 807. *num.* 2. *& ſeqq.*
63 Cum in bono Iure non ſit Superaddenda Af-
flictio Afflicto, *l. Nauis*, *§. cum autem ff. ad l.*
Rhod. de Iact. l. Diuus Marcus, in princ. ff. de Of-
fic. Præſid. Et id indubitanter etiam procedit,
quia Patria mea in eodem Flumine finitimũ
habet ſubſequens Territorium maioris in illa
Parte Longitudinis, & cogitur idem Flumen
de Iure, & ad formam eiuſdem Nicolai ſen-
tentiæ expurgare, munire, & reaptare; &
conſequenter plura eodem tempore onera
ſubire fas non eſt, cùm a duplicibus One-
ribus Iura abhorreant, *l. ſi cum dotem*, *§. ſi Pa-*
ter, *ff. ſolut. Matrim. & in d. l. Nauis* Imo Co-
arctatur ad ſcauamentum Alterius Fluminis
64 Timiæ, cæterorumq Torrentium, & Alue-
orum, Hisq excauamentis, & D. Comiſ-
ſarij Propinis funditus excauabitur, ſicq. ex
omnibus partibus miſerrima afflicta Patria
derelinquet ſedem ſuam, aut in ea Habitan-
tes acutiſſimo famis gladio peribunt.

65 Regia, crede mihi, fas eſt ſuccurrere Lapſis:
Vt Lapſi ſurgant ſemper ab interitu,
Hiſque triumphantes perſiſtant tempore in omni:
Reddantur Grates iugitèr atque Deo.

Huiuſmodíque Clementiam dignentur
66 B. B. V. V. elargiri, peculiariter quia ſub
die 19. & 20. Februarij, 1692. rapidiſſimum
Flumen Tupinus violenter erupit, Vaſtiſſi-
mamque noſtram inundauit feraciſſimam
Planitiem. & in hoc tempore, & per plures
ſequentes Annos non erunt alij fructus, niſi
Natiuitatis, Heù nos infelices? exclaman-
dum eſt cum *Habacuc. in Cantic. cap.* 3. ibi =
Nunquid in Fluminibus iratus eſt Dominus?
aut in Fluminibus furor tuus?
Et dum Curruum vſus ſuper eiſdem Ripis,
vt ex Atteſtationibus trium Teſtium ſignatis
lit. A, Fulginatibus non prohibetur, dicti
67 Aggeres Conſumabuntur, & ſuper eiſdem
Curribus Riparum deuaſtatio triumphabit;
ſicque fiet locus pœnis *l. vnica*, *C. de Nili*
Agger. Rumpen. & Aucta erit culpa Fulgina-
tum pro damnis Meuanatibus illatis, refun-
dendis, Siquidem ex *Gloſ. in d. l. vnica in V.*
conſcijs, pœnæ inflictæ per d. legem, locum
68 habent etiam in alijs Fluminibus, & grada-
tim pœnæ prædictæ irrogantur, iuxta faci-
noris qualitates, vt diſtinguit *Bartol. in l. ſi is,*
qui opem ff. de Furt. & Refert. in eadem l. vnica,
& diffuſe ibidem etiam Bal. ſed diſtinguit opti-
me *Cepol. tract. de ſeruit. Ruſtic. Præd. Tit. Ag-*
ger. Cap. 37. *num.* 7. *&* 8. vbi etiam in puncto
Incidentis Arbores in Ripis exiſtentes loqui-
tur.
Quibus, vt ſupra firmatis in Nihilum
69 aduerſatur Epiſtola de Anno 1650. die 2. Oc-
tobris exarata à Card. Iulio Spinola tunc Pe-
ruſiæ Gubernatore, quia poſtmodum de An-
no 1653. ſuccedente in Peruſinum Guberni-
um R. P. D Gallio Sacrum Aquarum Tribu-
nal eidem Gallio reſcripſit, vt ſuper contro-
uerſijs inter huiuſmodi Communitates ver-
tentibus Peritum deputaret, prout deputauit
D. Franciſcum Mariam Monaldum Gual-
denſem, à quo facto acceſſu ad Locum diffe-
rentiæ fuerunt repertæ rupturæ Tupini in
Confinio vtriuſque Territorij, & idem D.
Monaldus contribuere mandauit Communi-
tatem Meuaniæ pro rata ſui Territorij, &
Fulginei pro altera rata ſui Agri, vt ex reuo-
lutione proceſſus de Partibus Fol. 12. 13. iux-
ta productionem factam à Communitate
aduerſaria ibi = Collecta per il reattamento
ſeguito nelli Territorij di Foligno, e Beua-
gna al Ponte della Paglia = Sicque Meuania
pro ſuo, & non pro Fulginati Agro con-
tribuit.
Minuſuè releuant quædam prætenſa Or-
70 dinamenta Reuerenisſ. P. Marazzani de An-
no 1657. exaduerſo producta; non ſolum
ob rationes luculenter exaratas in eodem
meo ſecundo Opuſcul. num. 170. cum ſeqq.
ex gratia recognoſcendas: Verum etiàm quia
ſi de Marazzani Facultatibus doceretur, &
de eiſdem ordinamentis in forma probanti,
adhuc tanquam de facto facta deſeruirent de
vento contra dict. duas Sententias, vt habe-
mus lucidiſſimis notis per *Text. in l.* 1. *cum*
ſeqq. C. Comminat. Epiſtol. Program. ſubſcrit. &
bene Ioan Anton. de Eccleſ. in ſua obſeruat. 102.
num. 1. *& ſeqq.*
Sed ſuppoſito per hipoteſym, non autem
conceſſo, quod prædicta omnia iuſtificaren-
tur, nihilominus non potuerunt effectum
ſortiri ſecundum formam dict. l. 1. cum ſeqq.
& conſequenter remanſerunt nullius effica-
ciæ; & eſt ratio quia dictorum prætenſorum
ordinamentorum, non iuſtificatur executio.
71 Sicque certum eſt, quod Actus ineffectuatus,
vel non iuridice effectuatus nihil ponit in eſ-
ſe, *Rot. recen. par.* 18. *Tom.* 1. *deciſ.* 279. *num.*
14. *& part.* 19. *deciſ* 381. *num* 17. & prius ad
propoſitum *part.* 16. *recent. deciſ.* 242. *nu.* 16.
Et vt aliquid ponat talis Actus in eſſe, non
72 debet eſſe particularis, ſed vniuerſalis, &
vnanimiter, ac concorditer geſtus, ad tra-
dita per *Cobel. ad Bul. bon. Regimin. cap.* 28 *nu.*
69. *&* 70. Nam quod omnes tangit debet ab
73 omnibus approbari vt *in Regula* 29. *vbi Bar-*
boſ.

Digitized by Google

boſ. num. 3. & 4 de Reg. Iur. in 6.
Et dum ſupponitur Ordinamenta Maraz-
zani emanaſſe de Anno 1657. poſtmodū ve-
ro die 2. Aprilis 1661. Præfatus Fulginas
Magiſtratus ſcripſit infraſcriptam reſponſi-
uam Epiſtolam Meuaniæ Conſulibus in
Actis productam, & recognitam Tenoris,
vt infra.

Molt. Ill. Sig. Noſtri Oſſeruandiſs.

74 SEntiamo dalla loro gentiliſſima il ricor-
ſo hauto da Particolari di coteſta Terra
per la Rottura fatta dal Topino, come le
S. S. V. V. dicono, vicino i beni delli Sig.
Cantagalli di qui: e ciò habbia inondati alcu-
ni Terreni di coteſta Terra; e perche non è
giuſto, che li medemi riceuino danno da tale
Rottura s'accertino le S. S. V. V. che con
ogni celerità ſi darà oportuno remedio allo
accomodamento. In tanto rendiamo infini-
te grate alle S. S. V. V. dell'auuiſo datoci,
certi, che li corriſponderemo in queſta, &
in ogni altra occaſione, ch'è il fine, con che
reſtiamo,

delle S. S. V. V.

Foligno 2. Aprile 1661.

Affettionatiſs. Seruit. Li Priori.

Prædicta igitur Epiſtolæ Verba = e Per-
che non è giuſto, che i medemi riceuano dā-
no da tale Rottura = denotant confeſſa-
tam Actionem Meuanatibus competentem
contra Fulginates, hiſque Confeſſionis Ver-
bis Fulginates iterum confirmant bonum Ius
Communitati meæ aſſiſtens, tam in vim pre-
dictarum ſententiarum, quam Iuris Commu-
nis; Quia hic Actus influit in Titulum, *vt ex
D. D. ſuprallegatis, & ſuperaddo Rot. coram
R. P. Priolo deciſ. 275. num. 7.*
Nec vlterius eſt ſubſiſtentię aliud à Fulgina-
tibus excitatum obiectum, quòd ſententia
Cardinalis Beuilacquæ non præſcribat, cuius
ſumptibus in Fulginati Agro ſint Rupturæ
reparandæ cum ſufficiat dixiſſe ibi = Rom-
pendo mai il Fiume Topino, ò Alueo nuo-
uo in quello di Fuligno ſiano tenuti Eſſi di
farlo = Qui nouus Alueus in Agro Meuana-
ti fuit de Anno 1600. 19. Aprilis factus Per
appaltum Domino Pannonio Ciccarello, vt
ex Inſtrumento in Cancellaria Conſulari.
Verba igitur prædicta = ſiano tenuti Eſſi di
75 farlo = ſunt verba obligatiua illius ſcilicet
Fulgineæ Communitatis proprijs ſumptibus
cui fuit iniunctum onus faciendi. Nàm in
obligatione facti, ſi factum non impleatur,
ſuccedit obligatio ad intereſſe, ſcilicet ad
exburſandam pecuniam; Quia factum repro-
miſſum faciendum & non factum ſit ſumpti-
bus illius, qui tenetur facere, & iniunctum
76 eſt, vt fiat, Tex. ſatis Rotundus in *l. Stipu-
lationes non diuiduntur 72 ff de verbor. obligat.*
ibi = Si quid faciendum aliquis ſtipulatus ſit,
vt puta fundum tradi, vel foſſam fodi, vel
Inſulam fabricari, vel Operas, vel quid ſimi-
le, ſi non fuerit factum, pecuniam dari opor-
tere = *& Mantic. de tacit. & ambig. conuent.
Tom. 1. lib. 4. Tit. 33. num. 4. & Tom. 2 lib.
14 Tit. 22. num. 2. & Merlin. deciſ. 666. nu. 1.
Tom. 2. & Rot. Recent. part. 19 deciſ. 207.
num. 1. & ſeqq.*
Et eſt palpabilis ratio, quià non opus eſt
expreſſione cuius ſcilicet ſumptibus ſit facien-
dum dum Aliquis quicquam Facere tenetur.
77 Etenim ea, quæ inſunt faciendis, tacitum ex
natura contractus pro expreſſo habent. Cum
78 in his caſibus plus non operetur expreſſum,
quàm tacitum. Et non omiſſum & cōprehen-
ſum remanet, *l. cum quid, 3 ff. ſi cert. petat.
& bene Bartol. declarat in l. quicquid 99 num.
2 in V. tunc ff. de Verbor. obligat. Et Mantic. d.
tract. tom. 2. lib. 6. tit. 2. num. 13. & lib. 6. tit.
20 num. 46.* Et Conſequenter concludendum
eſt. quod potentius ſit factum legis, quam
Hominis, *Poſt. de Manuten obſeruat. 55. num.
84 poſt. princ. pag. mihi. 206.*
Et cum Sententia Nicolai Tiburtini Epiſ-
copi, & Iudicis vtriuſq; Partis Ordinarij ſit
munita pœna in caſu quocunque inobſeruan-
tiæ, nec non Sententia Card. Beuilacquæ ſi
fuerit ab Vtraque Parte in eodem Inſtrumen-
79 to acceptata, & eiuſdem repromiſſa obſer-
uantia, ſub pœnis in caſu &c. tranſiuit in
Contractum, etiam vigore Confeſſionum, in
eiſdem Epiſtolis Emiſſarum, & in Contractu
ex ſubſecutis factis practicatis a Fulginatibus
in Riparum reaptatione: ex quibus practica-
80 tis Actibus validius apparet, quid Actum
fuerit in præteritum; cum nulla melior ſit
interpretatio, quam ea, quæ ab effectu ſub-
81 ſecuto colligitur; ſiquidem, in Contractu non
81 tam Verborum ſonus, quam effectus inqui-
ritur, *Card. Mantic. deciſ. 18. à num. 2. vſq, ad
4 & deciſ. 146. num 4 & de tacit. & ambig.
conuent. tom. 1 lib 5. tit. 9. & 10. & Card. Cerr.
deciſ. 679 num. 7. & 8. & 691. num. 4 tom. 3.*
Ideo ex huiuſmodi Contractu reſultat etiā
83 pactum inter huiuſmodi Communitates pro
bono pacis initum, vt ex lectura Inſtrumen-
ti tranſactionis in Beuilacquę pręfata Senten-
tia ſtipulatæ; ſicque Pactum dicitur caſus
84 le-

84 legis, nullaq: melior eſt Iuſtitia, quàm Pa-
cta ſeruare, *l. 1. C. de Pact. comment. Antonin.*
de Amat par. 1. reſolut. 48. num. 8. Rot. recent.
par. 18. deciſ. 774. num. 4. A quo Tranſactio-
85 ctionis pacto reſilire nemo poteſt *Rot. deciſ.*
654. *num.* 4. 777 *num.* 3. *eadem. par.* 18. Cum
86 expediat humano Generi Pactorum, & Trã
ſactionum fidem nunquam violare *ad Tex.*
in l. 1. l. Iuriſgentium 7. § ait Prætor ff. de Pact.
quibus adhæret *Vrceol. de Tranſact. quæſt. 6.*
num. 63. & ob huiuſmodi cauſam nec dero-
gat Summus Pontifex, *Rot. coram R. P. Priolo*
deciſ. 16 num. 8.

Et Iura huiuſmodi quamquam exiſtat di-
cta prima Clariſsima Sententia Tiburtini E-
piſcopi ad omnes etiam caſus reſpiciens,
Turbida reddi nequeunt per Fulginatum
ſuppoſitum, videlicet, quòd dum Beuilac-
qua voluit Fulginates teneri ad expenſas ex-
preſsè nominauit, vt ibi = Item circa la
Chiona, la quale hà riguardo alli intereſsi
di Spello, Aſſiſi, Beuagna, e Foligno ha-
uendo tutto approuato il Parere del Mader-
no, S. S. Illuſtriſs dichiara, che li Fulignati
ſiano tenuti di farla à ſpeſe loro, e così acco-
modarla, e mantenerla ſempre ſecondo il di-
ſegno del Maderno =

Siquidem in hoc caſu animaduertendum
87 eſt, quod fuit ad oculum facta nominatio
expenſarum ad includendum ſolummodò
Fulgineum, & reſpectiuè excludendum alios,
vt ſupra enunciatos in intereſſe. Cùm ſit
88 Certum, quod Verba ad Oculum demo-
ſtrantia ſuper quo ſunt prolata, ad aliud,
nec referri, nec trahi debent, *Rot. recent.*
par. 18. tom. 1. deciſ 176. num. 16.

Et quatenus eſſet aliquid dubij, quod non
eſt, in caſu noſtro, declaratio deſumitur
89 etiam ex alio Conſimili eiuſdem Sententiæ
ſenſu, *Rot. dicta par. 18. deciſ. 284. num* 28. ibi
ex eiuſdem Sententia Beuilacquæ = Con di-
chiaratione particolare, che guaſtandoſi col
progreſſo del tempo il Regolatore con pa-
rata ſiano tenuti li Fulignati: e la forma
riempendoſi ſiano tenuti li Beuanati di acco-
modarla = In hac etiam Sententiæ Parte
recognoſcimus, quòd idem Card. Legatus
locutus fuit, vt in reaptatione Riparum fa-
cienda a Fulginatibus in eorum Territorio,
nempè in hoc præſentaneo caſu nulla facta
mentione expenſarum; & cum ſit præſcrip-
tum ſpectare ad Meuaniã in faciẽdo, fecit ſuis
ſumptibus etiam non expreſsis: vt ex Atte-
ſtatione Cancellarij ſignat. lit. C. in Actis
producta, & eſt ratio, quià talis expreſſarum
90 omiſio remanſit in diſpoſitione Iuris Com-
munis contrà facientem, vt clarè *in dicta l.*
ſtipulationes 72. cum D. D. Superius Allegatis.

Sed quid vlterius indagandum eſt? Iam
habemus pro Noſtra Communitate Ius Cõ-
mune aſsiſtens, Sententias in Iudicatum tran-
ſactas Confeſsiones toties geminatas, Obſer-
uantiam per tot Annorum ſeries excultam,
vt ſuperius elaboratè comprobaui.

Deniquè non obſtat, quod Maior Pars
91 Teſtium ſuperabundantèr ad adminiculan-
dum deponentium ſit de Vniuerſitate, ſicque
inſuſſiſtens, *Rot Coram R. P. D. Veroſpio in*
Narnien. Iuris Paſcenas Veneris 26. Maij 1645.
§. Præterea ijdem.

Nam Teſtes quoq; de Vniuerſitate admit-
tuntur, quando alij Teſtes non deponunt
Contrarium, vel quando ſunt Plures Teſtes,
quam duo, vt in caſu noſtro quinque *Rot.*
tom. 2. antè Conſ Farinac. deciſ. 204 *num.* 13.
& 14. *vt in depoſitione Signat. eadem lit. A, &*
Concordant Honded. in 1 Vol. conſ. 17. *num.* 42.
& Annot. ad Burat deciſ 314. *in fin & Coccin.*
deciſ. 140. *num* 18. *in fin tom.* 1.

Et in nihilo terret aliud ſimiliter finale
92 obiectum, quòd ex defectu non adimplemen-
ti (vt ſupponitur) excauamenti in Agro
Meuaniæ reſoluta ſit eiuſdem Legati Sen-
tentia. Quia ex Trita Iuris Regula Aſſeren-
ti incumbit onus probandi, & quatenus pro-
baretur, quòd negatur, talis exceptio ope-
ratur circa idem, vel Connexum Capitulum,
non circa diuerſum, & ſeparatum, *Rot. re-*
cent. p 15. *deciſ.* 16. *num.* 7. *&* 184. *num.* 5. *&*
par. 16. *deciſ* 26. *num.* 7. peculiater Stante
93 non reclamatione ab Anno 1610. vſque ad-
huc, *Rot recent par* 17. *deciſ.* 124. *num.* 22.

Agnoſcitur igitur ò Præſtantiſſimi & eru-
ditiſſimi Conſcripti Patres, quòd duo ferè
94 cum dimidio ſunt elapſa ſæcula a Sententia
pronunciata ab Epiſcopo Tiburtino, & O-
ctuaginta, & plus Anni a ſententia Card. Be-
uilacquæ; & ambæ Sententiæ abſque dubio
Antiquitatem redolent, vt Sanciuit *Rot. re-*
95 *cent. par.* 19. *deciſ.* 104 *num* 4 *& ſeqq.* Et ex
huiſmodi antiquiſſimo temporis curſu pro
Iuſtitia eſt præſumendum etiam ſine Actis,
vt in *deiſ. 9. num* 14. *& ead. deciſ.* 104. *num.*
4. *e* 5. *par.* 19 Et propterea in ſua executio-
96 ne conſeruari debent, *vt in ead. deciſ.* 204.
num. 1. *&* 2. cum fuerit doctum de executo,
97 & habito effectu per tot, tantaſque emana-
tas Confeſſiones, vt ex præfatis Epiſtolis, & ex
Adminiculatiuis Teſtibus ad ſuperabundan-
tiam productis, etiam Forenſibus, *Bich deciſ.*
328. *num.* 18. *& Rot recent par.* 12 *deciſ.* 90.
num 5. *& par.* 13. *deciſ.* 514. *num* 7. *&* 8.

Sicque his ſtantibus, certum eſt penes
huiuſmodi doctiſſimos Purpuratos Dynaſtes,

Quod ſententia R. P. D. Vmbriç Preſid. fuit
98 lata contra expreſſum caſum legis tam in
corpore Iuris Communis exaratum, quam
99 in vim dictarum, vt ſupra pronunciatarum
ſententiarum & illarum Obſeruantiam, conſequenter ipſo Iure fuit, & eſt eiuſdem ſen-
100 tentia nulla, & notoriè iniuſta, & habetur pro non lata ad *Tex. in l. ſi expreſſis* 19. *ff. de Appellat. l.* 1. *verſ. item cum contra Sacras, ff. quæ Sent. ſine Appellat. reſcindant. Rot. d. par.* 19. *deciſ.* 52. *num.* 13. *& deciſ.* 233. *num.* 2. *& Priol. deciſ.* 233. *num.* 4.

Quarè Etiam ex benignitate ſic annuendum ſperatur, innixus pariter ſententiæ *ex lib. Iob. cap.* 28. ibi = Ecce Timor Domini
101 ipſa eſt ſapientia, & recedere à malo intelligentia. Et indubitanter, quia in tanto Aquarum Tribunali Conſortes ſunt Fides, & Caritas, quibus Iuſtitia triumphat. Si quidem ex *Diu. Auguſt. in humil. octau. omn. Sanctor. lib.* 1. *de Serm. Domini in monte cap.* 5. habetur, quod vbi Sana fides, & Caritas, ibi & Iuſtitia, & corroborat hæc *Tex. in Can. Vbi ſana* 29. *cauſa* 24. *quæſt.* 1.

LAVS DEO IMMACVLATÆ VIRGINI MARIÆ, ET D. GREGORIO.

Virga tua, & Baculus tuus: ipſa me conſolata ſunt.

Pſalm. 22.





IN-

Digitized by Google

INDEX ALPHABETICO ORDINE DIGESTVS.
SVPER ADDITAMENTIS DE FLVMINIBVS.

A

Accola.

INferior Accola damnum, & incommodum recipit ex ſuperioribus effractis Ripis. n. 52.

Alueus.

Tupini nouus Alueus de quo ſemper fuit factus num. 74. V Hec.

Actuum, Actus.

Frequentia Actuum præambulo Titulo facta dicitur in executionem præcedentis Tituli, & Aſsiſtentiæ Iuris Communis. num. 45.
Per Actuum multiplicationem excluditur facultatiuus Actus, & includitur neceſsitatiuus. num 46.
Actus violenti, & ſolutiones meticuloſæ factæ non inducunt præiudicium pactis, & Sententijs fauore Meuaniæ initis, & reſpectiuè emanatis. num. 47. vbi nu. 48. etiamſi eſſent continuati per triginta Annos.
Actus non effectuatus, vel iuridicè non executus nihil ponit in eſſe. num. 71.
Vnus Actus particularis non obeſt Vniuerſali. num. 72.
Actus dum Vniuerſalitatem tangit, Vniuerſaliter approbari debet. num. 73.
Actus ſubſecuti denotant, quid fuerit prius contractum, & concluſum num. 80.

Amor.

Authoris Amor erga Patriam non abhorret à Veritate. num. 22.

Approbatio.

Dum interuenit approbatio Ius dubitandi amouetur. num. 27.

C

Cauſa.

Si Cauſa probabilis reddatur, redditur cauſa certa cum ratione. num. 23.
Durante obligationis cauſa, durat etiam ipſa obligatio, num. 25.

Coactio.

Metus, & Coactio non inducunt conſenſum. num. 49.

Compulſatio.

Scripturarum Compulſatio facta dicitur ſolemniter, ſi fiat coram Iudice Subdelegato, Parte citata, vel interueniente. num. 10.
Scriptura, vt ſupra ſolemniter, compulſata, ſeù extracta habetur pro Originale, æquè ac ſi extracta fuiſſet ab ipſomet Notario rogato. num. 11.
Præſertim ſi ſcriptura, ſeù ſententia fuerit à Partibus obſeruata. num. 12.
Pro ſumpto de ſumpto ſufficiunt etiam præſumptiones, & Adminiaula. num. 13.

Commodum.

Quomodo Commodum reſultet fauore Fulginatum, & non Meuanatum? num. 57.
Regula Legis ſecundum Naturam 10. ff. de Reg. Iur. quomodo procedat? num. 58.

Bb 2 Com-

Commodum, & Incommodum ſunt correſpectiua, & adinuicem regulantur ſuper eadem re. num. 59.

Commodum quando quis dicatur non ſentire? ſed ad Commodum reintegrari? & reintegratio huiuſmodi, cuius fiat ſumptibus? num. 62.

Congregatio.

Aquarum Congregatio per Aſtræam renouat Nili prodigia. num. 4.

Congregatio Aquarum Inferiorum Iudicum Audaciam compeſcit. num. 5.

Congregatio Aquarum referta eſt omnibus Virtutibus. num. 6.

Cougregatio Aquarum reducit Fluminum curſum ad ſuum Alueum, & amiſſam fertilitatem reſtituit. num 7.

Confeſsio.

Eſt Confeſsio inconcuſſa probationum probatio. num. 14.

Confeſsio facta in Epiſtola cuius ſit Virtutis contra Confitentem? & redditur ratio. num. 33.

Confeſsio geminata habetur loco Confeſſionis iudicialis. num. 36.

Confeſſionum frequentia quid arguat. num. 37.

Confeſsio eſt quaſi Contractus, & ex hoc Contractu quid inſurgat? num. 39.

Cunfeſsio eſt maior, imò melior probatio. num. 40.

Non eſt opus alia probatione, ſtante Partis Confeſsione. num. 41.

Propriæ Confeſsioni reſiſtere indignum eſt. num. 42.

Plures Confeſsiones habent vim ſcripturæ, & publici Inſtrumenti, & illius vicem ſupplent etiam in caſu, quo ſcriptura requiritur. num. 43.

Copia.

Publica Scripturæ Copia exemplata à Notario rogato gerit Vicem Originalis. num. 18.

Imò probat ſicuti eſſet idem Originale, etiamſi Originale non inueniatur. num. 19.

Contractus.

Non ſolum Verborum ſonus in Contractu, quàm eff ctus colligitur. num. 82.

Ex Contractu reſultat pactum. num. 83.

D

Damnum.

Is Damnum patitur, qui commodum amittit. num. 53.

Alterum ab Altero poſſe lædi, & damnum recipere omne Ius prohibet. num. 55.

Damnorum refuſio indubitanter debetur poſt interpellationem. num. 56.

Declaratio.

Deſumitur declaratio ex conſimili ſcripturæ contextu, ſeù ſenſu. num. 89.

Diſpoſitio.

Legis Vnicæ diſpoſitio C. de Nil. Agger. non rumpen. an locum habeat in alijs Fluminibus? & quommodo veniant irrogandæ pœnæ. num. 64 & 68.

Dominus.

Superior Domus Dominus Suis ſumptibus Superiorem Domus Partem ruinoſam reparare tenetur. num. 54.

E

Epiſtola.

Duodecim Epiſtolæ ſcriptæ à Fulginati Magiſtratu Meuanati ſuper Ripis Tupini Fluminis in Agro Fulginati deuaſtatis, quas Magiſtratus Fulginas per eaſdem literas reſponſiuas reaptare promiſerit, quos eff ctus de Iure producant fauore Meuaniæ num. 32. & vide in V. Obſeruantia.

Epiſtola ſcribitur ex propoſito, & deliberato animo, & probat ſignanter ſi contineat promiſsionem eius, quod petitur. num. 34.

Plures Epiſtolę a Fulginati Communitate ſcriptæ Meuanati in vnaquaque Factorum Contingentia ſuper effractis Ripis magis probant obſeruantiam in reaptandis Aggeribus, & obligationem inſitam Fulginatibus. nu. 35.

Ex Epiſtola, ſeu Epiſtolis reſponſiuis inſurgit Stipulatio, & acceptatio. num. 38.

Epiſtola Recol. mem. Card. Spinol. fuit reuocata ex inito repartimento. num. 69.

Epiſtola Magiſtratus Fulginatis de anno 1661. quid importet contra Ordinamenta Marazzani? num. 74.

Excauatio.

Fluminum, & Alueorum excauatio funditus excauabit Meuaniam, aut fame necabit. num. 64.

Exceptio.

Non adimplementi exceptio quommodo, & quando locum habeat? & circa quid operetur? num. 92.
Exceptio non adimplementi locum non habet poſt longum temporis curſum; Imo reclamans poſt dictum tempus non fuiſſe adimpletum fatetur Adimplementum. num. 93.

Expreſſum.

In vna parte Expreſſum, an faciat quod non ſit expreſſum in alia? num. 87.

F

Facere, Factum.

Qui facere tenetur, ſuis ſumptibus facere debet. num. 75. & vide in V. Obligatio.
Ea, quæ inſunt facienda, ex Natura contractus Tacitum pro expreſſo habent, num. 77. & 78.
Potentius eſt Factum Legis, quàm Hominis. num 77 & ſeqq.

Flumen.

Infortunia Fluminum in Noſtris Partibus: num. 3.
Reductio Curſus Fluminum à quo fiat. num. 7.

Frequentia.

Actuum Frequentia quid importet? vide in V. Actuum.

I

Inundatio.

Recenſetur tempus grauiſsimæ Inundationis paſſæ ex culpa Fulginatum. num. 66.

Interpretatio.

Nulla melior interpretatio, quam ea, quæ ab effectu ſubſequitur. num. 81.

Iuſtitia.

Ex Fide Sana, & Caritate Iuſtitia vera reſultat, & Timor Domini ipſa eſt Sapientia, & recedere à Malo eſt vera intelligentia, condecorans Vitam etiam ad Æternitatem, num. 101.

L

Lapſis.

Succurrere Lapſis; quæ ſit Virtus? referuntur Carmina Memoriæ recomandanda pro bono, & æterno Animæ etiam Regimine. num. 65.

M

Marazzani.

Ordinamenta Marazzani Confutantur tanquam de facto facta. num. 70.
Eaque delentur etiam per Epiſtolam Magiſtratus Fulginatis, num. 74.

Meuania.

Eo ipſo, quod Meuania ingreditur Aquarum Areopagum (prægustatis cauſę meritis) recipit Oracula, num. 8.

Metus.

Coactio, & Metus conſenſum non inducuunt: num. 49.

N

Nilus.

Feracitas Nili in Egyptiacos Campos, num. 1.
Miracula Nili Canit Tibullus, num. 2.
Nili prodigia per Aſtræam renouantur à Sacra Vrbis Aquarum Congregatione. num. 4.
Diſpoſitio l. Vnic. C. de Nil. Agger. non rumpen. an locum habeat etiam in alijs Fluminibus? num. 67.

Obſer:

O

Obſeruantia.

Reaptandi Ripas Fluminis Tupini in Agro Fulginati probatur per Obſeruantiam plurimarum Epiſtolarum a Magiſtratu Fulginati Meuanati Exaratarum. vide in V. Epiſtola & an obligatus ad faciendum quibus ſumptibus facere teneatur? num. 76.

Omiſſa.

Remanent Omiſſa in Iuris Communis diſpoſitione. num. 90.

Onus.

Duplici onere nemo grauandus eſt. num. 63.

Opus.

Ad publicum Opus tenentur Ciues dumtaxat, & Poſſeſſores illius Ciuitatis, & loci, in quo fit opus, & non nulla declarantur, & diſtinguntur etiam cum declaratione Sacræ Congregationis Aquarum. num. 60. & 61.

Oracula.

Meuania Sacræ Congregationis Aquarum recepit Oracula. num. 8. & 9.

P

Pactum.

Dicitur Pactum caſus Legis & nulla melior eſt Iuſtitia, quam Pacta Seruare. num. 84. 86.

A Pacto nemini reſilire licet ibidem. Pactorum, & Tranſactionis Fidem ſeruare expedit humano Generi; & ſuper hoc non derogat Princeps. num. 86.

R

Ratio.

Vbi eſt eadem ratio, debet, & eadem eſſe Iuris diſpoſitio. num. 26.

Res iudicata.

A Lege res iudicata pro Veritate habetur. n. 29

Res iudicata facit de albo Nigrum. num. 30.

S

Sapientia.

Timor Domini ipſa eſt Sapientia, & intelligentia receſſus à malo. num. 101.

Scriptura.

Publicæ ſcripturæ Copia exemplata à Notario rogato gerit vicem Originalis, num. 18.

Imò probat ſicuti eſſet Idem Originale, quamquàm Originale non inuenatur num. 19.

Scriptura antiquiſſima recognitione non indiget. num. 20.

Sententia.

Particula Sententiæ R. P. D. Epiſcopi Tiburtini num. 15.

Sententia eiuſdem vti clara non indiget explicatione. num. 16.

Antiquitas Sententiæ ex ipſius inſpectione eo magis eluceſcit, & ab ea omne dubium amouetur. num. 17.

Vna Sententia non reuocat aliàm, niſi expreſsè fiat reuocatio, & redditur Ratio num. 21

Sententia Tiburtini Epiſcopi eſt directa vt Ager Meuanas ſit indemnis ab Aquarum inûdatione. num. 24.

Pro Sententia ſemper præſumendum, quandò tranſitum fecerit in iudicatum num. 28.

Sententia Epiſcopi Tiburtini declarat, ne Meuaniæ inficiatur Damnum in ſuo Territorio, num. 50.

Sententia prædicta eſt Conformis diſpoſitioni Iuris Communis. num. 51.

Iuſtitia Sententiæ præſumitur ex Temporis Antiquitate. num. 95.

Sententia antiqua eſt exequenda num. 96. Signanter ſi doceatur alias fuiſſe Sententiã executam. num. 97.

Lata Sententia contrà expreſſum caſum Legis eſt ipſo Iure nulla. num. 98. & num. 99. declaratur qualis ſit expreſſus caſus legis?

Sententia nulla, & notoriè iniuſta habetur pro non lata nec meretur allegari. num. 100.

Sententia à parte acceptata cum obſeruantia repromiſſa tranſit in contractum. num. 79.

Solutiones.

Meticuloſæ ſolutiones non inducunt præiudicium etiam continuatæ per triginta Annos. num. 47. & 48.

Taci-

Digitized by Google

T

Tacitum.

An idem inter ſe operentur Tacitum, & expreſſum? num. 78.

Tempus.

Qui ſint effectus Temporis in exceptione non adimplementi? num. 93.

Temporis Antiquitas dat præſumptionem pro Iuſtitia Sententiæ, etiam ſine Actis. num. 95 eſt talis Sententia exequenda num. 96. Signantèr ſi doceatur alias fuiſſe ſententiam executam num. 97.

Tempus quod ſit elapſum à die ſententiæ Tiburtini, & reſpectiuè Beuilacquæ? num. 94.

Teſtes.

Nullitèr Teſtes examinati dant tamèn veritatis Adminiculum. num. 44.

Teſtes etiamſi pro Vniuerſitate deponant, vt probent, quid requiratur? num. 91.

Timorata.

Conſcientia Timorata quid ſit. num. 101.

Tranſactio.

Vide in V. Pactum.

V

Verba ad Vnum effectum, an operantur ad alium? num. 88.

A verbis Viri peccatoris ne timeatis: quia Gloria eius Stercus, & Vermis eſt: hodiè extollitur, & cràs non inuenietur: quia conuerſus eſt in terram ſuam, & cogitatio eius perijt.

Machabaeor. lib. 1. cap. 2.

Veruntamen in Diluuio Aquarum multarum, ad eum non approximabunt. Pſalm. 31.

FINIS

SECVNDA

In Sacra Aquarum Congregatione Cauſæ Propoſitio.

Spoletana, ſeu Fulginaten. prętenſæ Contributionis.

EMinentiſs & Reuerendiſs. Dom. In Con-
gregat. habita de menſe Ianuarij proximè
pręteriti propoſita preſenti Cauſa ad relatio-
nem Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. Cardin.
Mellini reſcriptum extitit = Dilata, & cō-
pulſetur Sententia R. P. D. Epiſcopi Tibur-
tini, & coadiuuentur probationes ſuper ob-
ſeruantia, & commodo =

Parendo itaque Reſcripto, ſtatim ſub de-
legari curauimus Iudicem In Partibus pro fa-
cienda Compulſatione prędictæ Sententiæ,
1 prout ſeruatis de Iure ſeruandis factum iam
extitit, mediante extractione d. Sententiæ
ex ſuo antiquiſſimo originali in Pergamenæ
folio conſcripto, ſolitum Notarij ſignum
præſeferente preſenti Summ. *Additionali nu.* 1
quæ eſt illa eadem, quam extractam in ma-
iori parte dedimus in præterita Poſitione ex
ſolita benignitate Eminentiſſimorum P. P.
reaſſumenda, reſeçatis pluribus ad Cauſam
non facien. quę reddunt eamdem ſententiam
valdè longiorem noſtro primo *ſumm. num.* 1.

Cum igitur hodie per abſentiam eiuſdem
D Card. Mellini pręſens Cauſa ab Eminen-
tiſsimo & Reuerendiſs. D. meo, eodem E-
minentiſs. Mellino aſſentiente, benignè re-
proponatur, renouamus inſtantias, quas fe-
cimus in præterita Poſitione, iterum ſuppli-
cando pro fauorabili illarum reſolutione ex
rationibus in dicta Poſitione latè deductis,
quas, ne Palinodiam canamus, hic non du-
ximus repetendas.

Reſtrigendo itaque Informationem hanc
noſtram ad Reſcriptum prædictum in Cauſa
emanatum, nulli dubium eſſe poteſt, quin
Sententia remaneat ritè & rectè compulſata
per ea, quæ iam diximus, ita vt in hac parte
nihil certè faciendum ſuperſit ad prædictæ
Sententiæ veritatem vltrò comprobandum.

Hoc poſito, nil releuant ea, quæ exad-
uerſo dicebantur coram Iudice ſubdelegato
2 de Partibus, quod ſcilicet prædicta Senten-
tia ſic vt ſupra compulſata ſit Sumptum de
ſumpto, & quod per conſequens nihil pro-
bet. quia quoties ſumptum compulſatum eſt
de ſumpto publico, iſtoque facto ab eodem
Notario rogato cum omnibus requiſitis ad
publicam ſcripturam neceſſarijs, nimirum
adnotatione diei, menſis, & anni, propria
ſubſcriptione, & ſigno, prout in caſu noſtro,
habetur iſtud ſumptum pro Originali, & va-
let vt Originale ad *Text. expreſſum in cap. fin.
de fid. Inſtrum. Ridolphin. in Prax. par.* 1. *cap.*
12. *num.* 187. 188 *Gratian. diſcept. for. cap.*
261. *num.* 31. *Rota poſt* 2. *volumen conſ. Farinac.
deciſ.* 348. *num.* 2. *& in recen. par.* 4 *tom* 2.
dec. 103. *num.* 1. *& ſeqq. & par.* 16. *dec.* 163.
num. 18.

Fortius cum verſemur in antiquiſſimis, &
in Sententia lata in ipſamet Ciuitate Aduer-
ſaria per acta Antonij q Lucæ de Monte for-
3 tino eiuſdem R.P.D. Epiſcopi Tiburtini No-
tarij, & Cancellarij, & ab ipſamet Ciuitate
Aduerſaria executioni demandata, vt clarè
legitur ex quibuſdā Epiſtolis D. Iacobi Cir-
ci olim Gubernatoris Fulginei nouiſſimè re-
pertis, & in actis productis, in quarū vna
4 ſcripta ſub die 28. Nouembris 1663. DD.
Conſulibus Patriæ meæ recognoſcendo obli-
gationem d. Communitati reſultantem ex
huiſmodi Sententia R. P. D. Epiſcopi Tibur-
tini dicit, ſe facturum, quod Communitas
prædicta ſuæ ſatisfaciat obligationi preſenti
ſumm. additionali *num.* 2. Et in alia ſubſe-
quenti per ipſum ſcripta Eminentiſs. & Re-
uerendiſs. D. Card. Rondonino tunc Præfe-
cto huius Sac. Congregonis in Vmbria, & per
Iſtum DD. Conſulibus Patriæ meæ remiſſa,
eamdem obligationem vigore d. Sententiæ
recognouit preſenti ſumm. Add. *num.* 3. Ean-
demque obligationem canonizauit &c. idem
Eminentiſs. Rondininus in alijs litteris eiſ-
dem Conſulibus exaratis pręſenti ſumm Ad-
d. *num* 4. Vnde propterea fit, quod tam ra-
tione antiquitatis, quam obſeruantiæ non
poſſit de d. Sententia dubitari, ita & taliter
quòd quando etiam eſſet deperditum in Ci-
uitate Fulginei Originale, prout non eſſe de-
perditum nobis certè conſtat, & clarè de-
monſtrat littera D. Circi Gubernatoris eiu-
ſdem Ciuitatis Fulginei illam cōfitentis, ad-
huc tamen quando etiam ſumptū hoc noſtrū
quod in noſtra Cancell. duobus ab hinc ſæ-
culis ſeruatur, non eſſet ab eodem Notario
rogato traditum cum omnibus requiſitis ad
publicam ſcripturam neceſſarijs; ratio nihi-
5 lominus antiquitatis & obſeruantiæ ſuffice-
ret ad illi fidem conciliandam, vt benè ad-
uertit *Gratian. diſcept. for. cap.* 268. *num.* 52.
cum pluribus ſeqq & prius num. 36. *& ſeqq. Cra-
uett. de antiqu. temp par.* 3. §. *Vidimus num.* 12.
Menoc. de preſumpt. lib. 2. *preſump.* 80. *num.* 2.
3. *Rota coram Merlin. dec.* 593. *num.* 22.

Quan-

Quanto igitur fortius probabit ſumptum
6 hoc noſtrum, data etiam deperditione Ori-
ginalis, cum omnia habere requiſita ad pu-
blicam Scripturam neceſſaria ocularis inſpe-
ctio demonſtret? *Granan. diſcept. Foren. cap.
877 num. 25. Andreol. controu. 6. num. 2. Rot.
coram Ottobon. deciſ. 251. num. 52.*

Sed ceſſat omnis ideata dubietas ex facto
7 Partis, quæ coram R. P. D. Secretario pe-
tijt vltimo loco reſtitutionem in integrum
aduerſus huiuſmodi Sententiam R. P. D. E-
piſcopi Tiburtini, de qua inferius differemus,
ex quo infertur exiſtentia eiuſdem Senten-
tiæ, dum petens reſtitutionem aduerſus eam,
nulli dubium eſt, quod eam confiteatur, vt
patet ad ſenſum.

Hinc nil releuat fides Archiuiſtę Commu-
nitatis Aduerſariæ nouiſſimè in actis produ-
cta, in qua teſtatur, ſe, Subſtitutoſque ſuos
feciſſe diligentias reperiendi Protocolla, &
ſcripturas Antonij q. Lucæ, & non ſolum
non inueniſſe, ſed nec etiam in Catalogo
Notariorum Ciuitatis iam defunctorum no-
men prædictum reperiſſe præſenti Summar.
add num. 5.

Quia vltra quod ſufficiunt pro reſponſio-
ne ea, quæ iam diximus, nihilominus ex
abundanti ſupplicamus aduertere, quod iſta
8 eſt fides æquiuoca, dum in ea non dicitur,
huiuſmodi Sententiam non reperiri in Ar-
chiuio, ſed ſolum quod dictus Antonius q.
Lucæ non reperitur notatus in Albo Nota-
riorum Fulginei, nec eius Protocolla in di-
cto Archiuio conſeruantur, quod non eſt
mirum, dum Ille non fuit Notarius Fulginei,
ſed benè fuit Cancellarius d. R. P. D. Epiſ-
copi Tiburtini tunc in huiuſmodi Cauſa Gu-
bernatoris, & Commiſſarij Fulginei, Meua-
niæ, & Montisfalchi, quem Iſte de more ſe-
cum duxit ad hanc Cauſam peragendam, vt
clarè legitur in publicatione dictæ Sententię
ibi = Et ego *Antonius q. Luca de Montefortino
9 publicus Imperiali auctoritate Notarius, & nunc
Cancellarius præfati Reuerendiſs. D. Gubernato-
ris prædictis omnibus interfui, & præſens fui,
rogatuſque de ſupradicta Sententia lata per præ-
fatum Reuerendiſs. D. Gubernatorem &c. eam-
que fideliter ſcripſi, & publicaui, & ad fidem,
& teſtimonium omnium præmiſſorum hic me ſub-
ſcripſi, ſignumque; & nomen meum appoſui con-
ſuetum præſenti Sum. add. d. num. 1.*

Firmo igitur remanente ſolidiſsimo huius
noſtræ Sententiæ fundamento, factaque il-
lius compulſatione ab Eminentiſs. P.P. iniū-
cta, ſicque, expleta prima Reſcripti Parte,
ad aliam nunc deſcendimus ſcilicet ad obſer-
uantiam, & commodum.

Et profecto, differendo prius de obſeruan-
tia ex præfati Reſcripti Cenſura alijs Proba-
10 tionibus coadiuuanda, dicimus, quod licet
illa fuerit abundè iuſtificata ex decem, & ſep-
tem litteris originalibus tum Gubernatoris,
& Magiſtratus Fulginei onus huiuſmodi
reaptationis Riparum recognoſcentis, tum
etiam Peruſiæ Præſidis illud Fulginatibus
demandātis noſtro præterito *Summ. ex gratia
reaſſumen. num. 3.* quarum quælibet de per ſe
ſola ſufficeret ad Fulginatum obſeruantiam
comprobandam ex regula quod extraiudi-
11 cialis emanata confeſſio in Epiſtola, vel alia
qualibet priuata Scriptura valet, & præiu-
dicat confitenti, vt pluribus amplificat *De
Angelis Auunculus meus in ſuo tractat. de Confeſ.
lib. 1. quæſt. 8. limit. 9. num. 1. & ſeqq.*

Maximè cum ſit emanata in qualibet cō-
12 tingentia ſimilis Rupturæ Riparum in Ful-
ginati Agro euentæ; ſicque dicatur gemina-
ta confeſsio ex interuallo facta, qua nulla
melior probatio dari poteſt ad huiuſmodi
obſeruantiam comprobandam ad tradita per
eumdem *de Angelis dicta quæſt 8. lim. 4. per
totam.*

Nihilominus parendo Reſcripto ſuperad-
13 dimus in præſenti nedum litteras prædictas
Iacobi Circi Gubernatoris Fulginei, & Emi-
nentiſs. D. Cardinalis Rondinini nouiſsimè
in Cancellaria Communitatis noſtræ reper-
tas obſeruantiam prædictam apertius com-
probantes etiam in executionem Sententiæ
R. P. D. Epiſcopi Tiburtini præſenti *Summ.
additionali dict. num. 2. 3. & 4.*

Sed, & etiam alias litteras R. P. D. Caie-
tani tunc Peruſiæ Præſidis quibus ſignificat
14 Communitati noſtrę ſenſum huius Sac. Con-
gregationis volentis, quod Fluminum deua-
ſtationes reparentur ab ea Communitate, in-
tra cuius Territorium deuaſtatio contingit,
abſque alia contributione Communitatum
adiacentium, etiamſi iſtæ commodum ex
dicta reparatione ſentirent *præſenti Summ.
addit. num. 6.*

Item alias tres Epiſtolas D. D. Priorum
Communitatis Fulginei, Communitati no-
15 ſtræ ſcriptas de Anno 1635. 1638. & 1647.
quibus denunciant, ſe quamprimum petitam
Riparum reaptationem perfecturos nedum
reſpectu bonorum dictæ noſtræ Communi-
tatis, ſed & etiam reſpectu proprij Territo-
rij, quod eò maius damnum patitur, quo vi-
cinius Fluminis deuaſtationi exiſtit *præſenti
Summ. addit. num. 7.*

Item produximus etiam tres Atteſtatio-
nes trium Cancellariorum locorum vicino-
16 rum, nimirum Trebiæ, Perſignani, Cam-

Digitized by Google

pelli, S. Iacobi, & Azzani ſuper ſolito fa-
ciendi reaptationes Riparum Torrentis vul-
go la Marroggia ab illis Communitatibus,
intra quarum Territorium Riparum deua-
ſtatio contingit præſenti *Summ. addit. nu.* 8.

Et demum cumulamus quoque varias Te-
17 ſtium depoſitiones ſuper reaptationibus Ri-
parum Topini Fluminis à Fulginatibus ære
proprio ſemper factis pręſenti *Sum add. n. 9.*

Ex quibus omnibus nulli dubium eſſe po-
18 teſt, quin Reſcripto ſatisf. ſtum dicatur, cum
tam multa de nouo per nos afferantur, vt
non videatur amplius ſupereſse dubitationi
locus, vel quia probatur obſeruantia cum
præcedenti titulo Sententię R. P. D. Epiſco-
pi Tiburtini præſenti *Summ. add. dicto num.*
2. 3. *&* 4. vel quia iuſtificatur ſeruata in
executionem Reſolutionum huius Sac. Con-
gregationis præſenti *Summ. add. dicto num.* 5.
vel quia ex tot litteris D.D. Priorum Com-
munitatis aduerſæ nedum traditis in præte-
rita Poſitione pręterito *Summ. num.* 3. ſed
etiam in pręſenti hodierno *Sum. add. num.* 7.
reſultat multiplicatio actuum reaptationis
vndique manutenibilis; additis vlterius Te-
ſtibus de dd. actibus deponen. præſenti *Sum.
add dicto num.* 9 Vel demum quia babemus
ſolitum in ſimili negocio quotidie practica-
tum à iſdem vicinis præſenti *Summ. add. dicto
num.* 8. Vnde propterea fit, quod nihil vltiò
ſuperaddendum occurrat.

Hinc quod attinet ad commodum res pro
19 iſta parte verſatur in claro, quando quidem
non poteſt in dubium reuocari, quod totum
Riparum commodum ſpectet ad Fulginates,
ex quo illarum dominium, & fructus ibidem
naſcentes tam lignorum, quàm Vuarum ad
ipſos pertineat, prout etiam alluuionis in-
crementum, aliaque vtilia tam ex natura,
quam ex accidenti prouenientia, vel quo-
quo modo poſsibilia; vnde illarum quoque
refectio in caſu deuaſtationis ad ipſos ſpecta-
re debet ex regula, quod commodum, &
20 incommodum ſunt correſpectiua, & regu-
lantur ad inuicem ſuper eadem re, *Cyriac.
controu.* 442. *num.* 51. *&* 52. *tom.* 3. *Hieronym.
de Monte tract de fin. regen. cap.* 24. *num.* 5.
Cobell ad Bull B n R gim. cap. 28. *num.* 244.
cum ſeqq. Pignatelt. conſulta. 50. *tom.* 1.

Commodum verò, quod in reaptationibus
21 Riparum Territorij Fulginatis nobis proue-
nit, eſt omninò accidentale, cum non ex prę-
ordinatione Agentium, ſed ex neceſſitate
Naturæ ob naturalem Fluminis curſum ex
eeliori parte Territorij Fulginatis in decli-
uem noſtri Territorij inferioris illud nobis
deriuet; eo modo quo quis aliquid agens ſę-
pè accidit, quod pręter agentis voluntatem
aliud quoque fiat, & ex illa actione oriatur
Tertio vtilitas ab Agente prorſus inconſi-
derata.

Cæterum reaptatio, quæ fit à Fulginati-
bus in Ripis proprij Territorij, reſpicit prin-
cipaliter vtilitatem propriam, cùm maius
damnum pariat Riparum deuaſtatio Domi-
nis vicina prędia poſſidentibus, quam alijs
Particularibus alieni Territorij nedum per
euerſionem Arborum, & Satorum, verum
etiam per deuaſtationem viarum circa Ri-
pas exiſtentium, per quas Fulginates ire per-
neceſſe ſolent ad propria *Prędia* cum Curri-
bus ad vehendos fructus, aliaque ad Cultu-
ram neceſſaria deſtinatis, vt deponunt Te-
ſtes per nos nouiſſimè examinati *preſenti
Summ. additionali d. num.* 8. Et prout etiam
faſsi fuerunt ipſimet Priores Communitatis
Aduerſariæ in proprijs litteris ibi = *il quale
tanto è più ſoggetto alle miſerie, e ruine quanto è
più vicino alle rotture del detto Fiume* = *præſenti
Summ. add. d. num. 7. lit. A.*

Sed hæc omnia dicta ſint exabundanti cir-
22 ca commodum, de quo agitur, cum alio-
quin babeamus Sententiam R. P. D. Epiſco-
pi Tiburtini banc queſtionem dirimentem,
dum vult, quod quælibet Communitas rea-
ptet Ripas proprij Territorij, itaut nullum
Conuicinorum bonis damnum ex earumdem
Riparum deuaſtatione proueniat: Addita vl-
terius alia Sententia Cardinalis Bruilacquæ,
ac etiam reſolutione huius Sac. Congregat.
relata ab R. P. D. Caetano præſenti *Summ.
add. nu.* 4. ac demum duorum ſęculorum ob-
ſeruantia. Ex quibus tollitur omnis quæſtio,
quæ exaduerſo poſſet in hac materia ſu-
ſcitari.

Cæterum ad alias Scripturas exaduerſo
nuper productas omittimus reſpondere, cum
non poſſimus excogitare finem, ad quem
fuerint illæ productæ; Vnde propterea ſi-
quid noui ex illis inferetur, ſatisfaciemus in
Reſponſionibus, quas expectare ſupplicamus.

Demum quod attinet ad prætenſam reſti-
23 tutionem in integrum vltimo loco exaduer-
ſo petitam coram R. P. D. Secretario aduer-
ſus dictam Sententiam R. P. D. Epiſcopi Ti-
burtini, dicimus, nobis adhuc non innoteſce-
re fundamentum, ex quo illa prętendatur,
cum poſt duo ſęcula reſtitutionem petere no-
uum prorſus, & impraticabile videatur,
quando de Iure eſt, quod poſt lapſum ſolius
quadriennij illa nec Eccleſiæ, nec Minori,
nec Ciuitati concedi ſoleat, imo nec etiam
aduerſus lapſum d. quadriennij ad tradita per
Grattan. diſcept. foren. cap. 907. *num.* 23. *fra-*

cibus

Digitized by Google

chardeciſ. 119. num. 15. optimè Giurb. dec. 106. per tot.

Ideoque à primo ad vltimum credimus eſſe locum infirmationi Sententiæ R. P. D. Præſidis Vmbriæ, aliiſque Inſtantiis in conſequentiam venientibus, & in noſtra præterita Informatione diffusè examinatis, prout humiliter ſupplicamus.

Quare &c.

Petrus Andreozzius.

Sacra Congregat. Aquarum.

Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. Cardin.

Spoletana ſeu Fulginaten. prætenſæ Contributionis.

Pro

Ill. Communitatè Meuaniæ,

Contra

Ill. Communitatem Fulginei.

Secunda facti.

Spoletana ſeu Fulginaten. prætenſæ Contributionis.

EMinentiſs. & Reuerendiſs. Dom. Iuxta reſcriptum huius S. Congreg. vt compulſaretur Sententia Epiſcopi Tiburtini, & coaddiuuarentur probationes ſuper obſeruantia, & commodo, exhibetur hodie hæc Sententia legitimè compulſata *Summ. num. 1.* quæ impugnari nequit exceptionibus deductis à
24 Fulginatibus coram Iudice Compulſoriali, quod nempè ſit ſumptum de ſumpto, nihil regulariter probans, quia hæc regula limitatur quoties ſumptum compulſatur ex alio ſumpto publico confecto ab eodem Notario rogato, cum omnibus requiſitis ad publicā Scripturam, nempe adnotatione diei, menſis, & anni, propria ſubſcriptione, & ſigno, vt in noſtro caſu, quia tunc æquiparatur Scripturæ originali, quia lex confidit Notarium rogatum de originali Scriptura ſumptum deſumpſiſſe, prout iacet, vt poſt alios communiter tradunt *Grattian. diſcept. 187. num. 13. & ſeqq. & diſcept. 268. n. 31. Ridolfin. in prax. par. 1. cap. 12. num. 187. Rot. coram Duran. deciſ. 180. num. 2. & in rec. par. 5. deciſ. 233. num. 6. & ſeq. & deciſ. 236. num. 4. & par. 12. deciſ. 61. num. 6. & ſeqq. & poſt 2. volum. conſil. Farinac. deciſ. 348. num. 1. & in Romana manutentionis 15. Martij 1688. §. Quia cum Sumptum coram R. P. D. Heruauult. & 23. Martij 1689. §. abſque eo coram R. P. D. Caprara*, quæ dantur in fine Informationis.

Secundo quia verſamur in antiquiſsimis vltrà duo ſæcula, nempè in hac Sententia
25 lata ab Epiſcopo Tiburtino Anno 1447. *Sum. præterit. & præſenti num. 1.* & quod fortius eſt, lata in ipſamet Ciuitate Fulginēt
26 Aduerſaria, vnde oritur noua limitatio, vt in antiquiſsimis probent Scripturę etiam informes, quando Confeſsionibus præſertim Ciuitatis Aduerſarię, eiuſque facto, & vſu, Iudicatis, & placitis Superiorum, atque ſubſequenti obſeruantia, vt mox oſtendam, ſunt comprobatæ *Crauett. de antiquitat. temp. par. 3. §. Vidimus nu. 12. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 80. num. 2. & ſeqq. Grattian. diſcept. 268. num. 52. & ſeqq. Rot. coram Bich. deciſ. 622. num. 11. & deciſ. 643. num. 9. & ſeqq. & plenè in illa Theatina Præeminentiarum in recent. par. 18. deciſ. 305. num. 1. & ſeqq. & num. 7. & ſeqq. & in eius confirmatoria apud Nouar. in Summ. Bullar. deciſ. 38. nu. 1. & pluribus ſeqq & rurſus par. 17. deciſ. 39. num. 16. & ſeqq. & par. 18. deciſ. 433. num 5. & ſeqq. & in Fauentina Succeſsionis 3. Martij 1684 §. Tum etiam in fin. & ſeqq. coram R. P. D. Vrſino, & in dicta Romana Manutentionis 15. Martij 1688. §. Idque potiori coram R. P. D. Heruauult. & 23. Martij 1689. §. eo magis coram R. P. D. Caprara, quæ dantur in fine Informationis.*

Obſeruantia autem, vndè inſurgit pari-
27 tio alteri parti reſcripti huius S. Congregationis, vt coaddiuuarentur probationes ſuper eadem obſeruantia, patet ex Epiſtola ipſius Gubernatoris Fulginei ſcripta Conſulibus Meuaniæ, quā oſtendit reaptationes à Fulginatibus expleri = In conformità della ſentenza di Monſig. Veſcouo di Tiuoli = *Sum. præſenti num. 2.*

Secundò ex alia Epiſtola clar. mem. Card. Rondinini eiſdem Conſulibus directa idem comprobante, inſerta alia Epiſtola Gubernatoris prædicti iterum idem affirmantis = Per la Sentenza di Monſig. Veſcouo di Tiuoli = *Summ. præſent. num. 3.*

Tertio ex duabus aliis Epiſtolis d. Cardinalis Rondinini = al tenore della Sentenza inuiatami = *Summ prædicti num. 4.*

Quarto ex aliis Epiſtolis pluribus Præſidis Peruſiæ Fulginatibus reaptationes has de-

mandantis *Summ. num. 3. in princ.*

Quinto ex alio iuſſu alterius Peruſiæ Præſidis idem Communitati Aduerſariæ præcipientis *Summ. prædicto num. 6.*

Sextò ex alijs pluribus confeſſionibus ipſorum Priorum Ciuitatis Fulginei hoc onus reaptandi agnoſcentibus *Summ. præterit. eod. num. 3. litt. H. & ſeqq. & Summ. præſenti nu. 5.*

Septimò ex tribus atteſtationibus trium Cancellariorum locorum vicinorum, nempè Trebiæ, Perſignani, Campelli, S. Iacobi, & Azzani, ſuper ſolito faciendi reaptationes Riparum ab illis Communitatibus, intrà quarum Territoriũ riparum deuaſtatio contigit *Summ. præſenti num. 8.*

Octauo ex depoſitionibus Teſtium ſuper reaptationibus Riparum iſtius Fluminis Topini, de quibus agimus, à Fulginatibus ære proprio ſemper factis *Summ. præſent. num. 9.*

Nono ex facto notiſſimo ipſius Communitatis, quæ petijt reſtitutionem in integrum aduerſus hanc Sententiam Epiſcopi Tiburtini, dum qui appellat, vel petit in integrum reſtitui, fatetur exiſtentiam eiuſdem Sententiæ illamq. ſuam facit *Rot. coram Achill. de Graſſ. d. 13. de appellat. & coram Mantic. d. 4. num. 2. & in recent. part. 19. d. 125. num. 6. ac ſæpè in alijs.*

Hinc neſcio ad quid adducatur contrà tot euidentia argumenta realitas exiſtentiæ & obſeruantiæ iſtius Sententiæ Epiſcopi Tiburtini; notiſſima fides Archiuiſtæ ipſius Communitatis Fulginei Aduerſariæ teſtantis inueniſſe nomen Antonij quondam Lucæ de Montefortino Notarij rogati huius Sententiæ inter Album Notariorũ eiuſdem Archiuij, neque etiam in Inuentarijs Notariorum mortuorum Fulginei reperijſſe deſcriptum nomen d. Antonij *Summ. præſenti num. 5.* Præmiſſo enim, quod oſtendendum eſſet Album Notariorũ, & Inuentaria eſſe adeò antiqua ſinè aliqua intercapedine, vt attingerent annum 1447 quo lata fuit hæc Sententia d. Epiſc. Tiburtini, quod videtur admodum inueriſimile, adhuc tamen bene ſtat, vt iſte Notarius rogatus de Sententia d. Epiſcopi Tiburtini non ſit deſcriptus in Albo Notariorum Archiuij Fulginei, neq. in Inuentarijs Notariorum defunctorum eiuſdem Ciuitatis quia Epiſcopus Tiburtinus Commiſſarius Apoſtolicus per Breue Speciale in hac controuerſia deputatus à Nicolao V. *Summ. præſenti num. 1. in princip.* non arctabatur ſumere Notarium Fulginatenſem ſed poterat ſibi beneuiſum ſecum ducere, prout ſecum duxit hunc Antonium de Montefortino de Sententia rogatum ſuum Cancellarium, vt clarè legitur in publicatione dictæ Sententiæ ibi = Et ego Antonius quondam Lucæ de Monte fortino publicus Imperiali auctoritate Notarius, & nũc Cancellarius præfati Reuerendiſs. Gubernatoris prædictis omnibus interfui, & præſens fui, rogatuſq. de ſupradicta Sententia lata per præfatum Reuerendiſs. D. Gubernatorem eamq. fideliter ſcripſi, & publicaui, ſignumq. & nomen meum appoſui conſuetum = *Sum. præſent. num. 1.* Delegatus enim poteſt ſibi eligere Notarium beneuiſum *Franc. in cap. ſtatutum §. Notarium, in princip. de reſcript. in 6. Gratian. dec. Marsb. 144. num. 5.* cum alijs, quos teſtatus de praxi in legationibus Auenionis, & Æmiliæ deduxi in *Tractat. de Auenion. & Aemil. lib. 1. cap. 13. num. 13. & ſeqq.*

Tertia deniquè pars reſcripti huius S. Con-
28 gregationis, vt coadiuuentur probationes ſuper commodo, videtur impleta ponderando, quod totum commodum riparum ſpectat ad Fulginates, ex quo illarum dominiũ, & fructus ibi naſcentes tam lignorum quam Vuarum ad ipſos pertineant, prout etiã alluuionum incrementa, aliaque vtilia tam ex natura, quam ex accidenti contingentia vndè illarum quoque refectionis incommodum ad ipſos ſpectare debet, dum commodum, & incommodum in his ſunt correlatiua, vt latè probaui in præterita Informatione ex gratia reaſſumenda, & prò cumulo Authoritatum hic non referendo, ſufficit videre *Gob. conſult. 20. per tot. de Angel. poſt tractat. de Confeſſ. opuſcul. 1. num. 26. & ſeqq. ac per tot* quos Supplico recognoſci, quia reſpondent omnibus contrarijs exaduerſo adduci ſolitis.

Commodum autem, quod recipiunt Meuanates, non eſt præordinatum, ſed ex neceſſitate naturæ ob naturalem Fluminis curſum, aqua ex agro Superiori Fulginate defluente in inferiorem Meuanatem, quod proinde ad hunc effectum non conſideratur, alias confunderentur Vrbes finitimæ, vndè inoleuit praxis, vt vnaquæq. Ciuitas ripas
29 reficiat quouſque Flumen diſcurrit per proprium Territorium non curando decurſum inferiorem, cum potius aget inferior agat aduerſus Superiorem prò damno, quod patitur *l. & ſi forte §. etiam ff. de ſeruit. Gloſſ. in l. 2. §. Item Varus ait ibidemq. Caſtrenſ. ff. de aqu. fluu. arcen. Bart. in l. 1. §. denique ait num. 9. in fin. ff. illo eod. tit. cum alijs per Angel. ex gratia reuiden. poſt Tractat. de Confeſſion. dict. opuſcul. 2. num. 35. & nu. 50 & 206.* Et videmus etiam in habente manſiones in Superiore parte domus, qui illas proprijs ſumptibus reficit, nec inferioris partis Dominus damnum patiatur,

tùr, neque iſte quidquam contribuit prò rata Commodi, vt *per Cepoll. de Seruit. Vrban. præd. cap. 41. num. 7.*

Sed ceſſat omnis quæſtio ex obſeruantia in
30 his locis, & in hac præciſa controuerſia, & ſimilibus illarum partium, ex Sententia huius Sac. Congregationis de qua teſtatur Præſes Peruſiæ Summ. Præſenti num. 6 in hæc verba = la Sagra Congregatione dell'Acque moſtra intentione, che le rotture de Fiumi ſi accommodino dalle Cõmunità, nel cui Territorio ſono le rotture alle ſpeſe dell'Adiacenti, ſenza che vi habbino a concorrere l'altre Communità conuicine, ancorche ne ſentiſſero vtile = & comprobant Teſtes de re-
31 aſſumptionibus ſemper factis à Fulginatibus *Summ. præſenti num. 9.* ipſorumque Fulginatum confeſſiones in Epiſtolis, iuſſa eorum Gubernatorum, & Præſidum Peruſiæ, ac omnia alia acta ſuperius relata ad comprobandam obſeruantiam, quæ hic non repeto, ſicq. ſeruatur in locis vicinis Trebiæ, Perſignani, Campelli, S. Iacobi, & Azzani, vt deponunt tres Cancellarij Summ. præſent. num 8. ex qua obſeruantia ſtatuitur Ius, vt latè probaui in præterita Informatione, & præſertim ex *Rota apud Poſth. de manutention. d. 313. num. 7. & in rec. part. 4. tom. 2. d. 425. à nu. 8. & par. 12. d. 119. à num. 4. & nu. 35. & ſeqq. & par. 15. d. 9. num. 14. & d. 252. num. 4. & in Rauennaten. reparationis Riparum 14. Martij 1689. §. Prædicta coram bon. mem. Rondinino*, vbi quod hæc obſeruantia eſt vnicè attendenda, quæ datur in fine Informationis.

Quamuis hæc videantur ſuperflua, dum
32 habemus Sententiam Epiſcopi Tiburtini hanc controuerſiam dirimentem, ac aliam Cardinalis Beuilaequæ *Summ. præterit. num. 1. & ſeqq.* aduerſus quam Sententiam Epiſcopi
33 Tiburtini anno 1447. petere hodiè reſtitutionem in integrum longè poſt duo ſæcula, eſt terere tempus, quia Communitas Fulginei deberet priùs adducere omnia acta illus temporis, vt dignoſci poſſet prætenſa iniuſtitia, quæ non deducitur, niſi ex eiuſdem actis integrè tranſportatis *Rota coram Buratt. d. 376. num. 6. & in recent. par. 7. d. 79. nu. 4. & ſeqq. & p. 17. d. 152. num. 11.* vbi conſideratur ſolus lapſus 40. annorum, quæ magis impedit illius retractationem, & *in Romana Reintegrationis 13. May 1676. in princip. coram Illuſtriſs. Bourlemont, ac paſſim in alijs,*

Et poſtquam hæc acta anni 1447. deduxiſſet, nec etiam ei concedi poſſet in integrum reſtitutio, quæ non datur lapſo quadriennio, multo minus longè poſt duo ſæcula ex vtriuſq; Iuris cenſura *in l. fin. C. de in integr. reſtitut. & in cap. 1. & 2. de reſtitut. in integr. in 6. Gratian. diſcept. 907. nu. 13. Franc. d. 119. num. 15. latè Giurb. d. 106. per tot., vbi de ſimili Sententia Rota coram Carill. d. 105 num 4. vbi pariter de alia Sententia, & apud Galeſ. de reſtit. in integr. d. 5. nu. 12. verſ. & petenda erat, ac ſæpè in alijs.*

Quare &c.

Peregrinus Maſſerius Ad.

Romana Manutentionis. Lunæ 15. Martij 1688.

R. P. D. HEruauult. Duo bonorum genera reperta fuere in hæreditate &c.

Quia cum ſumptum exhibitum ſit publicum, & ſolemne eiuſdem Notarij manu cõfectum habetur loco originalis, eoque ſatiſfactum dicitur legi, quæ tamquam valicè confidens integritati Notarij, præſumit illud deſumpſiſſe ab originali, prout iacet, & quod per conſequens mentionem feciſſet de vitijs, & nullitatibus, ſi quæ in matrice ad fuiſſent *Gratian. diſcept. 187. nu. 13. cum ſeqq. & diſcept. 268. num. 31. Rot. coram Verallo deciſ. 354. num. 1. par. 2. deciſ. 178. num. 15. & deciſ. 180. num. 2. coram Duran deciſ. 61. num. 6. cum ſeqq. par. 12. & deciſ. 104. num. 4. par. 16.*

Idque potiori Iure procedere debet in noſtra hypotheſi, ex quo poſt obitum Teſtatricis idem Teſtamentum in pluribus Curijs exhibitum, & executum apparet: Primò enim illius virtute præfatus Princeps declaratus fuit hæres Duciſſæ in magna Curia Vicariæ Neapolis cum decreto præambuli, quod iuxta præfatæ Curiæ ritus tranſmiſſi in Teſtamentis validis interponitur Teſte *Conſal. ad Peregrin. de Fideicom. art. 48. §. Tertio obſeruo fol. 301. Torres vot. 60. & vot. 84. num. 336. verſ. ſed in magna Curia Vicariæ Franc. deciſ. 204 num. 1. & 2. Capyc. Latr. deciſ. 180. num. 18.* & deinde executioni demandatum apparet hic in Vrbe, tã in Curia Capitolina ad inſtantiam Excellentiſſ. Atri Viri, & Legatarij Duciſſæ Lauiniæ citatis D. D. Sororibus, quam in Curia A. C. in qua hæres in eo ſcriptus citat. clar. mem. Card. Ludouiſio virtute eiuſdem Teſtamenti res hæreditarias ſibi tradi curauit, ac credita hæreditaria exegit.

Et ità vtraq; &c.

Ro-

Digitized by Google

Romana Manutentionis. Mercurij 23. Martij 1689.

R. P. D. Caprara Sacra Rota hodie cenſuit eſſe confirmandas &c.

Abſque eo quod neceſſaria ſit exhibitio originalis, ſeu matricis, quia cum exemplũ, quod fuit productum ſit a Notario rogato deſumptum ex ipſo originali, præſumitur illi vniforme, & dicitur æquè original *Menoch. de adiſpiscen. remed. 4. num. 651. & ſeqq. Rot. deciſ. 233. num. 6. & 7. & deciſ. 236. num. 3. & 4. par. 5. & deciſ. 61. num. 6. par. 12. recent.* cum non ſit credendum Notarium cuius fidei multum lex confidit, ſumpſiſſe authentichum ab originali vitioſo, ipſius vitio ſuppreſſo, vt ſubdit *Menoch. de adipiſcen. dict. remed. 4. ſub num. 654. verſ. Nec aduerſatur Gratian. diſcept. 268. num. 30. & 31. Rot. dicta deciſ. 61. num. 10. & 11. par. 12. recen. cum alijs in deciſ. R. P. D. Heruault §. Quia cum ſumptum*.

Et magis quia concurrit obſeruantia eiuſdem Teſtamenti cum in diuerſis Curijs fuerit approbatum, & executioni demandatum primò in magna Curia Vicariæ Neapolis, vbi idem Princeps Ludouiſius Frater fuit declaratus hæres per appoſitionem decreti vulgo præambuli, quod non alteri apponitur, niſi quando Teſtamentum eſt validum, vt Teſtatur *Capyc. Latr. deciſ.* 188. *num.* 18. *Vincent. de Franc. deciſ* 204. *num. 1. & ſeqq. Cenſal. ad Peregrin. art.* 48. §. 3. *obſeruo fol.* 311. *& ſucceſſiuè in Vrbe tam in Curia Capitolina* ad inſtantiam Ducis Atri pro aſſecutione legati ſibi ab eadem Duciſſa Lauinia Vxore relicti, quod obtinuit, citatis D. D. Sororibus, quam etiam in Curia A. C. vbi idem hæres, citato clar. mem. Cardinali Ludouiſio, res hereditarias ſibi tradi curauit, & credita hæreditaria, ex quo ſequitur, quod cum prò legitima diſpoſitione obſeruata hæc fuerit, non ſit ampliùs dubitandum de illius legalitate, nam obſeruantia plurimum poteſt ad ſignificandum actum eſſe ſolemnem, cum prò ſolemni fuit obſeruatus, vt in terminis Teſtamẽti *Menoc. conſ.* 433. *ſub n.* 18. *verſ.* 5. *& num.* 20. *& ſeqq. Gratian. diſcept.* 429. *num.* 17. *& diſcept.* 468. *à num.* 5. *vſq. ad* 20. vbi quod ſcientia, & patientia facit præſumere veritatem Teſtamenti, nam alias veniens ab inteſtato non tacuiſſet *Peregrin. conſ.* 64. *num.* 19. *lib.* 1. *Rota coram Arguell. d.* 17. *num.* 13. *& coram Merlin. d.* 244 *num verſ. Præſertim, & num.* 22. *& d.* 185. *num.* 7. *part.* 16. *recent.*

Et ità vtraq. &c.

Rauennaten. Reparationis Riparum Lunæ. 14 Martij 1689.

R. P. D. Rondinino Ad totalem conſeruationem, & reſtaurationem riparum &c.

Prædicta autem eo magis procedunt, concurrente obſeruantia, quæ viſa fuit benè in facto probari tam generaliter, quoad aquæductus aliarum regionum, quam ſpecialiter, quoad iſtum Beuani, cuius ripas in parte cohærentes cum bonis vicinæ Regionis Aquaræ conſtat fuiſſe refectas à deputatis Regionis Beuani de anno 1677. *Summ. nu.* 9. & id ipſum iam diù ordinatum fuerat in Epiſtolà Sac. Congregationis Aquarum de anno 1638. *d. Summ. num.* 8. huiuſmodi autem obſeruantia, & conſuetudo eſt attendenda ad Textum *in l. hac vice* §. *ſi aquam verſ. Ductus aquæ ff. de aqu. quotidiana, & æſtiu. d. l.* 1. § *fin. ff. de aqu. pluu. arcen. Burſatt. conſ.* 277. *num* 6. *Marcabrun. conſ.* 57. *num.* 26. *Bin. conſ.* 31. *nu.* 16. *Menoch. de retinen. poſſeſſ. remed* 7. *nu.* 29. *Cepoll. de ſeruitut. ruſtic. præd. cap.* 86. *nu.* 110. *verſ. Tertium Pecch. de Aquæduct. cap.* 5 *quæſt.* 1. *num.* 7. *lit.* 1. *Gob. de aqu. quæſt.* 12. *num.* 1. 2. *& ſeqq. & quæſt.* 19. *num* 19. *Cyriac. contr.* 576. *nu.* 13. *&* 27. *Gratian. diſcept Forenſ. cap.* 480. *num.* 13. *Tondut. reſolut. ciuil cap.* 88. *num.* 9. *Giurb. obſeru.* 61. *num.* 15. *Barz. d.* 57. *num.* 5. *Rota apud Poſth. de manutent. d.* 213 *num.* 7.

Et ità vtraq. &c.

Die Mercurij 3. Settemb. 1692.

Proponente Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. D Cardinale Acciaiolo, Pro tertia vice.

Sacra Congregatio Aquarum ita Reſcripſit.

Infirmandam eſſe Sententiam R. P. D. Præſidis Vmbriæ; Et quoad Repartimentum præſcriptum ab Eminentiſs. Durazzio Commiſſario, ſeu Delegato Apoſtolico ſuper Aquis in Vmbria, Communitatem Meuaniæ non teneri.

Spo-

Spoletana, ſeu Fulginaten. prętenſæ Contributionis.

EMinentiſs.& Reuerendiſs.Domine Propoſita per binas vices huiuſmodi Cauſa
1 in hac Sacra Congregatione,reſcriptum primo loco fuit, quod compulſaretur Sententia
R. P. D. Epiſcopi Tiburtini, quo peracto
emanauit poſtmodum in ſecunda propoſitione habita ſub die 3. Septemb. prox. pręt.
reſolutio infirmationis Sententiæ R. P. D.
Præſidis Vmbriæ;& circa aliam Inſtantiam,
quæ pro parte Communitatis Aduerſariæ
contemporanee fiebat in quodam memoriali Italico pro Contributione nouæ Taxæ,
ſeu Repartimenti facti ab Eminentiſs.& Reuerendiſs. Cardinali Durazzio in executionem dictæ Sententiæ R. P. D. Præſidis Peruſiæ fuit ſub eadem die reſcriptum, quod ſcilicet Communitas Meuaniæ ad illam non
teneretur.

Ab his reſolutionibus fuit ex aduerſo pe-
2 tita coram R. P. D.Secretario noua Audientia, eaque obtenta, cæpit exinde Pars aduerſa pręte ndere electionem Peritorum pro
confectione Plantæ; Vnde nos reaſſumpto
Proceſſu Actorum factorum coram R. P. D.
Præſide Vmbriæ oſtendimus eidem R. P. D.
Secretario, quod Planta Loci fuit pro parte
eiuſdemmet Communitatis Aduerſariæ iam
facta, eaque pro illius parte producta;& propterea Inſtantiæ prædictæ locum non eſſe
3 dicebamus; ſed inſiſtente adhuc Parte pro
dicta noua Planta, idem R. P. D. Secretarius mandauit, quod ſi illam vellet, faceret
quidē, ſed omnibus ſuis ſumptibus, & expenſis, eligendo vlterius in Peritum ex officio
D. Matthiam de Rubeis cum clauſula non
retardata propoſitione Cauſæ.

Cum itaque præſens Cauſa ab Eminentiſs.
Domino meo reproponatur, ſupplicamus
4 pro confirmatione prætenſæ reſolutionis,
prout à ſolita Iuſtitia Eminentiſs. P. P. annuendum ſperamus.

Nihil etenim noui exaduerſo deducitur,
quod aliquo modo turbare valeat euidentiā
noſtri boni Iuris vndequaque apertiſsimi, ſolum dicitur, quod vult fieri Planta Loci, ſed
quid ex ea inferri prętendatur, nunquam D.
Exaduerſo ſcribens adhuc explicauit, nullam
aliam rationem allegando, niſi quod illam
petenti ſuis ſumptibus facere nunquam ſoleat denegari.

Et in hoc certè conuenimus, cum vnicuique data ſit ampliſsima libertas erogandi
proprias pecunias in conficiendo nedum vnicam Plantam, vt factū iam fuit, ſed & etiam
mille ſi placet. Benè tamen verum eſt, &
in hoc credimus, quod nemo poſsit diſſentire, quod quoties huiuſmodi Planta facta iam
5 fuit,& quidem ab ipſa Communitate Aduerſaria, & ab ea quoque iudicialiter producta,
& in Proceſſu de Partibus huc tranſportato
originaliter alligata, & quidē in eademmet
forma, quam damus: debeat propterea Pars
aduerſa huiuſmodi impenſam alterius nouæ Plantæ in deuolutiuo facere, illamque
ſatisfactionē ſibi capere ſine damno noſtro.

Quando potiſſimum vltra tot præiudicia
6 iam paſſa tam in bonis, quam etiam in Perſonis ex cauſa tot executionum *noſtro* 1. *Sum.*
num. 4. *&* 5. imminet etiam de pręſenti noua
Collecta ab Eminentiſs. D. Cardin. Durazzio
nobis iam indicta *præſenti* 3. *Summ. Add. n.*
Vltra alias plures, & quidem grauiſſimas,
quas iſta pendente lite iam ſubiicimus.

His accedit euidentia noſtri boni Iuris re-
7 ſultantis nedum ex Sententia R. P. D. Epiſcopi Tiburtini, lata de Anno 1447. noſtro
1. *Summ. num.* 1. Item ex alia Sententia clar.
mem. Cardinalis Beuilacquæ lata de Anno
1610. *eodem* 1. *Summ. num.* 2. Item ex obſeruantia plurium ſęculorum, Item ex diſpoſitione Iuris Communis per ea quæ diximus
in noſtra prima Informatione §. *Si etenim &c.*
& abundè probauit Dominus meus in Iure
ſcribens; & demum. ex reſolutione fauorabili huius ſupremi Tribunalis plenis Votis
emanata ſub die 3. Septembris proximi præteriti: Ideoq; in tanta rerum copia quod adhuc ſub iugo Collectarum gemere cogamur
ſummę Prudentię Eminentiſsimor. P.P. conſiderandum proponimus.

Fortius cum nihil habeat Pars aduerſa
8 pro ſe præter ſententiam R. P. D. Præſidis
Vmbriæ, in qua nullum fundamentum fieri
potuit, vel quia nulla, vt pote lata ſine Iuriſdictione, vel quia patenter iniuſta, prout ad
euidentiam demonſtrauimus in prima Poſitione in neceſſarijs reaſſumenda.

Nec hodie quidquam deducitur exad-
9 uerſo pręter inſtantiam conficiendi nouam
Plantam, quę vndique calumnioſa conuincitur, vel quia illa fuit iam facta ab ipſa Parte,& quidem in forma ampliſſima, vt ex illius
copia quam damus: Vel quia ad aliud non
tendit quàm ad defatigandam infęlicem Patriam aſſiduo Collectarum pondere, quod
non eſt permittendum.

Addito vlterius quòd nulla adeſt contro-
10 uerſia Loci nec inter nos agitata, nec ab
Eminentiſs. P. P. facta, quę requirat iſtam
nouam Plantam, ita vt illa iam facta non
ſuffi-

Digitized by Google

ſufficiat. Et iura noſtra Sententiarum, &
obſeruantiæ tot ſeculorum, quæ pro funda-
mento noſtræ Intentionis adduximus, non
indigent mutuare ab aſpectu Plantæ illam
Iuſtitiam, & rationem quam habent in ſe.

Demum ſupplicamus aduertere, quod ha-
21 bemus tria Iudicata conformia ſcilicet R. P.
D. Epiſcopi Tiburtini, Cardinalis Beuilac-
quæ, & huius ſupremi Tribunalis, quorum
effectus eſt vlteriorem appellationem reijce-
re iuxta *Textum in Clement prima de ſent. & re
iudic. Rota coram Cerro dec* 488. *num.* 5. *& in
recent. part.* 19. *dec.* 236 *num.* 1. *&* 2.

In nihilo releuante ſi dicatur pro exclu-
22 denda conformitate, quod vna Sententia
non confirmat aliam, quia cum omnia præ-
dicta Iudicata concludant in ſubſtantia, quod
Ripæ Topini Fluminis refici debeant ab ea
Communitate, intra cuius Territorium de-
uaſtatio contingit, hoc ſufficit pro confor-
mitate inducenda, cum non verba, ſed ver-
borum ſubſtantia attendenda ſit, & illæ ſen-
23 tentiæ, quæ reſpiciunt idem Ius, & eam-
dem Cauſam dicantur cõformes, etiamſi ad-
ſit contraria Sententia, vt in præciſis termi-
nis dixit *Rota coram Coccino dec.* 1502. *num.* 3.
cum ſeqq. & deciſ. 1257. *num.* 4. *& coram Mer-
lin. dec.* 550. *num.* 1. *&* 2. *& coram Cerro dec.*
4. *num.* 6. 7. *& dec.* 46. *num.* 1. *& dec.* 488. *nu.*
4. *& dec.* 520. *num.* 1.

Quæ omnia maximè procedunt, cum ſen-
24 tentia Card. Beuilaquæ fuerit tam a Com-
munitate Aduerſaria, quam a noſtra concor-
diter acceptata etiam per viam Tranſactio-
nis & Concordiæ, & ſub certis conſtitutis
pœnis obſeruari promiſſa *noſtro primo ſumm.
num.* 1. & de facto ab inde citra ſemper ob-
ſeruata, intrat regula, quod ſententia, quæ
fuit a Partibus per Tranſactionem accepta-
ta, pro veritate habeatur, & ab ea recedi
non poſſit donec per tres cõformes non fue-
rit reuocata; *Rota coram Cerro dec.* 382. *n.* 13.

Quinimo omnem actionem extinguit, ita
vt nec etiam reſcripto Principis valeat reui-
25 uiſcere ad Textum Litteralem in *l. Fratris
tui, & in l. Cauſas & lites C. de tranſact. Rota
coram Seraphin. dec.* 1557. *num.* 1. *& coram Cel-
ſo dec.* 68. *num.* 1. *& in recent. par.* 18 *dec.* 714
num. 7. *& pluribus exornat de more Paul. Rub.
in Diſcurſu ad I. V. Doctores in princ. partis* 7.
recent. à num. 124. *vſque ad* 135.

Et vlterius qui tranſegit, nec etiam admit-
26 ti debet ad probandum contra ipſam Tran-
ſactionem, cum omnes probationes, & per
conſequens, & multo magis confectio Plan-
27 tæ vndequaque ſuperfluæ ad eiuſdem Con-
cordiæ effectum retardandum nullæ, & irri-
tæ declarentur à Summo Põtifice *in cap.* 1. *de
Tranſact.* ac etiam ab Imperatore in ll. ſub
prætextu 19. *&* 29. *C. de Tranſact. & dixit Rot.
coram Duran. dec.* 121. *num.* 11. *& in recent.
part.* 11. *deciſ.* 318. *nu.* 8. *& part* 14. *dec.* 13.
num. 4. *& part.* 18. *dec.* 714. *num.* 8.

Ideoque à primo ad vltimum credimus
reſcribendum = In deciſis = & quoad con-
fectionem nouæ Plantæ = In Deuolutiua
tantum prout humiliter ſupplicamus.

Quare &c.

Petrus Andreozzius.

Sacra Congregat. Aquarum.

Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. Cardinali Acciaiolo.

Spoletana ſeu Fulginaten. prætenſæ Contributionis.

Pro

Ill. Communitate Meuaniæ.

Contra

Ill. Communitatem Fulginei.

Tertia facti.

Meuanien prætenſæ Contributionis.

EMinentiſs. & Reuerendiſs. Dom. Con-
firmanda eſt reſolutio huius Sac. Con-
28 gregationis plenis votis emanata die 3. Sep-
tembris 1692. qua, infirmata Sententia
R. P. D. Præſidis Vmbriæ ex capite nullita-
tis, & Iniuſtitiæ, dictum fuit Mæuanates non
teneri contribuere ad expenſas, quæ fiunt
pro reparãdis irruptionibus Fluminis Topi-
ni diſcurrentis in Agro Fulginate, cum ipſi
teneantur reparare in proprio Agro Meua-
naten. Quod anteà iudicauerat Epiſcopus
Tiburtinus Anno 1447 à Pontifice Delega-
tus, & clar. mem. Card. Beuilacqua Anno
1610. duabus alijs Sententijs, vt in Poſitione
præ-

prætterita ex gratia reaſſumenda; ſicquè cum
Meuanates iuncta reſolutione huius S. Con-
gregationis dictis duabus ſententijs habeant
tres Sententias conformes,non attenta inter-
19 media d. R. P. D. Preſidis Vmbrię infirma-
ta ab hac Sac.Congregatione,rem iudicatam
conſtituentes, vt præcisè non attenta Sen-
tentia intermedia contraria *Theſaur. deciſ.
122. num. 16. Rot. coram Dunozz. Iun. deciſ.
980 verſ.* vbi, etiamſi ſecunda ſit reuocato-
ria, *& rec. par. 18. deciſ 616. num. primo & in
Vrbeuet. Legatorum 17. Martij 1679. §. Quam-
uis enim,coram clar. mem. Card. Vicecomite.*

Conſequens eſt, vt probatio futura ex
Planta exaduerſo petita non retardet execu-
20 tionem rei iudicatæ, quinimò nec conceda-
tur aduerſus rem iudicatā, vt perpetuò dixit
*Rota, & præſertim in rec. par. 5. deciſ. 125.
num. 10. & par. 7. deciſ 217. num. 2. & par. 9.
deciſ. 223. nu. 4. & coram Seraph. deciſ. 1308.
& coram Caualer. deciſ 208. & coram Priol. de-
ciſ. 288. vbique num 1. & coram San mem.
Alexand. VIII. deciſ. 39. num. 20.* vbi quod
poſt tres Sententias vlteriori probationi lo-
cus eſſe non poteſt.

Etiamſi adamuſsim non conueniant Sen-
tetiæ in verbis omnibus, nec vna confirmet
21 aliam, quia eum omnes concludant in ſub-
ſtantia, quod Ripæ Topini refici debeant
ab ea Communitate intra cuius Territorium
deuaſtatio contingit, id ſufficit pro confor-
mitate, ad quod non verborum cortex, ſed
ſubſtantia conducit, vt magiſtraliter Iuri-
bus, & Iurisperitis adductis probat *Rot.
coram Cerrin. deciſ 1502. num. 3. & ſeqq. &
coram Buratt. dec. 852. & coram Merlin. deciſ.
550. vbique num. primo, & coram. Royas deciſ.
395. num. primo verſ max. quia, & coram Cerr.
deciſ. 46 num. primo & in ſeruitutibus term. dec.
520 num. 1. & ſeqq, & rec. par. 6 deciſ. 292.
num. 2. & par. 8. deciſ. 264. num. primo & par.
17. deciſ. 251. num. 2. & par. 18. deciſ. 240.
num. 5. ac Sæpè in alijs.*

Probatio enim, quæ fieri contigerit ex
Planta non eſt de illis, quæ incontinenti of-
22 feruntur, & oſtendunt Ius incontrouertibi-
le, vt ſunt Confeſsio Partis, Inſtrumentum
publicum reſuè iudicata, aut quid ſimile, ſed
eſt fallax, & ſæpe reiecta, Ideoq; ex proba-
tione futura, quæ poteſt concludere, vel
non,retardari nequit ex prædictis rei iudica-
tæ pro Meuanatibus executio. Quia enim
citata Parte Iuramento non preſtito à Plan-
tam Conficiente, vel alijs de Cauſis nulla
eſse poteſt, vel etiam iniuſta ob errores
Plantam eamdem Conficientis, idcirco
hæc probatio dicitur fallax, & incerta in fa-
cto eſse, & multo magis in fieri, ac paſsim
reijcitur ex prædictis, *vt per Adden ad Buratt.
deciſ. 367. num. 12. Card. de Luc. de iudic. diſc.
24 num. 8. poſt princ. & præſertim verſ Vndè
dici poteſt prob. Fallax Rot apud Poſth. de ma-
nut. deciſ. 184. num. 13. & coram Bich. deciſ.
169. num. 24.*

Creſcit ſuſpicio Calumniæ legaliter lo-
quendo, debitaq; omnibus reuerentia; quia
23 ipſimet Fulginates iam Plantam confecerūt
in forma ampliſsima, vt patet ex illius Co-
pia, quæ datur: Ideoque intrat vulgata Cō-
cluſio, vt petens iterum probare per idem
genus probationis, quod iā probauit, & ſuc-
cubuit, dicatur id agere animo protrahen-
di litem vſque ad probationem iterato de-
negandam *iuxta deciſ. 48. num 1. coram Ludo-
uiſ. & coram Millin dec. 315 num. 2. & recen.
part. 6. deciſ. 216. è num. 2. & part. 10. deciſ.
51. num. 9. ac ſæpe in alijs.*

Et profectò hæc præſumptio incaleſcit in
hac hypoteſi, dum nulla adeſt controuerſia
24 loci nec inter nos agitata, nec ab EE. PP.
promota, quæ requirat hanc nouam Plan-
tam,adeout iam facta non ſatisfaciat: Iuraq;
Meuanatum ex prædictis Inſtrumentis anti-
quiſsimis,obſeruantia tot ſęculorum, & diſ-
poſitione Iuris, vt quiq; reaptet in ſuo Iuſti-
tiam deſumunt, non ex Planta, cuius pro in-
de petitio dicitur cauilloſa ad differendum
Iudicium, & pro illo retardando non
admittenda, prout doctè de more decre-
uit R. P. D. à ſecretis huius Sac. Congrega-
tionis, deueniendo ad electionem Periti non
retardata propoſitione cauſæ, cum & ipſe
D. exaduerſo ſcribens nullam vnquam ratio-
nem adduxerit,qua ex hac Planta infringere-
tur Iuſtitia Sententiarum, ſed tātum dixerit,
quod petenti ſuis ſumptibus nunquam ſoleat
denegari; Sed Iuris Periti contrarium affir-
mant, vt non ſolum non retarderur execu-
tio Iudicati, ſed ex oculari aſpectu loci per
acceſſum,aut per Plantam probatio nullate-
nus admittatur, vbi ex oculari inſpectione
nihil colligi poteſt, quo infringatur Iudica-
tum, vt in terminis benè probat *Tuſc. con-
cluſ. lit. P. concluſ 776. num.201. Poſth. de ma-
nut. obſer. 101. num. 5. in fin.*

Et ratio rationis eſt, quia licet regulariter
Planta ſumptibus petentis facienda non de-
25 negetur,ſicuti etiam non denegatur proba-
tio per Teſtes, vel ſimilis quæ fiat ſumpti-
bus petentis, adhuc tamen denegatur, quan-
do probatum non releuaret, inquit *Textus
in l. prima, & in l. ad probationem C. de probat.
Rot. coram Dunozz. Iun. dec. 528. & dec 833.
vbique num 1. & coram Dunozz. Sen. dec. 207.*

nuu 5. & coram Coccin. deciſ. 2126. num. 14. & rec. par. 18. deciſ. 653. num. 7. & in Monaſterien. Canonicatus ſuper remiſſoria prima Iulij 1659. ſub § Et Profectò, ac ſeqq. coram R.P.D. Molines vbi concordan.

Ea etiam ratione quia ſententia Card. Beuilacquæ fuit ab vtroque Populo accepta-
26 ta ſolemniter per Tranſactionem alias datã, aduerſus quam nulla admittitur probatio etiam ex Iuribus nouiter repertis inquit, *Textus in l. ſub prateſtu 19. C. de tranſlat. Cyriac. contr. 128. nu. 34. Vrceol. de tranſact. quaſt. 8. num. 47. Rot. rec. par 9. dec. 221 num. 7. iunctis anteceden. & poſt Salgad. in labyr. Credit. dec. 25. num. 2 iuncto themate, & coram Duran. dec. 121. num. 10.*

Ideoquè ſi reſcribendo, vt ſperamus = In Deciſis = quoad confectionem nouæ Plantę
27 = nihil = reſcribendum eſſet, & adhuc Menanates illam non impugnant, vt morem gerant D. D. Fulginatibus, iſti quoquè controuertere non deberent, vt quoad dictæ nouæ Plantæ confectionem reſcribatur = In deuolutiuo tantum = non ſolum ex rationibus hucuſque ponderatis, ſed etiam quia nulla iuſtitia, nullaquè æquitas patiuntur, vt
28 poſt tot præiudicia iam paſſa tam in Bonis, quam in Perſonis ob grauiſſimas exactiones relatas in præterita Cauſæ propoſitione, hodiè etiam Mæuanates ſubijciantur nouæ Collectæ ab Eminentiſs. Duratio eis indictæ in executionem Sententiæ R. P. D. Præſidis Perusiæ iam infirmatæ, quem ſolum finem continuandæ iniuſtæ exactionis contrà tres Sententias, & tranſactionem tàm ſolemniter ſtipulatam inter iſtos Popolos, cum approbarunt Sententiæ Cardinalis Beuilacquæ reſpicere videtur petitio nouæ Plantæ: Hac proindè ratione moltò magis reijcienda ad impediendum effectum Iudicati, & Tranſa-
29 cti, ne proprio Iure ſpoliati Mæuanates amplius remaneant cum tanta iactura collectarum, & Fulginates Spoliatores confoueantur in Spolio, in puncto *Rota apud Vrceol. de tranſact. dec. 15. in fin.* his verbis = attenta autem legitima poſſeſſione ſocietatis, ex qua redditur vitioſa illorum de Cellijs, nec pariter viſum fuit opus deuenire ad confectionem Plantæ, quam iſti petebant in facie loci pro diſtinguendis bonis liberis Baldutij Impoſitoris Cenſus ab alijs aſſerto Fideicomiſſo ſubiectis cum remiſſoria concedi non debeat vitioſo Poſſeſſori ad ſe diutius in ſpolio confouendum,

Quare &c.

Peregrinus Maſſerius Ad.

Sacra Congregat. Aquarum

Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. Card. Acciaiolo

Spoletana ſeu Fulginaten. pretenſæ Contributionis.

Pro

Ill. Communitate Meuaniæ.

Contra

Ill. Communitatem Fulginei.

Tertia Iuris.

Die Iouis 2. Aprilis 1693.

Reproponente Cauſam eodem Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. D. Card. Acciaiolo, Sacra Aquarum Congregatio ſuprema dedit Oracula In Deciſis.

Ad Sacram Aquarum Congregationem Epigramma.

Per Ill. & Admodum Reu. D. Can. Vincentij de Gregorijs Meuanatis,

Purpurei Cœtus laudes renouantur Aquarum;
Dum promit Stellas Angelus iſte tuas.
Sidera fixa nitent Cœlorum in vertice tanto,
Quæ non errarunt, ſolida ſempèr erunt.
Delphica tantorum ſunt Patrum Oracula in Vrbe,
Queis totus mundus temperat Imperium.
Iure igitur meritò Franciſcus fundit Vbique
Dogmata ſumma Patrum, Dogmata cara mihi.

Die 25. Septemb. 1693. Plena Aquarum Congregatio in hac Cauſa (eodem reproponente Eminentiſs. & Reuerendiſs. D.D. Card. Acciaiolo) reſcripſit = pro expeditione = In cuius reſcripti executionem idem Eminentiſs. expediuit Cauſam vt in infraſcripta Sententiæ Cedula,

IN Nomine Domini Amen. Pręſenti publico Sententiæ Inſtrumento cunctis vbique pateat euidèter, & ſit notum quod anno ab

ab eiuſdem D. N. D. Ieſu Chriſti ſalutifera Natiuitate Milleſimo Sexcenteſimo Nonageſimo tertio Indictione prima, Die verò tertia Menſis Octobris Pontificatus autem SS. In eodem Chriſto Patris, & D. N. D. Innocentij Diuina prouidentia Papæ Duodecimi anno tertio. D. de Comitibus Vnus ex SS. D. N. Papæ Curſoribus retulit in ſcriptis ſe die ſecunda dicti Menſis Octobris ad Inſtantiam Ill. Communitatis Meuaniæ per acta mei Reuer. Cameræ Apoſtolicæ Secretarij, & Cancellarij infraſcripti citaſſe corã Sac. Congregatione Aquarum, Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. Cardinali Acciaiolo, in Spoletana ſeù Fulginaten. prætenſæ contributionis D. Franciſcum Manciam Procuratorem aſſertum Ill. Communitatis Fulginei exaduerſo principalis ad videndum reiterari Omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales malè, nullitèr, & inculcatè tentos, & forſan etiam non ſeruatos in vim quarumcumque facultatum videndũ Inſtantem abſolui à Cenſuris ad effectum &c. Nec non deferri Iuramentum in ſupplementum plenæ probationis, quatenus opus ſit concludendum &c. audiendumque Sententiam definitiuam ad primam diem, qua quidem die Relatione facta comparuit D. Petrus Andreozzius Procurator petens vt ſupra. Ex tunc dictus Eminentiſs. Dominus Cardinalis Acciaiolus ſedens &c. Viſis &c. Auditis &c. in huiuſmodi Cauſa concluſit, pronunciauit, & ſententiauit pro vt in Cedula, quam Eminentia ſua præ Manibus habens vidit, legit, & ſubſcripſit, & ſic ſubſcriptam mihi Reuer. Cameræ Apoſtolicæ Secretario, & Cancellario infraſcripto conſignauit ad effectum publicandi, pro vt publicaui tenoris ſequentis Videlicet = Chriſti Nomine Inuocato. Pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habẽtes per hanc noſtram definitiuam Sententiam, quam de ordine plenæ Congregationis Aquarum, & Iuris Peritorum Conſilio in his ſcriptis ferimus in Cauſa, & Cauſis, quæ primo vſque, & de Anno 1447. Coram R. P. D. Nicolao Epiſcopo Tiburtino Iudice ſpeciali Breui, & commiſſione S. M. Nicolai Papæ Quinti deputato pro dirimendis varijs differentijs inter Communitatem Meuaniæ & Communitatem Fulginei, aliaſque finitimas Communitates vertentes, & ſignanter circa refectionem Riparum Topini Fluminis inter prædictas duas Communitates Meuaniæ, & Fulginei de eo tempore agitata, Illique Communitati ab eodem R. P. D. Nicolao in Sententia, quam protulit demandata intra cuius Territorium earumdem Riparum deuaſtatio contigiſſet; 2. vſque & de Anno 1610. coram Clar. mem. Cardinali Beuilacqua tunc temporis Peruſiæ, & Vmbriæ à Latere Legato occaſione aliarum differentiarum inter eaſdem Communitates ſuperuentarum, eidemque vnanimiter compromiſſarum, qui in ſuo Laudo ſeù Decreto, quod protulit, inter alia, quæ in eo decreuit, ordinauit, & iniunxit reaptationem Riparum Topini Fluminis illi Communitati intra cuius Territorium illarum deuaſtatio eueniret 3. Coram R. P. D. Grimaldo de Anno 1691. tunc Peruſiæ Præſidi Delegato huius Sac. Congregationis Aquarum licet in prima ab eo iudicatum appareat inter eãdem Communitatem, & Homines Ciuitatis Fulginei Actores, & eamdem Communitatem, & Homines Terræ Meuaniæ reos conuentos de, & ſuper prætenſa contributione reaptationi Riparum Topini Fluminis in Territorio Fulginati deuaſtatarum per Communitatem Meuaniæ vt prætendebatur facienda, & 4. Demum Coram Nobis ſuffect. in locum Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. Cardinalis Millini Ponentis huius Cauſæ primitus cõſtituti inter dictam Communitatem Meuaniæ Actricem, & appellantem in hac plena Congregatione à Sententia R. P. D. Grimaldi ex vna, & eamdem Communitatem Fulginei ream conuentam, & appellatam partibus ex altera, de & ſuper confirmatione, vel infirmatione dictæ Sententię R. P. D. Grimaldi, ac de & ſuper pretenſa contributione reaptationi riparum eiuſdem Topini Fluminis vltimo loco occurſæ in Territorio Fulginati, & Communitati Meuanię nulliter, & indebite iniuncta, ac etiam reſtitutione pecuniarum occaſione dictæ prætenſæ Contributionis per dictam Communitatem Fulginei exactam ab eadem Communitate Meuaniæ, rebuſqe alijs &c. Dicimus, pronunciamus, Sententiamus, ac definitiuè decernimus, & declaramus malè fuiſſe, & eſſe per eundem R. P. D. Grimaldum iudicatum, & Sententiatum, beneque ac legitimè per eamdem Communitatem Meuaniæ appellatum à prædicta Sententia eiuſdem R. P. D. Grimaldi, & propterea iſtius Sententiam in omnibus, & per omnia infirmandam, & reuocandam fore, & eſſe, pro vt hac noſtra definitiua Sententia infirmamus, & reuocamus, ac pro infirmata, & reuocata haberi volumus præcipimus, & mandamus, & è contra dicimus, pronunciamus, Sententiamus, ac definitiuè decernimus, & declaramus benè fuiſſe, & eſſe tam per eumdem R. P. D. Nicolaum Epiſcopum Tiburtinum, quam etiam per eumdem Cardinalem Beui-

 lacquam

Iacquam iudicatum in demandando refectionem Riparum Topini Fluminis Illi Communitati intra cuius Territorium deuaſtatio contingeret,& propterea illorum Iudicata confirmanda , & approbanda fore , & eſſe,& perpetuis futuris temporibus executioni demandanda , pro vt hac noſtra definitiua Sententia , confirmamus , & approbamus , ac exequi volumus, præcipimus, & mandamus; Eidemque Cummunitati Fulginei non licuiſſe , neque licere contribuere nuper feciſſe eamdem Communitatem Meuaniæ ad reapiationem Riparum in eius Territorio deuaſtatarum , pecuniaſque occaſione dictæ præ tenſæ contributionis ab eadem Communitate Meuaniæ per eamdem Communitatem Fulginei nulliter , & indebitè exactas in executione dictæ Sententiæ R. P. D. Grimaldi reſtituendas fore, & eſſe , pro vt illas reſtitui volumus præcipimus,& mandamus,& quodcumque mādatum de reſtituendo ad factum , & executiuum reſpectiuè, & aliud quodcūq. deſuper neceſſarium , & opportunum decernendum, & relaxandum fore , & eſſe, pro vt hac noſtra definitiua Sententia decernimus , & relaxamus , Victamque Victrici In expenſis condemnamus quarum taxationem Nobis, vel cui de Iure in poſterum reſeruamus ; Et Ita dicimus , pronunciamus , Sententiamus , ac definitiuè decernimus , & declaramus , non ſolum præmiſſo ſed , & etiam omni alio meliori modo &c. Ita pronunciaui Ego Nicolaus Cardinalis Acciaiolus = Super quibus omnibus, & ſingulis prædictis petitum fuit a me Reu.Cameræ Apoſtolicæ Secretario,& Cancellario publico infraſcripto, vt vnum vel plura publicum, ſeù publica Inſtrumentum.& Inſtrumenta cōficerem atque traderem , pro vt opus fuerit , & requiſitus ero . Actum Romæ , & in Palatio ſolitæ Reſidentiæ dict. Eminentiſs. D. Cardinalis præſentibus , audientibus, & Intelligentibus , D. D. Mathia Belluccio , & Io: Dominico Paſſarino Conſubſtitutis , Teſtibus ad prædicta omnia , & ſingula vocatis , habitis , ſpecialiter atque rogatis =

Ego Franciſcus Antamorus R. C. Apoſtolicæ Secretarius , & Cancellarius de præmiſſis rogatus præſens Inſtrumentum ſubſcripſi; & publicaui requiſitus &c. Loco ✠ ſigni dicti Notarij .

Et Ego Matthæus Cæſarinus Cancellarius Notarius publicus Spoletanus , & ad præſens per Ill. Communitatis Vetuſtæ Meuaniæ Secretarius,& Cancellarius ſupradictam Copiam ex altera ſimili Copia publica , quæ inter alia, memoratu digna, & ſignanter ſuper huiuſmodi Aquarum Materijs , reſcriptis ſuperius mentionatis , & emergentibus inter finitimas Communitates aſſeruatur , in quodam Abaco in Cācellaria Conſulari exiſtente quinque Clauibus munito fideliter extraxi exemplaui , & de verbo ad verbum copiaui , facta poſtmodum diligenti Collatione in forma, requiſitus hac die vltima Ianuarij 1694.

Contra Communitatem Montisfalchij , fauore Vniuerſitatis Meuaniæ . Die 25. Septembris 1693. Plena Aquarum Congregatio in hac Cauſa (Reproponente Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. D. Card. Acciaiolo) reſcripſit = Pro expeditione = in cuius reſcripti exequtionem idem Eminentiſs. D. expediuit cauſam vt in infraſcripta Sententiæ Cedula .

CHriſti nomine inuocato . Pro Tribunali ſedentes , & ſolum Deum præ oculis habentes per hanc noſtram definitiuam Sententiam , quam de ordine plenæ Congregationis Aquarum , & Iuris Peritorum conſilio in his ſcriptis ferimus in cauſa , & cauſis, quæ primo coram R. P. D. Sciamanna Epiſcopo Spoletano Iudice Delegato huius Sac. Congregationis Aquarum , ſeu illius D. Vicario Generali Iudice Subdelegato, inter Ill. Communitatem Meuaniæ ex vna , & Ill. Communitatē Montisfalchij ex altera de, & ſuper expurgatione Aluei Fluminis Clitunni in ea parte vbi diuiditur Aqua dicti Fluminis inter prædictas Communitates , Secundo coram R. P. D. Grimaldo Peruſiæ Præſide Iudice pariter Delegato eiuſdem Sac. Congregationis licet in prima ab eo iudicatum appareat inter eamdem Communitatem , & Homines Montis Falchi Actores , & Ill. Cōmunitatem , & Homines Terræ Meuaniæ Reos conuentos de & ſuper expurgatione dicti Fluminis in loco prædicto : & Tertio demum coram Nobis ſuffecto in locum Eminentiſs. & Reuerendiſs. Dom. Cardinalis Millini Ponentis huius Cauſæ primitus conſtituti inter dictam Communitatem Meuaniæ Actricem , & appellantem in hac plena Congregatione à Sententia R. P. D. Grimaldi ex vna , & eamdem Communitatem Montis Falchi Ream conuentam , & appellatam Partibus ex altera de & ſuper infirmatione , vel confirmatione dictæ Sententiæ R. P. D. Grimaldi , ac confirmatione , vel infirmatione Decreti , ſeu Sententia dicti R. P. D. Sciamannæ , ſeu illius D. Vicarij

Gene-

Generalis, rebuſque alijs &c. Dicimus Pronunciamus, Sententiamus, ac definitiuè decernimus, & declaramus, malè fuiſſe, & eſſe iudicatum per eumdem R. P. D. Grimaldum, beneque & legitimè per dictam Communitatem Meuanię appellatum à prędicta Sententia eiuſdem R. P. D. Grimaldi, & propterea iſtius Sententiam in omnibus, & per omnia infirmandam, & reuocandam fore, & eſſe, prout hac noſtra definitiua Sententia infirmamus, & reuocamus, & pro infirmata, & reuocata haberi volumus, pręcipimus, & mandamus: & è contra dicimus, pronunciamus, ſententiamus, ac definitiuè decernimus, & declaramus benè fuiſſe, & eſſe per eumdem R. P. D. Sciamannā, ſeu illius D Vicarium Generalem iudicatum fauore dictæ Communitatis Meuanię contra dictam Communitatem Montis Falchi, & propterea illius Sententiam ſeu Decretum in omnibus, & per omnia confirmandam, & approbandam fore, & eſſe, & perpetuis futuris temporibus executioni demandandā, prout hac noſtra definitiua Sententia decernimus, & declaramus, eamdemque Communitatem Meuaniæ manutenendam fore, & eſſe in poſſeſsione expurgandi expurgarique faciendi Alueum prædicti Fluminis Clitumni ad formam prædictæ Sententiæ, ſeu Decreti eiuſdem R. P. D. Sciamannæ, ſeu illius Vicarij Generalis, & quodcumque mandatum de manutenendo, & aliud quodcumque deſuper neceſſarium, & opportunum decernendum, & relaxandum fore, & eſſe, prout hac noſtra definitiua Sententia decernimus, & relaxamus, Exceptiones quę per dictam Cōmunitatem Montis Falchi aduerſus dictam Communitatem Meuaniæ in hac Sacra Congregatione allegatas ſuper dicto Iure expurgandi eidem Communitati Meuaniæ competen. fuiſſe, & eſſe nullas, irritas, inanes, illegitimas, & inſubſiſtentes, nulliuſque roboris, & momenti, prout hac noſtra definitiua Sententia decernimus, & declaramus, & ſuper illis perpetuum ſilentium imponendum fore, & eſſe, prout imponimus, Victamq. Victrici in expenſis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de Iure in Poſterum reſeruamus, & Ita Dicimus, Pronunciamus Sententiamus, ac definitiuè decernimus, & declaramus non ſolum præmiſſo ſed, & etiam omni alio meliori modo &c. fuit pronunciata die Tertia Menſis Octobris *1693*. per acta Antamori.

Opus, cui eſt titulus,

De Confeſsionibus Tomus Secundus &c.

PRæclariſsimi Iuriſconſulti Franciſci de Angelis vidi, & auidiſsimè perlegi, ac illud, non tantùm impreſsione dignum arbitror, & publicatione ob doctrinæ ſoliditatem, nodoſiſsimoſque iuris articulos ingenij ſui dexteritate, qua pollet eruditè, ac neruosè enodatos, & in eo nihil Fidei diſſonum, nihil morum integritati nō conſonum dictum, ſcriptumue reperiatur, verum, & Autori ob id tam benè merenti gratias agendum, qui arte, ingenio, & labore publicæ vtilitati ſic optimè conſuluerit Perusię iiij. Nonas Martij 1694.

Franciſcus Iouius I.V.D. in Peruſina Accad. Publ. legum Profeſs. ac Sac. Inquiſit. Conſult.

QVæſtiones ſupraſcriptas typis mandari poſſe crederem, cùm nihil in eis Fidei diſſonum, nihil morum integritati non conſonum ſcriptum reperiatur, ſi Reuerendiſs. Domino meo ità etiàm videatur. Pridie Idus Aprilis *1694*.

Franciſcus Iouius I. V. D. in Peruſina Academia Publicus legum Profeſſor, ac Sacræ Inquiſitionis Conſultor.

Imprimatur.

Inquiſitor Generalis Prouinciæ &c.

IN-

INDEX
NVMERICVS
In prima Cauſæ propoſit. Contra Communitatem Fulginei.

CArdinalis Beuilacquæ Sententia, & R. P.Nicolai Epiſcopi Tiburtini vetus ſedarunt diſſidium inter Meuaniam, & Fulgineum, cæteraſque finitimas Communitates quoad Fluminum rupturas, & reparationes num. 1. & 2.

Sententia Epiſcopi Tiburtini condemnat Fulginei Communitatem ad tenendum curſum Fluminis Tupini liberum ab omni impedimento, & ad muniendas, & reparandas ripas, & idem iniungit Meuanatibus in eorum Territorio, num. 3.

Inter ipſas Cocommunitates, ac Hiſpelli, necnon Aſſiſij exortæ fuerunt controuerſię, & de anno 1610. compoſuit idem Cardinalis Beuilacqua, num. 4.

Sententia dicti Cardinalis coarctat Fulginates ad reparandas ripas Topini Fluminis in eorum Agro, ſicuti Sententia prima Epiſcopi Tiburtini, num. 5.

Ambæ Sententiæ prædictę fuerunt ſempèr obſeruatæ à Fulginatibus per riparum reparationem factam in eorum Agro, nu. 6.

Fulginates poſt non nulla Sæcula ab hac reparationis obſeruantia procurarunt recedere per non nulla repentina Ordinamenta de contribuendo extorta ab R. P. D. Grimaldo directa aggregato Ciui Fulginati, n. 7.

Contra huiuſmodi Ordiuamenta Meuanię Communitas obuiare curauit per inhibitionem Sac. Congregationis aquarum; cæterum incaſſum pro obuiatione, num. 8.

Conſules Meuaniæ prius grauantur, & regrauantur, quam diffinitiuè Sententietur, num. 9.

Violenta Peritorum electio num. 10.

Petitio pro purgandis attentatis quare iniuſtè fuerit reiecta? num. 11.

Contra duas antiquiſſimas Sententias fauore Meuaniæ R. P. D. Grimaldus pronunciat omni Iuris, & facti ordine inculcato, & de repente collectas imponi iubet num. 12.

Appellatio ab hac Sententia de repente, non retardata collecta contra Meuaniam, nu. 13.

Acerbiſſimum vulnus prouocat ad lamentationes, at reuerentia vincit dolorem, n. 14.

Vulnera violenter inflicta à ſuprema manu ſanantur num. 15.

Iuſtitia pro reuocatione Sententiæ in reſtitutione pecuniarum pro multis, ſeu grauaminibus indebitè ſolutarum, & pro pœnis conuentis, num. 16.

Sententia Grimaldi inconſideratè lata, & conſequenter iniuſtiſſima, num. 17.

Iudex Inferior abſque ſpeciali Papæ commiſſione nequit reuidere Iudicum Superiorum Sententias, num. 18. & 21.

Aduerſus Sententiam à partibus acceptatam, vel ſi ab ea non ſit appellatum, at in iudicatum tranſactam nemò venire poteſt non præuia reſtitutione in integrum, num. 19.

Reſtitutio in integrum ex quibus excludatur? num. 20.

Interdictum refectionis riparum datur aduerſus poſſidentes tantum &c. in illo Territorio, in quo facienda eſſet refectio, etiamſi tendat in vtilitatem Territorij adiacentis, num. 22.

Dominus Superioris Appartamenti tenetur proprijs ſumptibus dictum Appartamentum conſeruare, num. 23. & 42.

Sententiæ tam Nicolai, & quàm Beuilacquæ coarctant ad reparandas ripas Tupini Fluminis Fulginates in eorum Agro, n. 24.

Quod indubitanter procedit, ſtante re iudicata, & mutua repromiſſione de ſeruando Sententias, num. 25. & obſeruantia ſubſequta num. 26. & 48.

Obſeruantia immẽorabilis quid operetur? num. 17. & 48

Ex quibus præſidis Vmbriæ Sententia iniuſta reſultet? num. 28.

Mulctarum, ſeu Grauaminum nullitates, ex quibus proficiſcantur? num. 29.

Promittens reficere, & non reficiens tenetur ad damna, & intereſſe quouſquè factum non adimpleatur, num. 30. imo, & ad pœnam repromiſſam num 31.

Regula = qui ſentit commodum &c. = quomodo declaretur? num. 32. & 37. & ſeq.

Repartimentum Monaldi nõ implicat aduerſus Meuaniam, & quare? num. 33. & 49.

R. P. D. Spinolæ, & Marazzani reſpectiuè Ordinamenta Meuaniam non afficiunt, & quare? num. 34. 49. & 50.

Ordinamenta de facto facta nullum firmant Statum, num. 35.

Ordinamenta de facto facta nõ præualent Sententijs pronunciatis, & à partibus acceptatis atquè exequtis num. 36.

Sententia R. P. D. Præſidis Vmbriæ redarguitur in intelligentia Regulæ = qui ſentit commodum &c. = num. 37.

Meuanates nullum commodum habent in ripis

ripis Tupini Fluminis Sitis in Agro Fulginati; & dantur Exempla commodi fauore Fulginarum. num. 38.

Inter Fulginates commodum habentes faciendum eſt repartimentum num. 39.

Poſſidentes in Agro vbi Ripæ deuaſtentur Aggeres munire tenentur, & in priſtinum reponere num 40.

Ex neceſſitate naturæ aquæ fluunt ad partem inferiorem, num. 41.

Superior Domus Dominus tenetur ad reaptandam ipſius Domus Superiorem partem, num. 42.

Superior pars Territorij tenetur ſuam Superiorem partem reparare in Fluuio, & inferior inferiorem, & dantur euidiſſima exempla, cum ſuis Iuribus, num. 43.

Duæ Sententiæ in Iudicatum tranſactæ fauore Meuaniæ aſtringentes Fulginates ad reaptandas Riparum irruptiones in eorum Agro faciunt de albo nigrum nu. 44. ſignanter ſi veniant Sententiæ acceptatæ loco pacti, num. 45.

Pacta faciunt recedere à Iuris diſpoſitione, & his eo magis eſt ſtandum, ſi vigeat conſentanea diſpoſitio Iuris communis, n 46.

In materia aquarum pacta inuiolabiliter ſunt ſeruanda, num 47.

Obſeruantia ſubſequta poſt Sententias, pacta, & Tranſactiones ſuper aquis initas eſt omnium probationum maxima non infringenda, num. 48.

Monaldi repartimentum quarè in nihilum auerſatur Sententijs, illarumque obſeruantiæ fauore Meuaniæ? num. 49.

R. P. D. Marazzani, & Spinolæ Ordinamenta ſunt inefficacia, tamquàm Parte non citata emanata, num. 50.

Ex quibus eliciatur dictorum ordinamentum inefficacia? num. 51.

Sententia contra Sententiam (non reuocata prima) minimè datur, & quare, nu. 52.

Vt reuocentur Sententię in iudicatū tranſactæ, & a partibus acceptatæ debet prius interuenire reſtitutio in integrum aduerſus dictas Sententias, num. 53.

INDEX.

IN Secunda Cauſæ propoſitione Subdelegatio in partibus pro facienda compulſatione R. P. D. Epiſcopi Tiburtini, num. 1.

Sumptum de ſumpto licet regulariter non probet, fallit quando exemplatur à ſumpto de Sumpto publico, facto ab eodem Notario rogato, num 2. 24. & ſeqq.

Sententia R. P. D. Tiburtini fuit lata Fulginei num. 3. fuit approbata à Gubernatore Fulginate, & ab Eminentiſs. Rondonino de anno 1665 num. 4 & num. 13.

Antiquitas, & Obſeruantia præbet fidem Scripturis, num. 5.

Deperdito originali Inſtrumento quando ſumptum probet? num. 6.

Petens reſtitutionem in integrum aduerſus aliquam Sententiam dicitur fateri Sententiæ exiſtentiam, num. 7.

Fides æquiuoca in perquiſitione facta Inſtrumenti, ſeu ſcripturæ non probat, nu. 8.

Publicatio Sententiæ R. P. D. Tiburtini per Notarium Antoninum de Monte Portino, num. 9.

Obſeruantia enunciata in reſcripto Sac. Cōgregationis probatur ex compluribus litteris Communitatis, & Gubernatoris Fulginei, num. 10. & 27.

Confeſſio in Epiſtola probat ad quemcunque effectum, num. 11. ſignanter ſi fuerit repetita, num. 12.

Literæ Cardinalis Rondonini, & Gubernatoris Fulginei comprobant obſeruantiam Sententiæ R. P. D. Tiburtini, num. 4. & 13.

Epiſtola R. P. D. Caietani de mente Sac. Congregationis aquarum exarata præſcribit vnamquamquè Communitatem teneri in ſuo Agro ad manutentionem Riparum Fluminis, num. 14. & 30.

Epiſtolæ D. D. Priorum Fulginei ſcriptæ D. D. Meuaniæ Conſulibus ſuper reparatione Tupini Fluminis quam primum facienda reddunt confeſſionem inconcuſſam contra Communitatem Fulgineæ, num. 15.

Atteſtationes locorum Vicinorum, quod vnuſquiſque reaptet in ſuo, quid arguant? num. 16. & 31.

Plures Teſtes comprobant ære proprio Fulginates ripas in proprio Agro reaptaſſe, num. 17 & 31.

Obſeruantię iuſtificatio expluribus probationibus vnitis tollit omnem dubitationem pro ſatisfatione reſcripti, num. 18. & 32.

Commodum proueniens ex ripis Fluminis Tupini in Territorio Fulginati percipitur a Fulginatibus, & non Meuanatibus, ſicque ad Fulginates ſpectat incummodum, n. 19 & 28.

Comodum, & incomudum ſunt correſpectiua num. 20. & 28.

Commodum proueniens Vicinis Agri inferioris ex reaptatione facta a Superioribus Vicinis eſt accidētale, & probant etiam Epiſtolæ Fulginatum, num. 21.

Quæſtio de Comodo ceſſat ex Sententijs Epiſcopi Tiburtini, & Beuilacquæ legati, num. 22.

Re-

Reſtitutio in integrum ceſſat poſt quatriennium, & multo magis poſt duo ſæcula, num. 23. & 33.

Sumptum de ſumpto publico probat ſicuti eſſet facta exemplatio ex proprio Originali, nu.24 ſignanter in Antiquis, & vltra duo ſæcula, num. 25. iuncta confeſſione Partis aduerſæ, & obſeruantia num. 26.

Obſeruantia fauore Meuaniæ contra Fulginates ex quibus ſolidiſſimè elicitur? late num. 27. & 31.

Quod Riparum reaptatio cedat in comodum Fulginatum in eorum Agro comprobatur ex pluribus, & declaratur, num. 28.

Ager inferior agit aduerſus Superiorem pro damno, vt reſarciat Aggerum rupturas ad inſtar inferioris Domus Domini cõtra Superiorem Dominum partis domus, num 29.

Refertur Epiſtola R P. D. Caietani pro corroboraitone, num. 30.

Obſeruantia continuata à Fulginatibus in reaptando proprijs ſumptibus Tupinum in Agro proprio corroboratur ex Teſtibus, & ex eorum Epiſtolis, ac Præſidum Prouinciæ, ac ab atteſtationibus vicinorum Locorum, num. 31.

Sententia Tiburtini Epiſcopi, & Cardinalis Beuilacquæ ſunt ſolida fundamenta pro Meuania, num. 32.

Reſtitutio in integrum aduerſus Sententiam Tiburtini Epiſcopi fruſtra petitur, & quare? num. 33.

INDEX

In Tertia Cauſæ propoſitione Enarrantur binæ propoſitiones cauſæ cum ſuis emanatis Oraculis num. 1.

Audientia noua fuit conceſſa ab R. P. D. Secretario, num. 2.

Planta ſemel producta à Fulginatibus iterum pro ea inſtatur, vt ex officio eligatur Peritus, & nomintaus Dominus Mattheus de Rubeis Romanus Architectus, num. 3.

Fit repropoſitio cauſæ ab Eminentiſs. D. Aceiaiolo, & ſupplicatur pro confirmatione reſolutionis alias factæ, num. 4.

Nouæ Plantę confectio non eſt concedenda, & quatenus concedatur in deuolutiuo tantum ſumptibus petentis, num. 5.

Proponuntur damna, expenſæ, ac collectæ paſſæ, & omnia quæ pati cõminantur, num 6.

Euidentia boni Iuris ex duabus etiam Sententijs recol. mem. Epiſcopi Tiburtini, & Clariſsimæ Rec. Cardinalis Beuilacquæ, & ex reſcripto Sacræ Congregationis, num. 7.

Sententia R. P. D. Præſidis Vmbriæ non poteſt reſiſtere, num. 8.

Nihil adducitur, niſi nouæ mappæ, ſeu Plantæ leuatio, num. 9. & 24.

Loci, & Confinium controuerſia non exiſtente, non datur noua Mappæ eleuatio, num. 10. & 24.

Qui habet tria iudicata, habet cauſam finitam, num. 11.

Res iudicata dicitur, dum quis habet tres Sententias concordantes in ſubſtantia, licèt vna non confirmet aliam, num. 12. & num. 19. & 21.

Illæ Sententiæ quæ reſpiciunt idem ius, & eamdem cauſam dicuntur conformes, etiamſi adſit contraria ſententia, at infirmata, num. 13. & 19.

Sententia, quæ fuit à partibus acceptata pro veritate habetur, & ab ea recedi nequit, donèc per tres conformes non fuerit reuocata, num. 14.

Sententia acceptata à Partibus per Tranſactionem neque ex Principis reſcripto reuocatur, num. 15.

Tranſigens non admittitur ad probandum contra tranſationem per ipſum initam, num. 16.

Inefficaces probationes vt ſunt Plantæ confectio, non retardant effectum Concordiæ, num. 17. & 20.

R. P. D. Præſidis Vmbriæ Sententia infirmatur ex capite nullitatis, & iniuſtitiæ, num. 18.

Tres Sententiæ conformes exquibus reſultent? quamquam adſit vna Sententia contraria, & poſtmodum infirmata, num. 19.

Probatio futura ex Planta, non retardat effectum trium conformium, num. 20. & 22.

Conformes ſunt Sententiæ, ſi concordent in ſubſtantia, licet in cortice verborum differant, num. 21.

Probatio incontinenti quæ ſit retardatiua trium Sententiarum conformium? num. 22.

Probatio per idem genus probationis non admittitur. & quarè? num. 23.

Probatio per Plantam ſeu Ocularem inſpectionem non admittitur, quando non releuat, vt in caſu Iudicati, & tranſacti, ſeu &c. num. 24.

Probatio Sumptibus petentis licet non denegetur, denegatur tamen, quando probatum non releuat, num. 25.

Probatio non admittitur, etiam ex nouiter repertis, quando verſantur in tranſactis, & acceptatis, num. 26.

A' Defenſoribus Cauſæ petitur à Sac. Congregatione aquarũ diſtintè reſcriptum, n. 27.

In

Ingentiſsima quæ Meuania patitur damna repræſentantur efficaciter pro quibus petitur remedium; & probationes non admitti, & quare? num. 28.

Reintegratio fauore Meuaniæ ad Ius cogendi Fulginates pro reparandis rupturis, & ripis in eorũ Fulginati Agro depreſsis, concedenda eſt eo modo, quem Meuanates prius habuerunt, etiam à tranſactis ſæculis, num. 29.

FINIS.

Tu mihi Terra, Deus: mihi tu Mare, tu mihi Cœlum;

Denique cuncta mihi es: Te ſine, cuncta nihil.

Herman. Hug. Societ. Ieſu.

Pia Deſideria,
V. Suſpiria.

Lib. 3. 6. pag. mihi 147.



SVMMARIVM.

1 *A Quo dicitur Prator, & an Ius haberet ſcribendi Leges?*

2 *Quis nàm eligebatur Prator?*

3 *Amplum erat Prætoris officium.*

4 *Prætoris authoritas erat ad inſtar Imperij.*

5 *Hodiè Prætor eſt Prouinciæ Præſes, & quarè?*

6 *Meuaniæ antiquiſsimum Territorium erat valdè dilatatum.*

7 *Quarè Meuania fuit Pratoria dignitate decorata?*

8 *Huiuſmodi Prætoris titulum adhuc Meuaniæ Iudex in ſuis retinet patentibus Litteris.*

9 *Meuania fuit vna ex Principibus Vmbriæ Ciuitatibus.*

10 *Sac. Conſulta gerit vices ſui Principis.*

11 *Meuania clara Ciuitas antè, & poſt Chriſti aduentum.*

12 *Semel Ciuitas, ſemper Ciuitas.*

13 *Pro Fluminibus reaptandis ſolent Agri Poſſeſſores grauari.*

14 *Modus collectandi docetur.*

15 *Antè Collectæ impoſitionem quomodò ſe gerere debeat Concilium, & quid ſtatuere?*

16 *Steriles Terræ non collectantur.*

17 *Ægidianæ Conſtitutionis pæna contra Transgreſſores infliguntur.*

18 *Ad Collectam huiuſmodi tenentur etiam Forenſes, ſi in Agro poſſideant.*

19 *Opus publicum per 15. Annos manutenetur ab Artifice.*

20 *In Opere publico peragendo quarè ſit præſtanda Fideiuſſio?*

21 *Prætor quando non ſit Laudandus? Et Officiales publici quandò teneantur ad damna Communitatis?*

22 *Intereſt Reipublicæ Subditos habere locupletes.*

23 *Collecta impoſita pro Vtilitate publica tollere ſolùm debet in ipſam Cauſam.*

24 *A Prætore requiſita ſeruanda exurantur.*

A V T H O R

Ad per Illuſtrem, & Excellentiſsimum

D. D. PRÆTOREM

VETVSTAE MEVANIAE

PRiſcis vocabantur temporibus Prętores,
1 qui omnibus præirent, eiſdemque per-
miſſum Ius ciuile ſcribere, ait in §. *Prætorum
quoque Edicta, Inſtitut. de Iur. natur. Gent. &
Ciuil.* & benè ootat *Theat. Vit. human. tom. 6.
lit. P. in verb. Prætor, Prætura, in princ.*

Et nemn eligi poterat, niſi de Vrbe na-
2 tus, ad tex. ſatis clarum *in l. Tres tantumodò
2. C. de offic. Prætor. l. nemo 1. & ibi Gloſ. C. de
Prætor. & honor. Pratur. &c. lib. 12.*

Erat eorum officium in Iudicatura dilata-
3 tum, vt ex *l. prima cum ſeqq. C. de Offic. Pra-
tor.*

Imò Prætoris Officium tunc temporis
4 quaſi Imperij maieſtate coruſcabat *l. Ius plu-
ribus 11. §. Alia, in fin. ff. de Iuſt. & Iur. l.
Apud eum 14. ff. de manumiſsionib.* & optimè
accnraoda eſt *Gloſ. in l. Si autem 10. §. ſi Flu-
men, in Verb. Prætorem, ff. de aq. plu. arcen.*
& mirabiliter *Gloſ. in dicto §. Prætorum quoque
Edicta, Verbo, Edictum, incipien. & Prætores ho-
die, Inſtit. de Iur. natural. &c.* vbi, quod ho-
5 die tales Prætores ſunt Prouinciarum Præſi-
des habentes ſub ſe Officiales totius Territo-
6 rij; prout dilatatum erat Antiquiſsimum
Meuaniæ Territorium, vt probaui *in meo
prim. Opuſcul. poſt Tract. de Confeſs. tom. 1. num.*
7 *34. & ſeqq.* Conſequeoter iure meritò huiuſ-
modi Ciuitati Prætoria debebatur dignitas.

Hoc Prætorio titulo à Principe in ſuis pa-
8 tentibus Literis vſquè adhuc inſigniris Me-
uaniæ Iudex, quia inter noo obſcuras Vm-
9 briæ Ciuitates vna ex Principibus fuit Meua-
oia appellata, vt probaui in *meo Elogiaco
Authoral. 3. Diſcurſ.* & prius *in Opuſcul. 1. poſt
Tract. de Confeſsion. tom. 1. num. 27.*

Nonne igitur, iure optimo, hoc tanto
Titulo decoratur Iudex? nam Sac. Conſulta,
10 quæ in Romano Imperio locum Principis
tenet, in qualibet expeditione hunc Iudicem
Prætorem appellat, ad denotandum, quòd
ſicuti clara fuiſti Ciuitas etiam ante Chriſti
11 Domini, & poſt ipſius Aduentum, cum
Epiſcopi perſiſtentia ad *Tex. in Canon. Vrbes,
1. & Gloſ. ibidem, & Barboſ. in Collect. &c. di-
ſtinct.* 80. clarus tibi quoquè Meuania in ſuo
Officiali debetur titulus, & quamquàm pro
nuoc eareas Epiſcopali Sede, remanes ta-
12 men ſemper Ciuitas cum ſuis prærogatiuis,
quia ſemel, ſemper, vt *Canon. In Illis 2. ea-
dem diſtinct. 80. vbi præfatus Barboſ. num. 7. &
in calce eiuſdem Canon. In Illis*, ad noſtrum
propoſitum refert *Barboſ.* per extenſum fa-
migeratum *conſ. Ludouic. Centofloren.* per Le-
ctorem ſtudioſum videndum, & egn dixi *in
primo Opuſcul. poſt 1. tom. de Confeſ. num. 107.
& in præcitat. Elogiac. diſcurſ. 3. de Meuan.*

Ideo io ſuperius exaratis Additamentis,
cum iterum de Fluminibus tractauerim, ad
quæ reaptanda, & irrupta conſolidanda ſę-
13 pe, ſæpius de mandato Principis, ſiue illius
Delegati ſolent Territorij poſſeſſores colle-
ctari, in quo Flumina ooſtra diſcurrunt; &
cum neque in *Opuſcul. 2. in primo tom. de Con-
feſ.* oeque in dictis Additamentis verbum ali-
14 quod fecerim de modo tenēdo in collectan-
do, qui eſt de Regalibus, iuxtà *Gloſ. num. 1.
ad cap. 37. Ægid. Conſtit. lib. 1. pag. mihi 130.*
(præuia diſpoſitione *tex. in l. Omnes. Prouin-
ciarum 11. C. de Oper. publir.*) operæ prætium
eſſe duxi pro bono noſtræ Ciuitatis Regimi-
ne tuæ pro obſeruaotia io hac facti contin-
gentia memoriæ recomendare *Conſtit. Ægi-
dian. in lib. 2. cap. 36. in Verbo, Nos præfatis
ſtipendijs, & Stundalis*, à oon nullis Roma-
ois Pontificibus in toto Statu Eccleſiaſtico
15 extenſam; vbi habetur, quod dum io aliqua
Ciuitate, vel Terra ſiue Comitatu aliquo
ſit impooenda Tallea, Collecta vel Pręſtan-
tia, ex quacumque ratione &c. conuocetur
Conſilium, io quo diſcutiatur, ao expediat
exequtioni demandare tale onus, vel nego-
tium, & quanta pecunia pro tali negocio
ſufficiat: & habito diligenti tractatu, ſi Cō-
ſilium canonicè conſeotiat, pro quantitate
ſufficienti, & non vltra imponenda venit
Collecta, & pro quantitate fructuum, quos
16 quis perceperit, cum ſteriles terræ ad col-
lectas non teneantur, vt ſanciuit Imperator
in dicta l. Omnes Prouinciarum; ſiſque igi-
tur Prætor accuratus io caſu &c. pro cōmi-
17 natione pœnarum in eadem Conſtitutione

Ægi-

Ægidiana irrogatarum cõtrà tranſgreſſores: & hanc Æigidianam legem ſequitur *Cobell. in Comment. ad Bull. Bon. Regim. cap. 35. num. 29. & ſeqq.*

Qua præuia mentis commendatione, ani-
18 maduertere primò debes, quod præfati Poſ-
ſeſſores ad eamdem Collectarum contribu-
tionem tenentur omnes, licet non ſint Ci-
ues, vel Incolæ, *Cobell. eod. cap. 35. num. 29.*
& allegat rotundum *tex in l. fin. §. huiuſmodi igitur ff. de muner. & honor. & in dicto cap. 35. num. 31, verſ. ſexto collectantur. & Gloſ. ſupra citata ad dictum cap. 37. Conſt. Ægid. ſiuè Carpenſ. in V. Solutiones, pag. mihi 120 in 2. col. & Sperell. deciſ. 44 num. 3. & 121. num. 31. & Ego prolixe in dictis meis de Flumin Additam. num. 60. & ſeqq.*

Secundò caueas fauore publici ædificij vt
tu Prætor Iudex cum Vniuerſitate, ad cuius
inſtantiam fit opus publicum, pro quo im-
19 ponitur collecta vt ſupra &c. coarctes Ar-
tificem qui publicum cõficere tenetur opus,
vt per ſpatium quindecim annorum tale
opus Artifex & hæredes manutenere debeãt
eorum reſpectiuè ſumptibus, iuxtà *clar. tex. in l. Omnes quibus 7. C. de Oper. public. & Cobell. ibidem ſuprà cap. 42. num. 28.*

Tertiò, vt ab Artifice detur Cautio, ſeu
20 apta & idonea fideiuſſio pro conuento ope-
re publico cõficiendo, & perficiendo ad for-
mam initæ conuentionis, & ad tenorem
eorum, quæ præſcripta ſunt in *Conſtit. Bon. Regim. San. mem. Clem. Papæ VIII. Conſtit. 16.*
21 *§. 17.* alias ſcias Prætor, quòd non eris lau-
de dignus, & ab aliqua pœna non alienus, &
Communitatis Officiales erunt de proprio
obligati pro publica indemnitate, vt benè
docet *Cobell. ſuper dicta Conſt. cap. 46 num. 17. & 18. cum ſeqq. pag. mihi 434.*

Quartò (cum Reipublicæ multum inter-
22 ſit ſubditos habere locupletes, vt in dicta
Conſtit. 37. lib. 2.) vigilare omnino debes, vt
tota Collectaruum Summa pro opere publi-
23 co vt ſupra imponenda cedat in eiuſdem
Operis publici vtilitatem, & aliundè deuia-
ta non remaneat; imò Exactor de integra
ſumma in ſuo opportuno tempore debitam
reddat rationem, & de exactis pecunijs, & de
erogatione pecuniarum, ſecundum repro-
miſſa, & ad tenorem *dictæ Conſtit. Clem. 8* vt
tradit etiam latè *Choell. in Coment. ſuper dicta Conſtit. §. 2. cap. 11. num 4 & §. 9. cap. 23. num. 7. & ſeqq.*

Hæc Prætor exequaris cum ſequentibus
24 Carminibus, & omnem Tibi ad perennita-
tem Felicitatem inceſſantem auguror.

Sis ſempèr prudens Prætor, ſis Omnibus idem;
　Hæc arridebit Virtus vbique Deo.
Tu miſeros foueas, humiles, tu protege, Natos,
　Corripe tu Sontes: præmia redde Bonis.

Laus Deo, Deiparæ ſemper Virgini, & D. Gregorio Thaumaturgo.

In cuius Thaumaturgi Elogium.

Epigramma.

Per Illuſt. & admodum Reuerendi D. Vincentij de Gregorijs Meuanatis Canonici in inſigni Collegiata S. Michaelis Arcangeli.

Gregorij ardeſcit diuino pectus amore,
　Ac veluti rapidis ignibus Æthna flagrat.
Elementa ſimul iunguntur Fœdere miro:
　Ignis dum Lymphæ murmura vaſta premit.
Virga viret, Lyci ſubitò compeſcitur Vnda.
　Vndique miratur Gens pia Prodigium.
Sicquè Maris Mundo renouantur facta rubentis:
　Virga mouet Montes, Stagna repellit Aquæ.

APPENDIX
AD SECVNDVM TOMVM DE CONFESSIONIBVS FRANCISCI DE ANGELIS
PROTHONOT. APOST. ET I. V. D. MEVANATIS.

Appendicialium Quæſtionum

INDEX

Quæſtio LXXXI.

CReditor ſi recipiat, vel recepiſſe confiteatur ab vno ex ſuis Correis debendi aliquam Sui Crediti partem, àn per huiuſmodi receptionem, ſeu Confeſſionem de recepto cenſeatur ſibi præiudicaſſe, & remiſiſſe ſolidi, ſeu in ſolidum obligationem? Et è conuerſo ſi vnus ex Correis etiam ſponte, & ſimpliciter ſoluat totum, & integrum debitum abſque Iurium Ceſſione, poſſit ratam ab altero Correo debitam repetere?

Quæſtio LXXXII.

Aſſerenti, & confitenti ſe Creditorem eſſe hypotecarium poſteriorem àn credatur, vel ne aduerſus anteriorem Creditorē pro actione Iuris offerendi conſequenda? & quomodo, & quando talis actio locum habeat, vel non fauore eiuſdem Creditoris poſterioris? & multa conſiderantur ad includendum, vel excludendum Ius Offerendi.

Quæſtio LXXXIII.

Beneficium Confeſsionis acquiſitum à Reo per Libelli productionem facti ab Actore an perdatur per litis conteſtationem, quæ fit à Reo?

Quæſtio LXXXIV.

In Præparatorijs Iudiciorum quid operetur, vel nè Confeſſio tàm in reuocatione, quàm in executione? Et ſi terminus non ſit aſſignatus ad deliberatè reſpondendum Præparatorijs, an valeat Confeſſio? Et vtrum poſſit Præparatorijs reſponderi Iudice non ſedente pro Tribunali?

Quæſtio LXXXV.

Iudex pro bono Principis Gubernio àn operæpretium ſit, vt etiam inconfeſſus Syndicetur? Et vtrum etiam opus ſit, vt idem Princeps pro decore ſui Iudicis eum à calumnijs in Syndicatu indebitè illatis tueatur?

Quæſtio LXXXVI.

Confeſſio ſuper Abigeatu àn, & quando noceat, vel nè Confitenti, & quid requiratur pro condemnatione? & quæ pœna ſit irroganda ordinaria, vel extraordinaria?

Qui operatur Iuſtitiam, habitabit in Tabernaculo tuo.

Pſalm. VII.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Correi debendi qui ſint?*

2 *Creditor dum recipit partem ſui Crediti, vel illud recepiſſe confitetur, an ſibi præiudicet, vel ne in ſolidi obligatione, & quæ requirantur, vt tale præiudicium ſibi inferatur per receptionem partis Crediti vel confeſſionem illius, & an procedat in ſorte, vel in vſuris, vel in vtroq. ſcilicet in ſorte, & vſuris, aut quando non?*

3 *Ex erronea Partis ſolutione, & reſpectiuè ex confeſſione maioris, vel minoris partis non cenſetur inducta diuiſio ſolidi.*

4 *Donare nemo præſumitur, quia donatio eſt perdere.*

5 *Clauſula pro parte. & portione, ac quota debita ſi non fuerit ſolutionis tempore appoſita, quid operetur pro diuiſione ſolidi.*

6 *In annuis præſtationibus debitis à pluribus Correis inſolidum obligatis an inducatur diuiſio ſolidi tam in reſponſionibus omnis præteritis, quam futuris?*

7 *Et quid in ſorte principali Cenſus?*

8 *In Remiſſione verba Remittentis ſunt ſtrictiſſime interpretanda, ùt minus noceant, & Remittenti, quàm ſit poſſibile ſuccurritur, ſignanter ſi ſit Mulier, quæ venit certioranda; ſicq. ſeruandum in minore, niſi ſit præſtitum Iuramentum.*

9 *Creditor ſi receperit, vel recepiſſe confiteatur ab vno ex Correis ſponte, & ſimpliciter. valet totum, & integrum Debitum repetere abſq. Iurium ceſſione, ſiue pro rata ab altera Correo condebita.*

10 *Soluens pro alio ſuccedis in locum prioris Creditoris, cui ſoluit etiam abſq ceſſione, & habet vtilem actionem negociorum geſtorum.*

11 *Prò Cenſibus voluntariè extinctis non datur retentio.*

12 *Limita in Correo debendi, ſiue fideiuſſore, & ratio redditur, quia quilibet pro alio ſoluendo illius conditionem facit meliorem, & idem eſt in fideiuſſione.*

13 *Fideiuſſor, qui totum Debitum ſoluit non reportata Iurium ceſſione, nequit à principale repetere, & hoc etiam in confideiuſſore, ſi non fuerit reportata Iurium ceſſio.*

14 *Iurium ceſſio quando poſſit fieri, vel fieri debeat ſtatim, vel ex internallo?*

15 *Rigor Legis Modeſtinus. ff. de ſolutionibus moderatur per Text. in l. cum ij, 36. ff. de fideiuſſor.*

16 *Fideiuſſor ſoluens Creditori non cenſetur pecuniam dare in ſolutum, & in extenſionem Iuris Creditaris, ſed potius emere nomen Creditoris.*

17 *Iurium ceſſio in hoc caſu non eſt neceſſaria, & poteſt quandocumq. reportari, & Creditor cogitur facere, etiamſi non ſoluerit expreſſe vt fideiuſſor.*

18 *Fideiuſſor, ſeu Confideiuſſor, aut Correus habet in corpore Iuris aduerſus principalem Creditorem indemnitatis releuationem. & an Creditor teneatur cedere Iura etiam ex internallo?*

19 *Bartoli opinio ſuper cauſa voluntaria, vel neceſſaria, aut lucratiua, vel oneroſa, quomodo, & quando veniat intelligenda?*

20 *Cauſa obligationis dicitur lucratiua, vel oneroſa reſpectu Creditoris, non autem Debitoris.*

Creditor ſi recipiat, vel confiteatur recepiſſe ab vno ex ſuis Correis debendi aliquam ſui Crediti partem, an per huiuſmodi receptionem, ſeu Confeſsionem de recepto cenſeatur ſibi præiudicaſſe, & remiſiſſe ſolidi, ſeu inſolidum obligationem?

Et è conuerſo ſi vnus ex Correis etiam ſpontè, & ſimpliciter ſoluat totum, & integrum debitum abſque Iurium ceſsione, poſsit ratam ab altero Correo debitam repetere.

Quæſtio LXXXI.

APpendicialis prima huius quæſtionis pars pendet, vt prius agnoſcamus, qui
1 dicantur Correi debendi: & dicuntur illi, qui ſe obligant principaliter, & inſolidum, *Rot. poſt. Cenc. de Cenſ decif.* 419. *num.* 5. vel Correi dicuntur illi, quia acceſſerunt principaliter, & inſolidum ſuſcipiendo in ſe alienam obligationem, *Rot. recent. par. 6. deciſ. 41. num. 6.*

Hac præambula facta declaratione, dici-
2 mus, vt Creditor ſibi præiudicet, & remittat obligationem ſolidi iuxtà terminos *tex. in l. ſi Creditores veſtros* 13. *C. de pact.* requiritur, quod ſolutio punctualiter correſpondeat ratæ, & portioni ſoluentis. Siquidem ſi in aliquo excedat, vel minor ſit, non intrat diſpoſitio *dict. l. ſi Creditores*. Imo vt ſibi locum vendicet huiuſmodi legis diſpoſitio, opus eſt, vt recipiat de ſorte, & non de Vſuris; & pro tertio requiſito eſt de neceſse, vt Creditor non ſit proteſtatus recipere ſine præiudicio ſolidi, dum recipit dictam portionem adæquatam, & punctualem; nam ſi Creditor recipiat partem cum Clauſula, & proteſtatione exigendi in ſolidum, in hoc caſu ceſſat diuiſio debiti, *Barbos. in Collect. ſuper C. in eadem l. ſi Creditores num. 5. & 6 vbi num. 7.* ſubdit, quod ex ſimplici receptione partis debiti non inducatur diuiſio obligationis, niſi adſit illa Clauſula expreſſa, quod pro perſona

ſona ſua tantum ſoluit; vel adijciatur, quod
ſolutio fiat pro portione, parte, aut quota
debita: & hæc ait procedere non ſolum
quando alij Correi ſunt præſentes, ſed etiam
dum ſunt abſentes, & non ſoluendo, & in
omni ſpecie Debitorum inſolidum obligato-
rum, & concordat Io: Bapt. Coſt. de ration. &
conſiderat. rat. quæſt. 130. num. 1. & ſeqq. Ricc.
collect. 1053. part. 4. Ioſep. Ludouic. dec. luceuſ.
21. num. 6 & ſeqq. Gregor. XV. deciſ. 302. nu.
7. & 8. & late, ac erudite Antonin. de Amat. part.
1. reſolut. 70. nu. 4. cum ſeqq. qui in eodem nu. 4.
3 rationem reddit, quia ex erronea partis ſolu-
tione, & reſpectiue ex receptione maioris,
vel minoris non cenſetur inducta diuiſio ſo-
lidi, nec remiſſio; nam eſſet donationis, vel
4 perditionis ſpecies, à qua omnino eſt abhor-
rendum, & alias etiam rationes reddit nu. 7.
& 8. & videndus eſt etiam Montic. de tacit. &
ambig. lib. 15. tit. 5. num. 3. & ſeqq. & Pacific.
de ſalutan. interdict. inſpect. 3. cap. 2. num. 540.
cum ſeqq. & ſuper Cenſu diſtinguit Cenc. de
Cenſ quæſt. 73. à nu. 22. vſque ad 25. & in quæſt.
110. num. 30.

Cæterum ſi dicta Clauſula conſiderata à
5 Barboſ. ibidem ſupra, nu. 7. ſcilicet, quod ſo-
lutio fiat pro parte, & portione, ac quota
debita, non fuerit ſolutionis tempore appo-
ſita, debiti, ſeu ſolidi diuiſio non inducitur,
ſi aliquis ex Correis ſoluendo non ſit, idem
Ludouic. præcitata in deciſ. 51. num. 3. & ſeqq.
præfatus de Amat. ead. reſolut. 72. nu. 11. Ricc.
eadem collect. 1053. verſ limita ſecundo, &
Gratian. diſcept. forens. cap. 359 nu. 20. & ſeq.
tom. 2. Et ex eodem de Amat. ibidem ſupra in-
telligitur, ſi ſoluendo non ſint Correi de tem-
pore receptionis.

Bene verum eſt, & notandum, quod in
6 annuis præſtationibus ſi plures ſint Correi
debendi inſolidum obligati, & ab vno ex eiſ-
dem Correis Creditor receperit partem ſuã,
ſibi præiudicium infert in reſponſionibus
præteritis, non autem in futuris, ſcilicet re-
ſpectu illius dumtaxat Anni, in quo Credi-
tor pro rata recipit, vt bene idem Antonin.
de Amat. eodem reſolut. 70. nu 28. & ſeqq. Qui
videndus tanquam plures alios caſus refe-
7 rens, & declaratur nu. 12. & concordat opti-
me Cenc. de Cenſ. in ead. m quæſt. 73. num 26.
tam reſpectu fructuum futurorum, quam
8 ſortis principalis Cenſus. Et eſt ratio, quia
in remiſſione verba Remittentis ſunt ſtricte
interpretanda, imo ſtrictiſſimè, itaut Remit-
tenti minus noceant, quam ſit poſſibile Rot.
poſt. d. Cenc. deciſ. 223. nu 7. cum ſeqq. ſignan-
ter ſi Remittens ſit Mulier, quæ certioran-
da eſt ſuper Iuribus remittendis, vt optime
Cyriac. contr. forens. 321. num. 64. & ſeqq. tom.
2. & Gratian. diſcept. forenſ. cap. 292. num. 1.
& ſeqq. tom. 2. Cæterum ſi Mulier, aut Mi-
nor iuret, certiorationem non eſſe neceſſa-
riam, dicit Mancin. de Iurament. part. 4. effect.
1. quæſt. 13. num. 21.

Hac prima huius quæſtionis parte abſo-
9 luta, deueniamus ad ſecundam, in qua di-
cimus, quod ſi Creditor ab vno ex Correis
receperit, vel recepiſſe confiteatur pecunias
ſibi debitas, ſcilicet ſi vnus ex Correis etiam
ſponte, & ſimpliciter ſoluat totum, & inte-
grum debitum abſque Iurium Ceſsione, po-
teſt ratam ab altero Correo debitam repete-
re, Cenc. de Cenſ. quæſt. 73. num. 26. verſ. ſed
quid, Theſaur. deciſ. 191. in fin. V. Quare, Rot.
poſt eundem Cenc. deciſ. 447. num. 1. & ſeqq.
coram recol. mem. Buratto, & in impreſſis per di-
ctum Buratt. dec. 751. ubi etiam Add. quæ im-
preſſa poſt dict. Cenc. eſt dec. 537. nu. 8. & recent.
part. 5. tom. 2. eſt deciſ. 487. num. 8. Merlin. de
Pignor. lib. 4. tit. 2. quæſt. 70. & Rot. poſt. eun-
10 dem. deciſ. 24. per totum. Et eſt ratio, quia ſol-
uens pro alio ſuccedit in locum prioris Cre-
ditoris, cui ſoluit etiam abſque ceſſione, &
habet vtilem actionem negociorum geſtorũ
Buratt. dec. 509. num. 2. dec. 637. nu. 2. & dec.
645. num. 8. & Rot. recent. par. 7. dec. 55. nu.
1. & ſeqq.

Et quamquam verum ſit, quod pro Cen-
11 ſibus voluntarie extinctis non detur retentio
Caualer. dec. 539. nu. 2. & par. 16. recent. deciſ.
210. num. 12. & coram Card. Cerr. dec. 148.
num. 31.

Hoc tamen nõ procedit in Correo deben-
12 di, ſiue Fideiuſſore, qui poteſt Cenſum extin-
guere, & ſolutum recuperare etiam per vi-
am retentionis; & eſt ratio, quia poteſt Qui-
libet pro alio ſoluendo illius conditionem fa-
cere meliorem, prout facit fideiuſſor, dum
liberat principalem Debitorem ab onere
in poſterum ſoluendi fructus Cenſus, vt late
Cenc. de Cenſ. quæſt. 104. nu. 7. verſ. Cæterum,
cum ſeqq. verſ. & Rot. poſt. eumdem deciſ. 183,
& recent. par. 19. dec. 322. num 14. & 15. &
poſt Olc. in Addit. tract. de Iur. Ceſſion. dec. 34.
num. 2. & 3. coram R. P. D. Albergato.

Et licet pariter Fideiuſſor, qui totum de-
13 bitum ſoluit non reportata ceſſione Iurium
non poſſit repetere à Principale, ſeu Confi-
deiuſſore ratam dicto Confideiuſſori debitã,
ſeu totum per ipſum Principalem debitum,
Gregor. XV. dec. 190. & ibi Annot. Vincent de
Franch. deciſ. 55. & late Antonin. de Amat. re-
14 ſolut. 37. per totam, qui acerrime diſcutit,
quando talis ceſſio poſſit fieri, vel debeat fieri
ſtatim, & quando incontinenti, vel ex inter-
uallo;

uallo ; & an ſuffragetur ex interuallo facta
15 Ceſſio, qui inclinat in partem negatiuam per
text. in l. Modeſtinus , ff. de ſolut.
Contrarium verius, quia rigor huius *l. Mo-*
deſtinus fuit moderatus per *text. in l. Cum is 36.*
16 *ff. de fideiuſſor.* per quem tex. Imperator vo-
luit, quod fideiuſſor ſoluens Creditori non
cenſeatur pecuniam illam dare in ſolutũ , &
in extinctionem Iuris Creditoris , ſed potius
emere nomen Debitoris , & conſequenter
17 Iurium ceſſionem poteſt quandocumque à
Creditore reportare, & Creditor eam facere
tenetur, etiamſi non ſoluerit expreſſe vti fi-
deiuſſor , vt problematice , & peracutè di-
ſcuſſo articulo firmat *Rot. coram recol. mem.*
Merlino deciſ. 512. quæ eſt etiam impreſſa *re-*
cent. part. 6. deciſ. 41. Capyc. Latr. deciſ. 32. à
num. 6. vſque ad fin. & ibidem in Obſeruat. per
totam , Cenc. de Cenſ. quæſt. 71. à nu. 16. vſque
ad 19. Thomat. deciſ. March. 200. per totam pa-
riter ſuper diſpoſitione *dict. l. Modeſtinus ,*
accuratè legendus , *tom. 2.* & etiam *Gratian.*
diſcept. forenſ. 286. num. 4. & ſeqq. tom 2. qui
ſimiliter materiam diſtinguit *& Rot. poſt Ad-*
dit. ad Ole. de Iur. ceſſ. in deciſ. 54. num. 9.
Sicque ex prædicta *deciſ. 512. coram digniſſ.*
mem. Merlino ceſſant ea, quę recenſet *Rot. co-*
ram R. P. D. Litta in vltima impreſſione *poſt*
Pacifie. de Saluiano Interdict. deciſ. 163. ſignan-
18 ter *num. 4. & ſeq.* ea ſignanter adſiſtente ra-
tione , quia fideiuſſor , ſeu Confideiuſſor, aut
Correus etiam in corpore Iuris Communis
habet indemnitatis releuationem aduerſus
Principalem Debitorem, ſeu alterum Corre-
um, ſeu Correos pro eorum ſoluta rata, *glaſ.*
in l. ſed Iulianus , § idem ait , ſi duos, ff ad Ma-
cedon & l. Reos ff. de duob. Reis . Et in hoc ca-
ſu Creditor fauore alterius Correi tenetur
cedere Iura etiam ex interuallo *l. 2. C. de du-*
ob. Reis , & D. D. in ead. l. Reos Merlin. de Pi-
gnor. lib. 4 quæſt. 62. num. 3. Gratian. diſcept.
701. num. 4. & ſeqq. tom. 4. Buratt. deciſ. 751.
per totam , tom. 3. & Merlin. in præcitata magi-
ſtrali deciſ. 512. tom. 1.
Reiecta denique quacunque Bartoli di-
19 ſtinctione cauſæ ſcilicet voluntariæ, vel ne-
ceſſariæ , aut lucratiuæ , vel oneroſæ : quia
talis opinio Bartoli habet dumtaxat locum ,
dum obligatio proceſſit ex mera liberalitate,
vt puta ex cauſa Donationis vel legati; ſed in
huiuſmodi Diſtinctionis articulo remittimus
Lectorem ad ea , quæ doctè refert *Cenc. de*
Cenſ. quæſt. 110. num. 30. Rot. poſt. eumdem dec.
419. nu. 3. & ſeq. & optime in deciſ. 447. coram
recol. mem. Buratto , quæ in ordine per recol.
lectas *à dicta Buratto deciſ. 751. & ibi in Annot.*
20 *ubi num. 10.* ſubdit, quòd cauſa obligationis
dicitur lucratiua , vel oneroſa reſpectu Cre-
ditoris , non autem Debitoris .

Verum quia hæc ſecunda præſentis quæ-
ſtionis Pars egregie tractatur ab *Olea, de Ceſ-*
ſion. Iur. & Action. tit. 5. quæſt. 5 tom. 1. & in
Addit. tom. 2. ne per prolixe ſcripta volumi-
nemus , colligantur alia ab huiuſmodi eru-
ditiſſimo Doctore , qui ad ſaturitatẽ tractat,
& eſt omni laude digniſſimus .

SVMMARIVM.

1 *Ius offerendi in qua conſiſtat, an requiſita neceſ-ſaria ſint capulatiue ſeruanda ?*

2 *Hypoteca ex quibus probetur , & ex qua ſcri-ptura oriatur ?*

3 Confeſſio *non valet ſuper* Credito *cum Hypote-ca ſi ambò requiſita non probentur ex ſcriptura aduerſus* Creditorem *Hypotecarium .*

4 *Quæ in facto conſiſtunt, ex facto probantur, non ex actu poſitiuo aſſerentis .*

5 *Ius offerendi eſt veluti filius .*

6 *Ius Offerendi oritur ex æquitate Legis , & ex Hypoteca .*

7 *Ius Offerendi competit cuilibet Poſſeſſori hypo-tecario etiam extranea .*

8 *Ius offerendi Poſſeſſori poſſidenti etiam ſecundo non denegatur , cum competat etiam Poſſeſſori .*

9 *De quibus Poſſeſſoribus intelligatur ?*

10 *Ius offerendi denegatur per venditionem pigno-ris iure* Creditoris *factam extraneo , & dantur ra-tiones cum limitationibus , & ſublimitationibus .*

11 *Verbum Extraneus quid ſignificet ?*

12 *Iurium ceſſio an ſit neceſſe facienda à* Cred. *itore anteriore Poſteriori , & cum quibus clauſulis ?*

13 *Diſpoſitio l. Et qui ſub imagine* C. *de diſtract. pignor. quando procedat , vel non ?*

14 *Adiudicatione ſequuta , non eſt locus Iuri offe-rendi , & quomodo procedat ? Et aſſignatur for-ma Decreti .*

15 *Res data in ſolutum per Debitorem primo* Cre-*ditori, an repellat Ius offerendi ? & declaratur cum rationibus .*

16 *Quid ſi res pignori obligata fuerit data in ſolu-tum ex* Principis *reſcripta ?*

17 *In Iure offerendi an ſit offerendum* Creditum *cum Vſuris ? & quid ſi quis ex duplici contractu habeat* Creditum *diuerſum ? & quomodo ſit actio regulanda ?*

18 *Aymon* Crauet. *conſ 298 num. 16. & 17. de-claratur in caſu per ipſũ propoſitum non procedere*

19 Pretia *rerum ex quibus deſumantur ? & quid aperentur in vno caſu, quidue in alio ?*

20 *Ius offerendi per quot temporis curſum præſcri-batur , ſi quis veniat agenda ? & quid ſi veniat excipiẽdo? aſſignãtur rationes in vno, & in alio caſu*

21 *Ius*

Digitized by Google

21 *Ius offerendi competens ſimplici Poſſeſſori, à quo tempore incipiat, & deſinat? & an detur purgatio moræ, & vſq. ad quod tempus?*

22 *Creditor poſterior ſi fecerit melioramenta quomodo eidem conſulendum ſit in repetitione?*

23 *Melioramenta an ex confeſſione, et quomodo in Iudicio probata reſultent?*

Aſſerenti, & Confitenti ſe Creditorem eſſe hypotecarium poſteriorem an credatur, vel ne aduerſus anteriorem Creditorem pro actione Iuris offerendi conſequenda? Et quomodo, & quando talis actio locum habeat, vel non fauore eiuſdem Creditoris poſterioris? Et multa conſiderantur ad includendum, vel excludendum Ius offerendi?

Quæſtio LXXXII.

IVris offerendi fundamen non ſolum in
1 Hypotheca, *l. cum tibi C. qui pot. in pignor. habeant. l. Nulla C. de ſolut. & ſequitur Merlin. de Pignor. & Hypoth. lib. 4. tit. 2. quæſt. 43. n. 2. Rot. penes Poſt. de Subhaſt. deciſ. 67. num. 9. & 76 num. 24.* verum etiam in credito, & Hypotheca conſiſtit, *Rot. poſt eundem de Sub-*
2 *baſt. deciſ. 67. num. 9. & in Additam. eiuſdem Poſt. deciſ. 140. num. 1 & 2. ac 3.* Itaut copulatiuè in hac actione Creditum, & hypotheca requirantur; & vno ceſſante, non eſt locus Iuri offerendi, vt *in dicta deciſ. 67. & deciſ. 140. in præcitatis reſpectiuè numeris.*

Taliſque Hypotheca ex poſitiuis actibus in ſcriptura comprehenſis reſultare debet, vt ſatis abundè notat *Merlin. in eod tract. lib. 1. tit. 2. quæſt. 14.* & alibi paſsim; ita & taliter quod ſcriptura non ſit Chirographaria, vt ſcipſit *Crauett. conſ. 298. num. 6. in med. lib. 2. tom. 1.* Nam licet Scriptura chyrographaria quoad hypotheca poſſit habere locum inter Contrahẽtes aduerſus tamẽ tertios poſſeſſores Creditores anteriores nequaquam procedit, *Chartar. deciſ. Genuenſ. 131. num. 3. & 4. cum ſeqq. & optimè Merlin. in dictis tract. lib. 4. tit. 2. quæſt. 46. per totam vbi num. 3.* docet locum eſſe Iuri offerendi, ſi Chirographarius Creditor poſsideat.

Iure igitur merito cum accipienda ſit hypotheca ex non informi Scriptura, confeſsio
3 non valet ſuper Credito cum hypotheca, ſi aliunde volens intentare Ius offerendi non probet per Scripturam authenticam aduerſus Creditorem anteriorem hypothecam annexam Credito, *Rot. penes dictum Poſt. de Subbaſt. deciſ. 76. num. 25.* cum ſuperius concordantibus. Ratio, quia ea, quæ conſi-
4 ſtunt in facto, prout eſt hypotheca non ex voce Prætendentis, ſed ex actu poſitiuo aſſerentis probanda ſunt, *Rot. recent. part. 19. deciſ. 123. num. 8. & 302. num. 7. & 366. n. 21.*

Hiſque probatis, Ius offerendi eſt veluti
5 Filius, & ſequela actionis hypothecariæ, *Rot. in præcitata deciſ. 127. num. 22. & 23.* huiuſmodique Ius ſic vt ſupra qualificatum, cũ
6 oriatur ex æquitate legis indulgentis Creditori hypothecario *Rot. poſt Additament. prædicta deciſ. 127. num. 44.* merito competit
7 cuilibet poſteriori hypothecario Creditori etiam extraneo, *l. potior, §. fin. ff. qui pot. in pignor. habeant. Pacific. de Saluian. Interdict. inſpect. 5. cap. 1. num. 12 Stapucc. in ſim. Ltract. quæſt 3 num. 2. lib. 2. Neguſ. de Pignor. part. 5. membr. 3. num. 39. Cartar. deciſ. Genuenſ. 61 num. 1. & 2. Mantic. de tacit. et ambig. Conuent. lib. 11. tit. 28. nu. 1. et ſeqq. vbi latiſſime de materia tom. 1. Conc. de Cenſ. poſt tract. deciſ. 451. num 14. et copioſiſſime Merlin. in præcitato tract. lib. 4. tit 2. quæſt. 43. num. 2. et num. 3.* ſubdit,
8 quod multomagis admittatur, ſi ſecundus Creditor poſſideat. Nam datur tale Ius offerendi etiam ſolummodo Poſſidentibus, *Poſt. de Subhaſtat. inſpect. 19. num. 45.* Et an intel-
9 ligatur de poſſeſſoribus ſolummodo iuſtis, aut iniuſtis; hanc quæſtionem examinat *idem Merlin. in præcitato Tract. lib. 5. tit. 2. quæſt. 65.* qui cum optime diſtinguat materiam, ad huiuſmodi eximium Doctorem Lectores remittimus.

Ea quæ hic ſupra diximus, quod cuilibet
10 poſteriori hypothecario Creditori competat Ius offerendi, in primis limitanda veniunt, quando primus Creditor vendit pignus iure creditoris Extraneo: non tamen alteri Creditori ipſiuſmet Debitoris poſteriori; quia in hoc caſu Ius offerendi non competit Creditoribus poſterioribus etiam hypothecam habentibus; & eſt ratio, quia cum primus Creditor ex licentia ſibi a lege data transtulerit in Emptorem, dominium non affectum Iuri ſecundi Creditoris, propterea illud cenſetur ſublatum, æque ac ſi Res nunquam fuiſſet obligata poſteriori Creditori; & eſt ratio, quia facultas vendendi pignus præceſſit obligationem ſecundi Creditoris, *l. 1. vbi gloſ. C. ſi antiq. Credit. pign. vend. 1. Neguſ. de Pignor. part. 5. membr. 3. num. 4. Menoch. præſumpt. 121. num. 5. lib. 3. Ricc. collect. 11. in princ. part. 1. Mangil. de Euiction. quæſt. 47. nu. 7. Mantic. vbi ſupra nu. 27. Grattan. deciſ marcb. 66. num. 3. et ſeqq. optime Rot. deciſ. 657. num. 2. et per totum diſcurſum coram R. P. D.*

Rem-

Digitized by Google

Remboldo recent. part. 4. in 3. tom. et coram re-
col. mem. Bichio tom. 1. deciſ. 43. nu. 2. 8. & 9.
vbi dicitur, quòd ſiue Venditio facta ſit in
Iudicio, ſiuè extra á Creditore anteriori,
contra Emptorem non competit poſteriori
Creditori Ius offerendi; & ratio ibidem in
præcitato *num. 9.* redditur; quia etiam ven-
ditio ſub haſta non fit à ſolo Creditore, ſed à
Debitore repręſentato in perſona Iudicis,
cuius factum dicitur factum Debitoris, &
concordat *Rot. penes eumdem Poſt de Subhaſt.*
deciſ. 68. num. 4. & ſeqq. coram bon. mem. Pi-
rouano, & diſſertiſſimè *in Inſpect. 66. per totam*
declarat, & limitat. Et quamquam *Menoch. dicta*
præſumpt. 121. n. 12. in fin. Ricc. collect. 3753.
in verſ. ſed Beltramin. par. 8. & præcitata
deciſ. 657. num. 5. & ſeqq. firment prædicta
procedere etiam in caſu, quo à primo Cre-
ditore fuerit aliquis tertius extraneus ſuppo-
ſitus pro ipſo primo Creditore ad licitandū,
& poſtmodum ipſe extraneus bonam fidem
recognouerit declarando, & confitendo e-
miſſe pro primo Creditore non ad effectum
tuendi pignus, ſed acquirendi dominium
pro ipſomet primo Creditore: attamen hu-
iuſmodi declaratio, & confeſsio etiam per
viam recognitionis bonæ fidei non ſuffraga-
bitur primo Creditori ad repellendum ſe-
cundum Creditorem à Iure offerendi, ſed
prædicto Iuri liberè locus erit ad fauorem
ſecundi Creditoris; ratio inſurgit, quia pri-
mus Creditor ſimulatè acquiſiuit ab extra-
neo ad licitandum ſuppoſito, & habetur
primus Creditor, ac ſi ipſe ab initio acquiſi-
uerit; ſicque ad confirmandum Pignus non
autem ad acquirendum dominium, vt in
dicta deciſ. 68. coram Pirouano num. 7. & ſeqq.
& magiſtraliter ſic declarauit inter vnum, &
alium Caſum *idem R. P. D. Bich. deciſ. 95.*
ferè per totam, & num. 5. & 6. cum ſeqq. red-
dit alias efficaciſsimas rationes, & *num. 23.*
concludit ſignanter procedere, ſi ſubhaſta-
tionis nullitates pro ſecundo Creditore con-
currant, & *coram eod. Pirouano in deciſ. 76.*
num. 6. & ſeqq. Et faciunt ad declarationem
11 Verbi = Extraneus = ea, quæ recenſet
Gloſ. in dicta l. 1. C. ſi antiq. Credit. &c. in V.
ſi vendidiſſet, & Genuenſ. prædicta deciſ. 61.
num. 2. 3. & ſeqq. vbi num. 14 deciditur, quod
is, qui recepit oblationem, non teneatur
12 cedere Iura &c. *& Mantic. ibi ſupra de tacit.*
&c num. 35. & 36. & Capp. deciſ. 202 num. 5.
Merlin in eodem tract. lib. 4. tit. 2 quæſt. 48. fir-
mat, quod ad effectum retinendi non ſit ne-
ceſſaria Iuriū Ceſsio, ſed ad effectum agendū
ſit neceſſaria, & primus Creditor poſſit à ſecū
do cogi *n. 5. & 6. in ead. quæſt. 48.* & videndus
quoad alia *idem Merlin in ſubſequentibus quæſt.*
Et huic Merlini ſententiæ adhæreo ſi-
gnanter per Rotæ fundamina, vt penes *Ad-*
ditam. Olc. de Iur. Ceſſion. deciſ. 52. coram R. P.
D. Ghiſlerio num. 2. & ſeqq. tam pro liberan-
da re obligata, quam pro ea tuenda:
& procedit quandò Creditor per Ceſſio-
nem nullum damnum timere poteſt, ùt eue-
nit per Clauſulam, quòd Iura ceſſa non re-
torqueantur contra Cedentem, ad normam
tex. quotidiè vſitatam vt in *l. In Creditore ff.*
de euiction. & ſequitur *dicta dec. 52. num. 4. &*
ſeqq. Vidimus ſupra hic num. 10. deliberatio-
nem habitam ab extraneo fauore anterioris
Creditoris nullius eſſe efficaciæ in repellendo
poſteriori Creditore à Iure offerendi, & per
deciſ 95. Bich. declaratum remanſiſſe *tex. in l.*
13 *Et qui ſub imagine* C. *de diſtract. pignor.* de qua
materia eruditiſſimè, vt de more, pertractat
Poſt. in citato ſuo tract. de ſubhaſt. inſpect 66. ſu-
periùs allegata num. 27. & ſeqq. Modò operę
pretium eſt ſecundo limitare, quod Ius offe-
rendi ſibi locum non vendicat fauore ſecun-
14 di Creditoris contra primum, quādo res fue-
rit adiudicata, & inſolutum data Priori Cre-
ditori ex ſecundo Iudicis Decreto *ad tex. in l.*
ſi finita ſit dies XV. §. Poſtea autem, ff. de damn.
infect. l. A Diuo Pio, §. ſi poſt addictum, ff. de re
iudic. & l. fin. C. ſi in Cauſ. Iudic. pign. capt. ſit,
vbi in d. §. Poſteà autem, diſponitur ibi = Et
hoc eſt veriſſimum: ſepoſito eo, quòd qui-
buſdam vel ætate, vel qua alia iuſta Cauſa
ſubuenitur = & ratio eſt, vt in *dict. §. in V.*
Cæterum, vt aliquis finis inueniatur, & ne
ſemper res adiudicata maneat in ſuſpenſo,
Neguſ. de pignor. 4. 3. membr. 5. part. num. 6. &
8. & ſeq. & optime Mātic. vbi ſupra de Tacit. &c.
num. 27. 28. & ſeqq. plurib vbi num. 31. do-
cet formam Decreti huiuſmodi Adiudicatio-
nis, ſeu dationis in ſolutū. & diffusè *idem Poſt.*
in toties citato tract. de Subbaſt. inſpect. 42. &
inſpect 45. & in præcitata inſpect. 66. & alibi paſ-
ſim, & idem Mantic. deciſ 126. num. 1. & ſeqq.
Ricc. collect. 2880. per totam part. 7. vbi optimè
diſcutit, quandò Creditor ad licitandum
admittatur, *& Rot. dec. 280. nu. 8. & 9. part.*
4. recent. in 2. tom.
A' qua ſecunda, vt ſupra, firmata limitatio-
15 ne receditur, quando Res fuiſſet data in ſo-
lutum per Debitorem primo Creditori; Item
& quandò Iudex loco Partis adiudicauit, *tex.*
apertus in l. 1. C. ſi antiq. Credit. pign. vendider.
vbi optime Bald. Negus. vbi ſupra eodem num 8.
Mantic. pariter ibidem ſupra, num. 1. 15. & ſeq.
Gratian. diſcept. Forens. cap. 269. nu. 31. & 32.
tom. 2. & deciſ. 66. nu. 1. & 2. Et ratio viuiſ-
ſima inſurgit, quia in hoc caſu tam à Debi-

tore, quam à Iudice reſpectiuè transfertur dominium affectum; ſicque locus eſt Iuri offerendi, late *Mantic. in* locis *deſuper allegatis, nu* 2.*& ſeqq.cum prædictis ſupra enunciatis D.D.*

Sed hæc ſublimitanda veniunt, ſcilicet nō eſt locus Iuri offerendi, quando bona obligata in ſolutum dantur à Debitore Creditori anteriori in vim pacti ab initio initi, videlicèt, vt Creditor poſſit bona accipere in ſolutum; & eſt ratio, quia dicta licentia accipiendi in ſolutum præceſſit obligationem ſecundi Creditoris, *Duran. deciſ* 445. *num.* 84. *Poſt. in toties citata Inſpect.* 66. *num.* 45. *& Rot. coram clar. mem. Bichio penes d. Poſt. deciſ.* 108. *num.* 5. *& Bald. ibidem ſupra, in præcitata l.* 1. *num.* 1. vbi erga medium ſubdit, non habere locum, ius offerendi, quando ſecundus Creditor nullum Ius habebat tempore venditionis, vel in ſolutum reſpectiue Dationis.

Sed quid dicendum eſt, quādo Res pigno-
16 ri obligata fuerit ex Principis reſcripto priori Creditori adiudicata? Et tunc poſterior Creditor durante biennio à die reſcripti aduerſus anteriorem Creditorem experiri poterit Iuris offerendi actionem, *ad tex. in l. fin. C. ſi in Cauſ. iudic. pign. capt. ſit, Mantic. ibidem ſupra. nu.* 30. *Neguſ pariter ibidem ſupra, nu.* 8. *erga fin. & Poſt. eadem Inſpect.* 66. *num.* 79. ſi nulla præcedat definitiua Sententia. Cætera pro incluſione, vel excluſione Iuris offerēdi videri poſſunt apud eundem *Poſt in præfata copioſiſſima Inſpect.* 66. *& alibi in tract. & in Additam. & penes Merlin. de Pignor. & Hypoth. lib.* 4. *tit.* 2. *quæſt.* 43. *cum pluribus ſeqq.*

Eſt igitur primò animaduertendum, quod
17 dum poſterior Creditor proponit in Iudicio Iuris offerendi actionem aduerſus Creditorem anteriorem, debet non ſolum offerre, & reſpectiuè ſoluere principale debitum, ſed etiam acceſſorium, hoc eſt interuſurium, & intereſſe, & in caſu renitentiæ deponere, vt ſtatim ſuccedat poſtmodum in locum prioris Creditoris, *Mantic. in præcitatis locis, num.* 38. *Ricc. ead. collect.* 11. *erga fin. verſ. Item ſecundus Vincent. de Franch. deciſ.* 78. *nu.* 51. *Ciriac. controuerſ.* 194. *à num.* 4. *vſque. ad* 7. *Merlin. dict. lib.* 4. *tit.* 2. *quæſt* 81. *num* 10. *& adhæret Sabell var. reſolut. cap.* 2. *num.* 26. *& Ole. tract. de Ceſſion. Iur. & Action tit.* 5. *quæſt.* 2. *num* 14. vbi notabiliter cum diſtinctione mēti tenenda ſubdit, quod dum ex duplici contractu, ſeu obligatione quis Creditor eſt, ex quarum vna anterior eſt, ex alia vero poſterior; cum ſecundus Creditor non teneatur vnum, & alterum Creditum offerre, ſed ſufficiat, quod anterius offerat, licet aliud ſit in Tertio hypothecæ poſſeſſore, qui vnum Creditum ſine alio offerre non poteſt, ſi anterius Creditum offerat, tenebitur Creditor actiones ſuas contra ſe cedere, ſi pignus ex alia poſteriori Cauſa poſſideat.

Eſt etiam ſecūdò animaduertendum *Aym.*
18 *Crauett. conſ.* 298. *num.* 16. *in fin. &* 17. *lib.* 2. *tom.* 1. quod Ius offerendi non datur Creditori poſteriori hypothecario, quando ei competebat tempore, quo Terrarum Prædium in vili precio iacebat: ſed Creditor poſterior eo ipſo, quod cognouit mutationem precij in augumentum, experiri cœpit; ſicquè per ſententiam eiuſdem Crauettæ veniat tali actione priuatus, & pro priuatione adducit dolū eiuſdem ſecundi Creditoris deſumptum *ex l. Si quis forte* 6. *ff. de pæn.*

Sed ego (pace huiuſmodi conſulentis Doctoris) cenſeo ab eodem offerendi Iure non
19 eſſe repellendum præfatum Creditorem: non tantum quia pretium Rei ex communi, non particulari æſtimatione deſumitur *l. Pretia rerum* 63. *ff. ad l. falcid. l. ſi ſeruum* 33. *ff. ad l. Aquil. cum concordantibus.* Vel quia pretium Rei minui, aut augeri poteſt ſiue ex ſpeciali affectione Venditoris, vel ex eo quod magis, aut minus inſeruiat Emptori, vt ſancitum fuit à *Rot. coram recol. mem. Card. Cerro deciſ.* 25. *num.* 5.

Verum etiam quia Ius offerendi compe-
20 tens Secundo Creditori non præſcribitur, niſi poſt lapſum triginta annorum, *Poſt. ead. Inſpect.* 66. *num* 83. & *Rot. poſt Additam. eiuſdem deciſ.* 127. *num.* 16. *vbi num.* 17. ſubdit, quod Ius offerendi non conſiſtit in ſola facultate, ſed eſt Ius formatum, & competens ratione actionis hypothecariæ iam natæ. Vnde compertum eſt in Iure, quod actio Iuris offerendi, qua quis vtitur excipiendo, non præſcribitur, quia non fuit in facultate Excipientis opponere *dict. dec.* 127. *num.* 31. vbi firmatur, quod ſit perpetua, & *in num. ſeqq.* dantur aliæ illationes, declarationes, & limitationes. Benè verum eſt, & memo-
21 riæ recommendandum, quod Ius offerendi competens ſimplici Poſſeſſori durat ſolum vſque ad litis Conteſtationem in Cauſa executiua Iudicati, ideſt quando petitur fieri appretium, ſeu adiudicationem per Creditorē anteriorem cōtra Tertium Poſſeſſorē poſteriorē: tamē poteſt purgari mora vſq; ad Sententiam dictæ adiudicationis: ideſt mora purgari poteſt per tertium Poſſeſſorem offerre volentem, *Mantic. vbi ſuprà de Tacit. &c. num.* 33. *verſ. ſed illud eſt, Afflict. deciſ.* 187. *per totam, & Capic. deciſ.* 202. *num.* 5. *& ſeqq.*

Et denique notandum eſt, quod dum Cre-

22 di-

22 ditor poſterior feciſſet melioramenta in Re
per ipſum poſſeſſa; tunc deductis meliora-
mentis cum impenſa factis debet per dictum
poſſeſſorem anteriori Creditori offerri æſti-
matio rei de præſenti cum augumento etiam
intrinſeco, quo ex beneficio temporis aucta
res eſt, *idem de Franch. prædicta decis.* 38. *num.*
2. *& ſeqq. & optimè* Cyriac. *eadem contr.* 194.
num. 10. *Sabell. ibidem ſuprà, num.* 26. *&* 27.
& Merlin. in citata quæſt. 81. *num.* 8 *& ſeqq.*

An ex confeſsione probentur melioramen-
23 ta? vide in meo *tract. de Impenſ. & Meliorat.*
art. 6. *num.* 40 *& ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Ex litis conteſtatione reſultat negatio ſiue ex-*
preſſa, ſiue tacita.

2 *Litis conteſtatio à quo fiat? & cum qua for-*
mula?

3 *An ex facta litis conteſtatione, cum formula*
= Narrata, prout narrantur non fuiſſe, nec eſ-
ſe vera = inſurgat aliquid præiudicij aduerſus li-
tem Conteſtantem ſuper confeſſis ab Actore in ſuo
Libello?

4 *Libellanti non obeſt confeſſio emiſſa in Libello,*
ſi impugnetur à Reo.

5 *Confeſſio facta in die feriato in honorem Dei*
ſi non eſt iudicialis, quid ex indè eueniat? & quid
ſi facta ſit ſponte?

6 *Alexander Iouius celeberrimus I. C. & Patri-*
tius Peruſinus laudatur, & etiam Ioſeph Spada
Interamnenſis ambo Authoris Præceptores.

Beneficium Confeſsionis acquiſitum à Reo
per Libelli productionem facti ab Acto-
re an perdatur per litis conte-
ſtationem, quæ fit a
Reo?

Quæſtio LXXXIII.

QVot modis fiat litis conteſtatio, ex qua
1 reſultet negatio ſiuè expreſſa, ſiuè ta-
cita abundè recenſet *Pellegr. in ſua Prax. Vi-*
carior. tit. de Exception. peremp. part. 2. *ſect.* 2.
Interſect. 1. *ſubſect.* 1. *tit. de lit. Conteſt. num.* 4.
& 5. Ex qua litis conteſtatione, quæ fit ab
2 eo, qui reſpondet Libello, & negat etiam
hoc modo = Narrata prout narrantur non
3 fuiſſe, nec eſſe vera = perdit Negans bene-
ficium Confeſsionis in Libello ab Actore
emanatæ, quanquam negatio facta ſit cum
illa qualitate, prout narrantur, *l. ſi hoc ita,*
ff. de Iudic. & bene cum breuitate docet Marc.
Angel. Leon. tract. de Præparat. Iudicior. Præpa-
rat. 13. *num.* 66. *verſ. Vnde infertur* & ego di-
xi non in his terminis, ſed generaliter in
alijs *in meo* 1 *tom. de Confeſsion. lib.* 2. *quæſt.* 1.
num. 13. 14 *&* 15. nempè quod Libellanti
4 non obeſt confeſsio, ſi veniat ab Aduerſario
impugnata.

Quid dicendum, ſi confeſsio fiat in die
4 feriato in honorem Dei? tractaui in eodem
1. *tom. lib.* 1. *quæſt.* 7. *effect.* 14 *num.* 8. & ſu-
peraddo *dictum Leon. in eodem Præparat.* 13.
nu. 67. *& ſeqq. & Alex. Iou. in ſuo aureo Tract.*
de Solemnitat. in Contract. Minor. Gloſ. 15. §. 1.
num. 19. qui tenent, quod non dicatur iudi-
cialis Confeſsio, poſsitque per confitentem
reuocari, prout ea, quæ fit coram Iudice
incompetenti: quamquam recipi poſſit etiã
in die feriato. At ſecus eſt, ſi facta ſit ſpon-
te *idem Iou. in locis præcitatis num.* 191.

De quo Alexandro Iouio Patritio Peruſi-
no, & in Iuſtinianeo Gymnaſio auguſtiſſimę
Peruſiæ Ciuitatis etiam Præceptore meo sẽ-
per venerando non ſolum ob ſuam ineffabi-
lem doctrinam, Morum ſuauitatem, & in-
comparabilem Humanitatem repetã ea, quę
ingenioſiſsimè inter literarios eximios Peru-
ſinos Heroes cecinit inclytus Patritius Pau-
lus Æmilius de Monteſperello, nempe

Vel quo Pella tumet, vel quo Turrena ſuperbit:
Nomen ALEXANDRI Grande cuique ſonat.
Ille Armis domito, vincendo Hic legibus Orbe:
Ille Sago Magnus, Magnus & iſte Toga.
Par Nomen, Virtute Pares, Par fama Parentis:
Filius Ille Iouis naſcitur, Hic Iouius.
Rumpendus deſit Nexus ne Gordius ISTI
LEX ENODARI VI videare ſua.

Hæc pro minima mearum perennium obligationum exoneratione erga eumdem ſingulariſsimum Virum Ionium in Parmenſi etiam Vniuerſitate Primarium de mane in Ciuili Interpretem meritiſſimum exaranda duxi; non omiſſo ſub ſilentio alio meo primo in almæ Vrbis Sapientia Gymnaſiarcha omnium Virtutum claritate referto Ioſepho Spada Interamnenſi ex nobili Genere orto, & ſtudioſiſſimo inter celeberrimos I.V.D.D. qui de eo tempore in eadem Sapientia coruſcabant. Cui pariter clariſſimo Viro hæc in monumentum poſui pro meo reuerentiali debito &c.

SVMMARIVM.

1 *In præparatorijs Iudiciorum quid operetur, vel ne Confeſſio?*

2 *Interrogato dandum eſt tempus ad deliberandum pro reſponſione.*

3 *Non petito tempore vt ſupra ad deliberandum, ſi quis confiteatur, valet Confeſſio.*

4 *Interrogationes præparatoria Iudicij fieri etiam poſſunt Iudice pro Tribunali non ſedente: ſecus eſt in his, quæ requirunt plenā Cauſa cognitionem.*

In præparatorijs Iudiciorum quid operetur, vel ne confeſsio tàm in reuocatione, quàm in executione? Et ſi non ſit aſsignatus terminus ad deliberatè reſpondendum Præparatorijs, an valeat confeſsio? Et vtrum poſſit Præparatorijs reſponderi Iudice non ſedente pro Tribunali?

Quæſtio LXXXIV.

1 HAne quæſtionem in prima parte elaborato calamo peragit *Marc. Angel. Accu. in ſuo Tract. de Præparat. Iudicior. part. 1. Præparat. per totum*; in quo feraciſsimo ſui Tractatus Agro innumerabiles pullulant ſuę admirandæ doctrinæ flores, quos ad colligendos vehementer Studentes impello: ſicque cano carmina.

Collige quæſò Flores, cum flos nouus, & noua Pubes:
Et memor eſto, æuum ſic properare tuum.

Quo verò ad ſecundam partem reſolutiuè dico per *tex. in l. Qui interrogatur 5. ff. de interrogat. action.* ibi = Ad deliberandum tem-
2 pus impetrare debet; quia ſi perperam confeſſus fuerit, incommodo afficietur = & ibi *gloſ.* & *D. D. notantes*.

Quo tandem ad tertiam ſummatim conclu-
3 dam per Oracula Vlpiani I. C. noſtri *in l. voluit Prætor 4. §. quod ait, ff eod. tit. et ibi gloſ. in V. In itinere, et ibi Bartol.* quod interrogationes dicuntur fieri in Iure, vbicunque fiunt
4 coram Iudice, licet pro Tribunali non ſedente, quod eſt verum in his, & ſimilibus, quæ Cauſæ cognitionem non requirunt iuxta terminos præcitati §. *Quod ait*. Secus eſt, ſi plenam Cauſæ cognitionem Confeſſio requirat, vt probaui in meo 1. *tom. de Confeſſ. lib. 1. quæſt. 2. num. 3. 7. et 8.*

SVMMARIVM.

1 *An Reipublicæ interſit contrà Officialem ſuæ adminiſtrationis rationis redditio?*

2 *Quomodò Officialis, & Iudex non ſolum completo Officio, verumetiam Officio non expleto ſyndicandus, & acriter pro Delicti menſura eſt plectendus?*

3 *Quænam ſit definitio ſyndicatus?*

4 *Accuſatio contra Iuſtitia Miniſtros, quibus modis falſa detegatur?*

5 *Dicitur an ſit idem Calumniator, quod Accuſator? & recenſentur carmina Martialis?*

6 *Aduerſus eos qui præſunt ſæpe ſæpius calumniæ inſurgunt: recenſetur exemplum Diui Athanaſij.*

7 *Principis non minus cura eſt ſubditos ab inhibitis Regentium redimere vexationibus, quam ſuos Iudices in eorum manutenere decore.*

8 *Iudex dicitur Decor, & Dignitas.*

9 *Iudices quomodò à Deo vocentur?*

10 *Ad compeſcendam malitiam Accuſatorum, & vt Iudicantium, & Regentium integritatis virtus perenne triumphet exaratur Votum deciſiuum R. P. D. Philippi Honofrij Potritij Mauanatis, & Authoris ex Sorore Nepotis Rectoris, & Præſulis pro Sanct. Sede Apoſtolica ſpectabilis Prouinciæ, & Comitatus Venayſſini*

11 *An Iuſtitiæ Miniſter omnibus placere poſſit?*

12 *An Iuſtitiæ Miniſtri oppreſſione frangatur Iuſtitiæ neruus? & tunc Succeſſores lento calce procedant?*

13 *Si impunitum remaneret crimen Reipublicæ maximum, & præſertim Barattariæ magnus ſucceſſoribus daretur incorruptè omnibus, ac indiſtinctè iuſtitiam faciendi.*

14 *An Teſtes vti carcerati, vel coacti aufugientes ad Locum immunem animosè in Iudicem loquantur, & in conſequens eorum depoſitiones fidem mereantur?*

15 *Quotidianum eſt, quod Partes criminaliter inquiſitæ conquerantur de Iudice.*

16 *Iudex quò exactiùs munus ſuum implet, eo maiores inimicitias ſuſcipit.*

17 *An qui peccat, & Leges, & Iudices odia habeat?*

18 *An recuſatio ſimilium Perſonarum non ſolum afficiat Carceratum, ſed illius etiam Affines?*

19 *An Teſtis contrà Iudicem examinatus dicens ſe ab eodem Iudice grauatum, & male tractatum eſſe doleus, non tantum Teſtis, ſed illius, qui in ſyndicatu petitionem, & querelam dedit, vices gerat?*

20 *Teſtis non attenditur circa ea, quæ dicit audiuiſſe ab N. N. niſi ipſis N. N. formaliter examinatis.*

21 *An legitima dicatur compoſitio facta à Iudice*
pro

prò expenſis Curiæ?

22 *An Proxenetæ à Teſtimonio repellantur fatendo ſe voluiſſe Iudicem corrumpere, & illum inducere ad committendum tam graue delictum? & an hoc procedat etiamſi agatur de Clerico, & de Viro in dignitate conſtituto?*

23 *Veriſimile non eſt neutrum ex illis voluiſſe corrumpere Iudicem, in quo æquè culpabiles, & punibiles eſſent, ac Iudex corruptus.*

24 *An Iudex abſq. mente Barattariæ poſſit nolle adminiſtrare Iuſtitiã ſine pecunijs, quæ ſibi debetur?*

25 *An pecuniæ petitionem factam à Iudice adamuſſim probari debeat fuiſſe exceſſiuam?*

26 *An via impunitati aperiatur, ſi licitum eſſet Delinquentibus ligare manus Iudicis inferioris, antequam appellatio facta ad Iudicem Superiorem, Inferiori fuiſſet iudicialiter intimata?*

27 *Intimatio, quæ à Iudicibus inferioribus eſt timenda eſt intimatio appellationis admiſſæ à Iudice Superiore, quæ habet vim inhibitionis impeditiuæ, ne vlterius procedatur.*

28 *Teſtis de auditu non dicens à quo audiuerit, nullam fidem facit.*

29 *An Teſtes non deponentes de pecunia recepta à Iudice, & de alijs malè ablatis, vel ſaltem de culpa proxima dolo; ſed ſolummodò de negligentijs, & de Sententijs per partialitatem latis, Barattariæ delictum contrà Iudicem probent?*

30 *An dolus, & Barattaria committatur, niſi præuio tractatu exactionis, & receptionis reſpectiuè ſummæ exceſſiuæ pecuniarum?*

31 *Nullo Iure prohibentur munuſcula data Iudici poſt reportatam Sententiam fauorabilem.*

32 *An omnis recepta munerum prohibita ſit Iudici poſt ſententiam, non præcedente tractatu, vel Iudicis ſilentio non exprimente conſenſu à ſpontè dantibus.*

33 *Nullus adeſt Iudex etiam æquiſſimus, qui non reddat aliquos malè de ſè contentos.*

34 *Quando agitur de rè leui non eſt honor Iudicis auferendus per Syndicatum; & an hoc arbitrio Iudicum Syndicantium relinquatur? & cum Iure regulari debeat? & quomodò reſoluatur ſi dolus abſit?*

35 *An Teſtis non deponens diem, nec locum recepti muneris probet dolum, & Barattariam contra Iudicem?*

36 *Sacerdos, licet ſit omni exceptione maior, tamen ſi deponeret de dolo, & Barattaria, & de ipſius voluntate in corruptione Iudicis, an eidem denegetur fides, quam alias mereretur Sacerdos?*

37 *Scipioni Africano probatiſſima Vita Homini inter Gentiles, ſi reminiſceret ipſe Scipio, an præſtanda eſſet fides ſuper huiuſmodi crimen, ſi ſolus iſte deponeret?*

38 *Quænam ſit cauſa Barattariæ, & quomodò, & quando, & ex quibus legitimè probetur?*

39 *An ſtante conſuetudine, munera in pecunijs conſueta recipi poſſint?*

40 *Conſuetudo attendenda eſt ſolius Prædeceſſoris actus.*

41 *Quando dicatur ſumma retracta abſq. vlla ſuſpicione Doli, & Barattariæ?*

42 *An Teſtes ſingulares, & omnes de caſu diuerſo deponentes, quamuis eſſent mille probent quantum vnus?*

43 *Dolus, & Barattaria licet clam committi non ſoleat, & ſit difficilis probationis, attamen leuiores probationes non ſufficiunt.*

44 *An quando agitur criminaliter, & præſertim in crimine Barattariæ quamuis ſit difficilis probationis requiratur exactiſſima, & plena probatio?*

45 *Ciceronis Eloquentia Patris referuntur exclamationes circa miſeram conditionem Regentium, & Adminiſtrantium Prouincias.*

46 *Facillimum eſt maleuolis, & inimicis inſidias parare Officialibus.*

47 *Quando procedat regula, quòd ſingula, quæ non proſunt vnita iuuant?*

48 *Fama eſt plerumq. mendax, & à maleuolis nocere cupientibus tranſmitti conſueta, parum deferendum eſt.*

49 *An ſpernenda ſint illa Populi voces contra Officialem, qui partes ſuas implere nequit, quin multorum odia, & vindictas prouocet?*

50 *An multum requiratur ad probandam malam famam?*

51 *Nullus adeſt Proceſſus, in quo probata ſit mala fama.*

52 *An mala fama proſternatur, quando Teſtes contrà eumdem Iudicem examinati inter ſe contradicuntur, & redditur ratio num. 53.*

54 *Scientia præſumitur de ijs quæ publicè fiunt, & dicuntur.*

55 *Teſtes deponentes de mala fama contrà Officialem debent eſſe omni exceptione maiores, & an iſta qualitas ſit articulanda, vel nè?*

56 *Teſtis deponens de mala fama non ſufficit dixiſſe publicè audiuiſſe, ſed debet addere à maiori parte Populi: & an hæc procedat in foro Ciuili, & criminali?*

57 *An Teſtis deponens de mala fama nominare debeat Authores ſuos, à quibus id audiuerit, etiamſi non ſint de cauſa intereſſati?*

58 *An fama à Teſtibus, ac viris maleuolis, & Iudici infenſis tanquam à turbido fonte exorta ſit attendenda?*

59 *De mala fama curandum non eſt, quoadò non eſt orta immediatè poſt delictum, & an requiratur temporis ſpecificatio?*

60 *Teſtes deponentes de mala fama debent deponere de loco, alijſq. circumſtantijs Delicti vndè mala fama originem traxit.*

61 *An curandum ſit de ijs Teſtibus, qui dicunt audiuiſſe multos conquerentes?*

62 *An*

62 *An reprobata ſit Sententia, quando in magno numero Teſtium deſiderari non debeant omnia requiſita famæ dicendu quod numerus ſuppleat defectum?*

63 *An Teſtis deponens de propria opinione, & non de publica probet, vel nè?*

64 *An Teſtis fidem ſibi adimat, & ſuſpectus reddatur, dum voluntariè fatetur eſſe vnum ex illis, qui concluſerant petere depoſitionem Iudicis?*

65 *In concurſu Teſtium ſi qui deponunt pro famà excluſiua Delicti etiamſi ſint numero pauciores debent præferri?*

66 *An Bona famæ probatio in genere præualere debeat malæ famæ probatæ in ſpecie? & an hoc procedat in te minis Iudicis Syndicandi?*

67 *An Iudex habeat pro ſe præſumptionem iuris?*

68 *Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Balthaſar Cincl- ius inter Romanos Optimates inclytus, & Vir clarus ſcientia, & morum candore refertus.*

69 *An deliberatio contrà Iudicem in conſilio publico facta vendente ſyndicatu, et poſt inquiſitionem, non ſolum malam famam, ſed apertam conſpirationem denotet?*

70 *Æquum eſt, vt Iudices Syndicatum ſubeant, illiuſq. neceſſitatem Legum Diuinarum, humanarumq. authoritate rectè comprobarunt Principes, et D D omnes.*

71 *An Reipublicæ interſit, vt Iudicum innocentia publicetur?*

72 *Fieri non poteſt, quin multi de Iudicibus conquerantur.*

73 *Homines ſæpe Beneficia pulueri, Maleficia marmori inſcribunt, imò ſculpiunt.*

74 *Angelus Aretinus iniuſto Syndicatu accuſatus per annum in carceribus horſæ detentus fuit.*

75 *Ioannes franciſcus Sebenardus coactus fuit propriam eiuſque inculpabilem innocentiam rueri contra Accuſatores poſt relictam Locumtenentiam generalem Valliſtellinæ.*

76 *An Innocentia victrix magis ſplendeſcat?*

77 *Glorioſius eſt Magiſtratui in Syndicatu Accuſatorum querelas, et contradictiones ſuperare, quam ſi nullos Æmulos, et contradictores haberet.*

78 *Afferuntur verba Caſſiodori conſolantis Iudicé.*

79 *Refertur Sententia abſolutoria lata à R. P. D. Philippo Honofrio Rectore Comitatus Venayſſini in cauſa Cauallicen Syndicatus vnà Cum quieté Partium vernacula lingua dicta Prouincia deſcripta.*

Iudex pro bono Principis Gubernio, an operæpretium ſit vt etiam inconfeſſus Syndicetur? & vtrum etiam opus ſit, vt idem Princeps prò decore ſui Iudicis eum à calumnijs in Syndicatu à ſubditis indebitè illatis tueatur?

Quæſtio LXXXV.

1 QVantum Reipublicæ interſit, vt ij, qui Populos regunt, de Populi regimine rationem reddāt, ſatis ex omni Iure Diuino, & Humano compertum remanet, & probauimus iuridicis rationibus *in noſtro 1. Tom. de Confeſſ. lib. 2. quæſt.* 40.

Et quamquam in dicta 59 *quæſtione* enun-
2 ciauimus, completo officio Officialem eſſe Syndicandum: attamen cognito Delicto, etiam officio non completo, non ſolum Officialis, & Iudex Syndicandus, ſed acriter pro delicti menſura eſt plectendus, ùt optimè exemplificat *Farinac. Tom. 1. conſ. 5. num. 3. verſ. ſi pro extorſione, cum N. N. pluribu. ſeqq.*

Verum quia Sydicatio eſt Accuſatio, &
3 Accuſatio vt plurimum contra Iuſtitiæ Mi-
4 niſtros tribus modis falsa detegitur, aut calumnia; aut præuaricatione, aut tergiuerſatione, *vt in 2. quæſt. 3. Cau. ſi quem pænituerit* 8. *§. 1. verſ. Accuſatorum temeritas.*

Et ſi credere velimus *Martial. in Vacerr. de-*
5 *lator. lib. 11. Epig. 67.* ibi = Et Delatores, & Calumniatores *lib. ſpectaculor. ad Cæſar. Epig.* 4.

Turba grauis paci, placidæq; inimica quieti.

Nam aduersùs eos, qui præſunt ſæpe ſæ-
6 piùs calumniæ inſurgunt, vt euenit contrà S. Athanaſium, dum per ſubornationem Arrianorum Epiſcoporum quædam Muliercula tantum S. Præſulem de violento contra ipſam perpatrato ſtupro temerè accuſauit.

Verumquià non minus Principis cura eſt
7 ſubditos ab indebitis Regentium redimere vexationibus, quam ſuos Iudices in eorum manutenere decore, & ſpectabili obſeruan-
8 tia: cum Iudex dicatur Decor, & Dignitas, vt benè *Maſtrill. de Magiſtr. lib. 2. cap. 12. nu.*
9 38. *imò* Iudices a Deo vocantur Dij, vt per *coronatum Prophetam Pſalm.* 81. *verſ. 6* ibi = Dij eſtis, & Filij excelſi omnes = ſicq. ad propoſitum *idem Maſtrill. lib. 1. cap. 1. num.* 21. & in eadem *noſtra X L. quæſtione*, cum nullum verbum fecerimus de ſimilibus Accuſatoribus: conſequenter neceſſarium eſſe putauimus pro huiuſmodi compeſcenda malitia, &

vt Iu-

Digitized by Google

vt Iudicantium, & Regentium integritatis
11 Virtus peremnè triumphet iuxtà ea, que
recenſet *Par. de Put. Tract. de Syndicat. in t.*
euidentiali num. 3. in fin et num. 4 cum ſeq. do-
ctiſſimum, & elegantiſſimum hic exarare de-
ciſiuum Votum R. P. D. Philippi Honophri
Meuanatis Patritij ex mea Sorore Nepotis
acclamati Rectoris Comitatus Venayſſini,
qui in ſua iuuenili ætate non minùs com-
mendabilis per ſenilem Prudentiam, quam
per ſolidiſſimam Doctrinam nonnullis ab
hinc annis pro Papali Regno prædictam lau-
dabiliter temperauit, & temperat eximiam
Prouinciam; Et de Honofriorum clara Fa-
milia differtat Iacobill. in Vita S. S. & B. B.
Vmbriæ fol. 11. & 167. Prædictumq. Votum
eſt tenoris prout infra videlicet.

CAVALLICEN. SYNDICAT. VILLÆ INSVLÆ

VOTVM DECISIVVM

R. P. D. HONOPHRII

RECTORIS COMITATVS VENAYSSINI.

Statera doloſa abhominatio eſt apud Dominum, pondus æquum voluntas eius, *Prouerb. cap. 11.* Proptereaque dirige Domine verba mea ſecundum iuſtitiam tuam.

IOannes Angelus Corneuinus,
Iudex Inſulanus, functus offi-
cij munere, adimpletiſque
mandatis Statuti Comitatus
in cap. 76. et 105. inſtitit coram
me ſyndicari, vt ſingulis de ip-
ſo conquerentibus iuſtitiam miniſtrarem: in-
fra quod tempus, quidam particularis eiuſ-
dem Villæ, querelam in eumdem Iudicem
porrexit, illumque vna cum Fiſco, & adhæ-
rere volentibus accuſauit de crimine barata-
riæ; quippe qui pro illa ſuſtinenda, non tot
quin plurimos exhibuit Teſtes examinandos
in faciem loci ad quem libentiſſimè me con-
11 tuli per replicatam requiſitionem Partium,
quatenus agebatur de Perſona, quæ iuſtiti-
am adminiſtrauerat, & inconſequens omni-
bus placuiſſe non poterat, eiuſque oppreſſio-
12 ne frangebatur iuſtitiæ neruus; ſucceſſoreſq;
lento calce procederent; atque è contra pro-
batio tanti criminis Reipublicæ noxij ma-
13 gnum ſtimulum ſucceſſoribus dediſſet corru-
ptè omnibus, atque indiſtinctè iuſtitiam fa-
cere; hinc propterea deuentum fuit ad for-
male examen triginta vnius Teſtium, qui
æqua lance ponderati, vel delictum præfa-
tum nõ probant, vel deponunt materiam ex-
tra cancellos ſyndicatus. Adeoque dictum Io-
annem Angelum Corneuinum Iudicem lau-
dabiliter ſe geſſiſſe, ac publicè eſſe commen-
dandum per definitiuam ſententiam declara-
ui ad terminos, *legis iuſtiſſimos de Officio Recto-
ris Prouinciæ*.

Etenim t. 3. 4. 5. 10. 12. 20. 27. Teſtes,
14 vti carcerati, vel coacti aufugere ad locum
immunem, animosè in Iudicem loquuntur, &
in conſequens eius depoſitiones nullam fidē
merentur *Fragoſ de regim. Reipubl. Chriſtian.
part. 1 lib. 7. diſp. 23. §. 2. nu. 30. verſ. notum
in fin. fol. 933 vol. 1. Maſchard. de probat. con-
clus 165. num 6. Caualcan. de Brach. Secul. par.
5. num. 110 et de teſt. part. 4 nu. 117. verſic.*
15 *idem de querelantibus, Schenard. conſil. 1. num.*
139. *lib* 1. Quia ita quotidianum eſt quod
16 partes criminaliter inquiſitæ conquerantur
de Iudice, qui quo exactius munus ſuum im-
17 plet, eo maiores inimicitias ſuſcipit: qui
enim peccat, & Iudices odit: & eſt adeo ve-
18 ra allegata cauſa recuſationis ſimilium Per-
ſonarum, quod non ſolum afficit carceratum
ſed illius affines. *Perſ. conſil. 44. nu. 5. Giurb.
conſ. crimin. 72. num. 56.*

Atque vlterius præfatus primus teſtis ſe
granatum dixit à dicto Iudice, & ſe ab ipſo
19 malè tractatum dolet, itaut non tam teſtis,
quam qui in Syndicatu dedit petitionem, &
querelam pro ſe ipſo vices gerit *Perſ. dict.
conſ 44. num 3 et ſeqq. Bertazzol. conſ. crim. 71.
num. 111. Schenard. conſ. 1. num. 123. lib. 2.
Giurb. conſ 72. num. 56.*

Defectibus Perſonalibus dicti Teſtis, adde-
batur nullitas depoſitionis: quamobrem quę
20 ipſe dixit de Patre Religioſo, & Pharmaco-
pola non attenduntur niſi ijdem formaliter
examinati, expoſitum ratificarent ad tradita
per *Caſtill. dec* 161. *num.* 18. *et* 29 *deciſ.* 167.
num 13. *et* 14 qui quamuis depoſuiſſent, vel
21 deponunt de licita compoſitione pro expen-
ſis curiæ, vt fieri poſſe tradit *Pariſ. de Puteo
de Syndicat, in verb. Iudex fol. mihi 150. num. 1.*
& hoc non nocebat Iudici, qui rem honeſtā,
& commendabilem geſſit, vel de extorſione,
& vera barattaria deponunt, & hi in Iudicio
22 criminali, tanquam ſocij, & criminis pro-
xenetæ audiendi non eſſent, cum ſe ipſos à
Te-

Digitized by Google

Teſtimonio repellant fatendo ſe voluiſſe cor-
rumpere Iudicem, & inducere ad commit-
tendum tam graue delictum. *Bartazzol. conſ.
71. num. 34. Raudenſ. reſponſ. 50. nu.522. Ver-
migliol. conſ. 179. num. 9.* Quod procedit, e-
tiamſi agatur de Clerico, & de viro in digni-
tate conſtituto. *Giurb. conſ. 72. num. 16.*

Vnde cum veriſimile non ſit neutrum ex
23 illis voluiſſe corrumpere Iudicem; in quo
æquè culpabiles, ac punibiles eſſent ac Iu-
dex corruptus, *Grammatic. conſ. 35. num. 13.
Menoch. de arbitr. caſ. 34. num. 1.* concluden-
dum eſt, vel quod ipſi tractarunt de com-
poſitione licita, vel falſum eſt quod de illis
depoſuit ipſe primus Teſtis:

Addita potiſſimè ſuſpicione de falſo quar-
ti Teſtis, vxoris primi cum loquitur de con-
uentione facta per ſupradictum Regularem;
aliter quam deponit eius maritus; quando-
quidem maritus dixit, quod mediante ſummâ
quatuor duplionū fuerat abſolutus, vxor ve-
rò vltrà dictos quatuor dupliones addit alios
quatuor pro Notario, & duos pro Amico
Iudicis, quod certè non oblitus fuiſſet ma-
ritus, ſi id verùm eſſet, præſertim cum lo-
quatur tantum de auditu dici a marito, cu-
ius depoſitio magis attendenda venit, licet
ſuos patiatur defectus.

Et quatenus vterque ſidem mereantur;
non ideò inferri poſſet ad aliquam corrupte-
lam, & baratariam; ſed ad licitam, & ho-
neſtam compoſitionem pro expenſis curiæ;
præcipuè quando expenſæ debitę Iudici, No-
tario, Fiſcali, & pro mulcta, poterant non
ſolum æquare, ſed excedere ſummam de quâ
in Tractatu, cum Iudex abſque mente ba-
24 ratariæ poſſit nolle adminiſtrare iuſtitiam
ſine pecunia, quæ ſibi debetur. *Maſcard. de
probat. concl. 161. num. 16.* quem refert, & ſe-
quitur, *Fragoſ. de regim. Reipub. Chriſtian.
part. 1. lib. 7. diſp. 23. §. 2. num. 65. tom. 1.* etſi
prętenditur petitionem illam eſſe exceſſi-
25 uam, id adamuſim probandum erat ex acto-
rum reuolutione, quæ produci debebant à
parte querelante, vel teſtibus, *Caluacan. de
Brach. Sacul. par. 5. num. 122. & 127. additque
verſus num. 122.* quod non ſufficit tantum
exhibere proceſſum, niſi in ſpecie doceant in
quo loco grauentur.

Prædicta declarabantur per 6. Teſtem, qui
pro Amico ſollicitabat, illumque ad Notari-
um Iudex remiſit, ex quo ſatis oſtenditur in
huiuſmodi compoſitionibus tractaſſè tantū
pro expenſis debitis curiæ, & non animo
extorquendi ſummas indebitas.

Quoad 12. Teſtem, præter quam quod fu-
it à Iudice carceratus, eius depoſitio conti-
net tantum tractatum factum à Perſonis, quę
examinari debebant ad iuſtificandam illius
veritatem, quæ pariter reſultare debet ex
proceſſuris, eaque depoſitio non nocet Iudi-
ci, quia non firmatur in ea pecunias fuiſſe
traditas in eius manibus, ſed ignorat, an Iu-
dex, vel Notarius illas retraxerit.

Debilitabatur pariter depoſitio 14. Teſtis
non ſolum propter proceſſuras à Iudice in Fi-
lium factas; verum etiam quia Teſtis præfa-
tus ſimpliciter refert id, quod audiuit a Ger-
mano Fratre Religioſo Frāciſcano, qui erat
formaliter examinandus, nam declaratio ex-
traiudicialis Religioſi, non concordat cum
depoſitione 14. Teſtis, quia ipſe deponit de
tribus duplionibus, declaratio vero loquitur
tantum de duobus, quorum vterque, licet ve-
rus eſſet, poterat, vt ſupra, verificari pro mul-
ta, & expenſis curiæ.

Quoad vero 27. Teſtem, vltra exceptio-
nem quod fuit proceſſatus, eius lis fuit com-
poſita, & terminata, opera D. de Guilhem
viri nobilis, & pietatis eximiæ, quod facit
euaneſcere omnem baratariæ ſuſpicionem;
& deinde niſi examinetur dictus D. de Guil-
hem, quæ de illo dicuntur nullius momenti
ſunt:

Secundus Teſtis deponit de tarditate, &
negligentia Iudicis in expeditione Proceſ-
ſus, & quod in actu ſollicitationis malè in
deponentis mulierem ſe geſſit. 7. pariter Te-
ſtis qui paſſus fuit arreſto à Iudice, conque-
ritur quod non obſtante appellatione ad Il-
luſtriſs. Pro Legatum, illos continuari præ-
cepit: aperiretur enim via impunitati ſi lici-
26 tum eſſet delinquentibus ligare manus Iudi-
cis, antequam appellatio facta ad Illuſtriſſi-
mum ipſi fuiſſet iudicialiter intimata, & hęc
eſt intimatio, quæ à Iudicibus inferioribus
eſt timenda, & habet vim inhibitionis impe-
27 ditiuæ, nè vlterius procedatur. 9. etiam
Teſtis depoſitio eſt nimis vaga, cum nihil di-
cat de dolo, & barataria, ſed tantummodo
de partialitate, & hæc de auditu dici, non
dicens à quo id audiuerit, vnde nullam fidem
28 facit, *Conclol. in verb. Teſtis reſol. crim. 4. num.
11. Vermigliol. conſ. 179. num. 7.* Decimus
quintus Teſtis deponit Iudicem in longum
protraxiſſe litem tertij Teſtis, quod non re-
leuat, cum iuſtis de cauſis id fieri potuerit,
& talis protractio nullum dolum, & barata-
riam continet, vltra quam quod fatetur con-
tra voluntatem iuſſum fuiſſe à Iudice in pu-
blico Conſilio calculum ferre, & non ob-
ſtante eius appellatione, fuit coactus obedi-
re præcepto, quod Viro nobili durum viſum
fuit, & ſatis ad hoc, vt ſe læſum ſentiat, vn-

de pro-

de propterea cum prædicti omnes non deponant de pecunia recepta, malè ablatis, vel
29 omnino ſaltem culpam proximam dolo, ſed ſolummodo de negligentijs, & de ſententijs per partialitatem latis, delictum non probant, vt teſtantur *Amadeus de ſyndicat. num. 186. Clarus in pract. §. fin. quæſt. 37. verſic. Item Iudex. Maſſin. de confiſcat. quæſt. 11. num 5. et per alios quamplurimum relatos à Conciolo in verbo ſyndicatus reſolut. 3. num. 1.*

11. Teſtis deponit audiuiſſe à pluribus Iudicem à criminaliter inquiſitis vltra modum pecunias accepiſſe, vt componeret illorum lites, & pro hoc, non nominat à quibus id audiuerit præter 2. & 3. Teſtes, quorum depoſitiones ex pluribus corruunt. Idem dicunt 13. & 18. Teſtes, quorum primus non deponit à quo audiuerit, & non dicit an illas ſum-
30 mas exceſſiuè receptas exegerit præuio Tractatu, ſine quo dolus, & barataria non committitur. *Maſtrill. de magiſtr. lib. 6. cap. 10. num. 162. Caualcan. de Iudic. tit. 1. diſp. 3. num. 9. Schenard. d. conſ. 1. num. 39. & 40.* Decimus octauus vero Teſtis non dicit nec ſummam, nec ex qua cauſa recipiebat, & addit Iudicem non fuiſſe habitum pro æquo Iudice.

Decimus ſextus Teſtis non meretur attendi quia Perſona, qua vſus eſt erga Iudicem, non fuit examinata, nec deponens ſcit, an tres dupliones fuerint remiſſi Iudici, qui vtique potuit paciſci licitè pro compoſitione negocij, & expenſis curiæ, & ſciri non poteſt an omnes illæ expenſæ aſcendant ad dictam ſummam, niſi exhibeantur poceſſuræ, vt ſupra dixi. Quæ magis liquent, ex depoſitione 17. Teſtis qui tractatus initus fuit cũ Notario quod nihil facit contra Iudicem, vt quod ex ſumma conuenta nihil peruenit ad Iudicem, quòd eius innocentiam manifeſtè probat, & oſtendit quod quoties dictus Iudex tractauit ſimiles compoſitiones, eas non ad ſuum commodum, ſed pro rationibus aliorum, Notarij ſcilicet, partis querelantis & chirurgi tractabat, idque magis corroborabat præſumptionem Iuris, quæ Iudici fauet.

Eſto quod tantum fuiſſet gaudium, & lætitia, quantam habuiſſe dicit 19. Teſtis, dum audiuit dictum Iudicem Magiſtratum depoſuiſſe, eique ſuffectum eſſe in ſucceſſorem D. Bartholomæum Martin virum aliunde meritiſsimum, cum non eſſerat cauſam verè dici poteſt, quod erat nouitatis cupidus, vel quod Iudex erat nimis tenax, vel quia ſucceſſor gratior erat, ex quibus legitimè inferri non poterat, quod ideo publicè omnes lætabantur, quia ſolitus erat committere dolos, & baratarias.

Quæ enim dicit 21. Teſtis, quod ſuadente Amico, dederit Iudici poſt reportatam ſen-
31 tentiam fauorabilem munuſcula ad ſummã duorum ſcutorum aſcendentia quæ vti Amico potius, quam vti Iudici data videntur quod nullo iure prohibetur. *Bertazzol. d. conſ. 71. num. 30.* ibique *adden. Maſcard. de prob. concl. 161. num. 12.* Cum non omnis receptio
32 munerum defenſa ſit Iudici, præſertim poſt ſententiam non præcedente tractatu, vel Iudicis ſilentio non exprimente conſenſum, à ſpontè dantibus. *Raud. conſ. 50. num. 3. 12. & 360. Caualcan. de Brach. ſecul. part 5. num. 91.* vbi allegat vetus aphoriſma iuris quod penitus inhumanum eſt Xenia à nemine ſpõte dante accipere, licet paſſim viliſſimum ab omnibus auariſſimũ. *Tex. eſt rotundus in l. ſolent. de offic. Proconſul. & legat.* Quod & in foro conſcientiæ receptum dicit. *Nauarr. in eius comm. de dat. & prom. not. 17. num. 31. verſ. ſed ijs.*

Depoſitio 12. Teſtis, non nocet, ſed fauet Corneuino Iudici, cum ex ea conſtet, quod propoſitione ſibi facta reſpondit adeũdum eſſe Notarium, nec ſe ſimilibus Tractatibus & negotijs immiſcere, & re vera, habita compoſitione cum Notario, pecunia conuenta non Iudici ſed Notario tradita fuit, ex qua depoſitione colligebatur, quod ſi aliquando ipſe Iudex interfuerit, vel ſe ſimilibus tractatibus immiſcuerit, non pro ſuo commodo, & intereſſe burſali, ſed pro legitimis expenſis curiæ id feciſſe.

Tota vero depoſitio 23. Teſtis reijcienda videbatur, cum eſſet tantum de auditu dici, & præſertim ab homine ſuſpecto, & infenſo Iudici.

Alia depoſitio 24. Teſtis non continet dolum, & baratariam, ſed oſtendit quam honeſtè, & generosè Iudex vteretur aduerſus dictum Teſtem, quandoquidem neglecto proprio intereſſe, eum ad Notarium remiſit, vt faceret meliorem conditionem quam poſſet, & reuera concordatæ fuerunt prædictæ expenſæ, nullo facto verbo de Iudice, nec de ijs, quæ ipſi deberi poterant.

Vigeſimi quinti Teſtis depoſitio pariter non nocebat, quia deponit dictum Iudicem malè ſe geſsiſſe in iudicatura, nec non dicit vidiſſe, & audiuiſſe dum per domum tertij Teſtis nocte tranſiſſet dictus Iudex, qui familiæ ſuæ mandauerat apprehendi dictum Teſtem, & cum carcerati puerculus inceſſanter illacrimaretur, quia nolebat ſilere pedibus percuſſiſſe ventrem dicti puerculi, qui id re-

Gg tulit

tulit dicto Teſti, quod quamuis veriſſimum
eſſet, concludi tantum poſſet nimis in hoc
caſu rigidum, & aſperum fuiſſe Iudicem, ſed
non doli & barattariæ reum, de quo ta-
men vnice quæri debet in præſenti facti ſpe-
cie, vt ſupra firmaui.

Animosè nimis exaggerabat 26 Teſtis
malam famam dicti Iudicis, quam omnibus
contraxiſſe dicit occaſione proceſſuum cri-
minalium, ſed in hoc videbatur valde ſuſpe-
ctus, cum verum non ſit, ſe ferè omnibus in-
tolerabilem, & odioſum reddidiſſe, & om-
nes de illo conquerendi cauſas habere, cum
ex ijsdem Teſtibus pro parte querelãtis pro-
ductis, patet, nonnullos, qui rem, quæ ne-
mini latere poteſt, ſi verum eſſet ignorant,
& deponunt nullum audiuiſſe de Iudice con-
querentem, alios vero, qui deponunt adeſſe
quidem, qui de Iudice conqueruntur, ſed ad-
ſunt alij, qui illius agendi modum laudant, &
33 in hoc cum æquiſſimis Iudicibus commune
eſt, cum nullus ſit, qui non reddat aliquos
malè de ſe contentos.

Nec probatur Iudicem exegiſſe, vt 28. Te-
ſtis daret nummum ad eum liberandum ab
onere ſequeſtri, nec etiam quod illud rece-
perit, nec donec examinetur, qui tractatum
fecit, credendum eſt feciſſe, quod ei impu-
tatur a dicto Teſte, quod vtique quamuis à
dicto compoſitore formaliter examinato cõ-
firmaretur, recurrit ſemper reſponſio facta
34 erga eos qui ſimiles compoſitiones inierunt
& ad peius cum agitur de re leui non eſt ho-
nor Iudicis auferendus per ſyndicatum, iux-
ta magiſtralem Theoricam *Bal. in l. nec quic-
quam, § proficiſci quæſt. 33. ff de offic. procõſ.
Giurb. conſ. 72. num. 39 vbi* Concluſionem
ampliat. *vel in reſponſ. ſyndicatus poſt tractatũ
de inhibition. num. 6. Schenard. d. conſ. 1. num.
43. Cyriac. controuerſ. 464. num. 6.* Sed hoc
arbitrio Iudicum ſyndicãtium relinquũt No-
ſtri, & præcipuè, *Menoch. de arbitr. caſ. 88.
num 51 & alibi.* Quod videlicet cum iure
debet regulari, & dũmodo abſit dolus *Rand.
conſ. 50 num. 685.*

Corruere pariter viſa fuit 19. Teſtis de-
poſitio. Primò quia eſt affinis Perſonæ, quæ
35 fuit detenta ſub arreſto, Secundo quia non
exprimit, nec diem, nec locum recepti mu-
neris, vt opus erat Raudenſ. *reſponſ. 50. num.*
507. & poſtea cum datum fuerit poſt ſenten-
tiam, dicendum eſt datum fuiſse tanquam
Amico, quod licitum eſse ſupra oſtendi, præ-
ſertim cum agatur de re leuiſsimi momenti,
fabricata per proprias manus donantis.

Alia vero depoſitio 30. Teſtis viſa fuit a-
deo obſcura, & confuſa ex qua videtur igno-
rare rem, de qua agitur, & perſonas, de qui-
bus loquitur.

Quoad vero vltimum Teſtem Sacerdotẽ,
qui licet ſit omni exceptione maior, non fue-
36 runt examinatæ Perſonæ, de quibus loqui-
tur in ſua depoſitione, & rurſus animaduer-
ſum fuit, quod credi non poteſt Sacerdotem
probum, & honeſtum voluiſse corrumpere
Iudicem, & in tam nefandi criminis ſocieta-
tem venire, & conſequenter concludendum
eſt per neceſſe, quod Tractatus continebat
honeſtam, & licitam compoſitionem, & in
hoc meretur fidem, quæ alias deneganda ipſi
eſſet, ſi de barataria, & dolo deponat, vt vl-
tra citatos in terminis Clerici firmat *Giurb.
dict. conſ. 72. num. 16.* præterquam quod eſt
37 vnus tantũ Teſtis, cũ nec ſoli Scipioni Affri-
cano probatiſſimæ vitæ homini ſi reuiuiſce-
ret fides præſtanda eſſet, vt dicit Cic. in
orat. pro Roſ.

Crimini etiã verti non poterat Iudici ſum-
ma vnius ſcuti in patacis ab Hæbræis exacta
38 tum propter modicitatem ſyndicatui mini-
mè obnoxiam, tum etiam quia deficit cauſa
baratariæ quæ eſt quando dantur pecuniæ
Iudici, vt iniuſtitiam faciat. *Tex. in l. & genera-
liter, ff de calumniator, illud ait notandum in marg.*
vnde cum communitas Hæbreorum nullam
haberet litem coram Iudice, videtur à Iudice
exacta in cauſam munuſculi conſueti, quod
facit prædicta communitas in quolibet anno
39 cum munera in pecunijs cõſueta recipi poſ-
ſint ſtante conſuetudine *Bartaz. conſ. 71. num.
202. & conſ. 81. num. 5 cũ adden & conſ. 180.
num. 2.* vbi de conſuetudine attendenda ſul-
us etiam Prædeceſſoris actus. *Pret. de ſyndicat.
40 verbo ſalarium, cap. 6. num 16. Schenard. dict.
conſ. 1. num. 28.* Et abſque vlla ſuſpicione doli
& barattariæ videbatur retracta prædicta
41 ſumma, quando prout hic conſtat de quie-
tantia publicè, & bona fide facta per Iudicem
*Farinac. quæſt. 111. art. 7. num. 117. Bartazzol.
conſ. 71. num 24 & 31.*

Vltra ea, quæ contra Teſtium Perſonas
dicebantur, viſum pariter fuit eſſe ſingulares,
42 & omnes ferè de caſu diuerſo depoſuiſſe, qui
quam vis eſſent mille, probarent quantum
vnus, vt in præciſis terminis poſt *Silu. conſ.
94. nu. 5.* & alios firmat, *Schenard. dicto conſ.
1. num 106 & 107.*

Nec refragabatur, quod cum dolus, & ba-
rattaria clam committi non ſoleat, & ſit dif-
43 ficilis probationis, leuiores probationes ſuf-
ficiant. *Conciol. reſol. crim. in verb. delictum re-
ſolut. 11. num. 1.*

Quia hoc eſt ſpeciale in crimine baratta-
riæ, vt quamvis difficilis ſit probationis, re-

44 qui-

44 quiratur exactiſſima, & plena probatio, quã
do agitur criminaliter, vt in propoſito *Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. caſ. 116. num. 14. Caluacan. de Brach. regul. p. 5. num. 105.*

Et meritò, quia, cum pro officiali militet
violenta iuris præſumptio (propter miſeram
conditionem adminiſtrandarum Prouinciarum, quibus ſeueritas periculoſa, liberalitas
45 ingrata, ſermo inſidioſus, aſſentatio perniercioſa, frons omnium familiaris, multorum
animus iratus, iracundiæ occultæ, blanditiæ
apertæ, venientes Prætores expectant, præſeares inſeruiunt, abeuntes deſerunt vt exclamat *Cicer. in orat. pro Lucio Flacco in 2. part. pag. 180.*) in iure conſtitutum eſt vt qui officiales de dolo, & baratária doloſè, & calumnioſè accuſare volunt, duriori, quam in
alijs caſibus probatione grauentur, alias facil-
46 limũ eſſet maleuolis, & inimicis, inſidias parare officialibus, in quas inciderent ſi facilè
præſumptionibus, & imperfectis probationibus deferendum eſſet.

Nec pariter obſtabat regula legis *ille, aut
ille* quod ſingula, quæ non proſunt vnita iu-
47 vant, quia cum natura cauſæ poſtulet exactiſſimam probationem, fauendumque ſit Iudici quantum fieri poſſit, reijcienda videbatur turpis inquiſitio ex pluribus teſtibus non
integris, eoque magis nullum probationis
genus facientibus, non poteſt ſuppleri probatio. *Maſtril. de magiſtr. lib. 6. cap. 8. nu. 410.*
vbi quod nõ datur iuramentum ſuppletoriũ.

Nec minus obſtitit quod Iudex eſſet malè
famatus, vt probari conabatur ex depoſitionibus Teſtium, & ex deliberatione facta
in conſilio publico Villæ Inſulæ.

Quia omiſſo quod fama eſt plerumque
mendax, & à maleuolis nocere cupientibus
48 tranſmitti conſueta, parum deferendum eſt,
vt eleganter tradit Raudenſ. *dict. reſp. 49. nu. 125. & ſeq.* & ſpernendæ ſunt inanes illæ Populi voces contra officialem qui partes ſuas
49 implere nequit, quin multorum odia, & vindictas prouocet, *de Pont. de poteſt. proreg. tit. 3.*
50 *§. 7 num. 12* tot tantaque requiruntur ad
probandam malam famam, vt *Grammat. conſ.*
51 42. ingenuè fateatur ſe nõ vidiſſe proceſſum
in quo fuiſſet probata mala fama, idemque
refert *Stracc. in addit. ad* Crauet. *conſ. 41. nu. 5.*

In hac autem facti ſpecie mala fama non
viſa fuit concludenter probata. Prout requirebatur: quamobrem ex triginta, & vno Teſtibus, ſunt tantum quindecim, qui deponunt
aliquid quod ad malam famã pertinere poſſit, alij verò ſexdecim, vel nihil omninò dicunt, nihil audiuiſſe contra exiſtimationem,
& famam dicti Iudicis, *vt dict.* 14. 16. 21. 29.
Teſtes aiunt, vel deponunt quod varia erat
illius fama, alijs de dicto Iudice conquerenti-
52 bus, alijs vero in minori numero Iudicem
laudantibus, vnde propterea ex illa diuerſitate, ac etiam contrarietate Teſtium proſternitur illa mala fama, quatenus etiam ex depoſitione aliorum Teſtium fuiſſet probata.

Et ratio eſt, quia, cum fama debeat eſſe
perpetua, vniformis, illæſa, ſolida, & con-
53 ſtans apud omnes, neminique latere debeat.
Vermigl. conſ. 36. num 12. & abſque vlla contradictione *Coccin. deciſ. 8. Conciol. reſolut. crim. in verb. fama reſolut. 2 nu. 2* & alibi paſſim,
54 quia ſi talis fuiſſet fama, & res eſſet adeo nota, & publica, alij Teſtes de ea notitiã haberent, cum de ijs, quæ publicè fiunt & dicuntur ſcientia præſumitur vt plurimis congeſtis *Conciol. in verbo fama reſolut. 2. num. 1.* eoque minus in hoc ignoraretur, & contradiceretur à teſtibus ab ipſo denuntiatore
productis.

Semota contradictione tacita, ſiue expreſſa ſexdecim Teſtium, alij quindecim malam
55 Iudicis famam, cui & lex aſſiſtit, non probare pariter viſi ſunt, non ſolum quia deponentes de mala fama præſertim contra officialem debent eſſe omni exceptione maiores, & qualitas iſta erat articulanda *Caren. de offic. Sanct. Inquiſitionis part. 3. cap. 10. nu. 66.*
verum ſiquidem quia non ſufficiebat publicè
56 audiuiſſe, ſed debebant addere à maiori parte populi iuxta veriorem opinionem *Bartol. in lib. de minor. §. plurium, ff. de quæſt.* cum
agitur in foro Ciuili, quod ſequitur forum
criminale in ſimilibus caſibus, prout ex oraculo Rotæ firmat, *Farinac. de indic. & tortur. quæſt. 47. num 237. & 257. & ſeq.* licet ſecus
ſit in foro Eccleſiaſtico.

Tum etiam quia nullus ex dictis Teſtibus
nominat Authores ſuos à quibus id audierit,
57 vt omninò requiri aſſerunt, etiamſi de hoc
non ſint intereſſati, *Caren. loco ſup. cit. num. 70.* vel ſi nominanr Authores, nominat 1.
& 3. Teſtes: vnde fama a talibus viris fortaſ-
58 ſè maleuolis, & Iudici infenſis, tanquam à
turbido fonte exorta, non erat attendenda vt
latè probat *Conciol. in verb. fama reſol. 10.*

Tum pariter quia cum curandum non ſit
de mala fama, quæ orta non eſt immediatè
59 poſt delictum. *Vermigl. conſ. 13 nu. 15.* nullus tamen ex dictis Teſtibus deponit de tempore præciſo, quod tamen fieri neceſſe eſt, vt
ſciri poſſit, an alia mala fama orta fuerit poſt
inquiſitionem, vt præſumitur, niſi contrarium probetur *Conciol. loc. cit. reſolut. 7. num 4.*

Et ex eadem cauſa debebant deponere de
loco, alijſque circunſtantijs delicti, vnde mala

60 fama originem traxit *Conciol. reſol. 7. nu. 1.*
Et denique curandum non videbatur de ijs
Teſtibus, qui dicunt audiuiſſe multos con-
querentes quia iniuſtè, & indebitè poterant
61 conqueri, vel conqueri de alijs cauſis, quam
ex illa corruptelæ, & baratariæ.

Nihil refragant, quod in tanto numero
teſtium, deſiderari non debeāt omnia requiſi-
62 ta famæ, quia numerus ſupplet defectum.
Conciol reſol. 7 per tot. ſed vltra quod hanc opi-
nionem reprobant *Burſat.* alijque relati per
Bażard. ad Clar. §. fin quæſt. 6 num. 2. certum
eſt, quod Teſtes debent eſſe exceptione ma-
iores, prout 5. 25. & vltimus qui nihil omni-
no dicit de mala fama, ſic quoad dictam ma-
lam famam habetur ac ſi non depoſuiſſet.

25. Teſtis nihil ſpecificat circa famam ſed
tantum in genere quod non benè admini-
ſtrauit iuſtitiam, neque tam Iudicis, quam
partis vicibus fungeretur, exigens vltra mo-
dum pecunias a partibus, quod nimis vagum
eſt, neque enim præcisè pertinet ad baratari-
am, quia potuiſſet exigere pluſquam debi-
tum, credens ſibi debitū palam, & bona fide.

5. Autem Teſtis deponit tantum de pro-
pria opinione, & non de publica, ac de ijs,
63 qui priuatim admonuerunt Iudicem, quod
nihil facit ad famam publicam, deindè om-
nem fidem ſibi adimit, dum voluntariè fatetur
eſſe vnum ex illis, qui concluſerant petere
64 depoſitionem dict. Iudicis, in quo eſt valdè
ſuſpectus, *Rondinel. de ſyndic. num. 69. & 70.*
Caualcan. de Brach. reg. part. 5. num. 110. nec
eſt omni exceptione maior, & demum cum
non fuerit articulata, & probata illa quali-
tas, attendi minimè debet.

Secundo forſan hæc concluſio procederet,
ſi adfuiſſent Teſtes omni exceptione maiores,
qui de mala fama depoſuiſſent, ſed cum dictus
Iudex habeat pro ſe alios Teſtes, qui ſuper
re, quæ nemini ignota eſſe poteſt, vel tacent,
vel fatentur nihil audiuiſſe publicè dici con-
tra famam dicti Iudicis, vel dicunt conque-
rentes alios; alioſque vero laudantes Iudicem
reperiri in Ciuitate conclamatum eſt de hac
malæ famæ probatione; quandoquidem no-
65 tum eſt, quod in concurſu Teſtium ſi qui de-
ponunt pro fama excluſiua delicti, etiam ſi
ſint numero pauciores alijs, debent præferri.
Conciol. in verb. fama reſol. 5. per. tot. & ſignan-
ter *num* 8 *&* 9. eoque magis in illo caſu, cùm
66 ſpecialis ſit fauor Iudicū, vt bonę famę pro-
batio licet in genere præualere debeat malę
famę probatę in ſpecie, vt in terminis Iudicis
ſyndicandi docet. *Hierony. Giacb. de ſyndic. n.*
253. & quidem iuſta de cauſa, quia Iudex ha-
bet pro ſe præſumptionem Iuris indelibilem
67 dumtaxat ex probationibus luce meridiana
clarioribus, *Giurb. dict. conſ.* 72 *num.* 15.

Et fortius hæc præſumptio augetur ex
pluribus, videlicet, quod Iudex ſe palam
exhibuit *Schenard. dict. conſ. 1. num.* 111. Se-
cundo creatus fuit Viguerius perpetuus loci
Oppede, imo electus fuit Conſul eiuſdem
communitatis poſt in ipſum porrectam, &
publicatam querelam. Tertio, quia agitur
de Officiali I. V. Doctore *Schenard. dict. conſ.*
1. *num.* 105. Et denique quia non ſolum fuit
electus, ſed etiam confirmatus ab Illuſtriſs.
68 & Reuerendiſs. D. Balthaſare Cincio Prole-
gato Æquiſſimo, Hominum, Rerum, Scien-
tiarumque omnium æſtimatore; nec credi-
bile eſt, quod ſi tot, tantaſque conquerendi
cauſas dediſſet, vt non nulli Teſtes dicunt,
ad aures adeo vigilantiſſimi Prolegati non
perueniſſet.

Reiecta pariter fuit deliberatio in conſilio
publico facta pendente ſyndicatu, & poſt in-
69 quiſitionem, quæ non ſolum malam famam,
ſed apertam conſpirationem denotat, quan-
do in Iudicem deliberarunt, ne inpoſterum
amplius Iudex eligeretur, quod poterat omit-
ti, ne ſuſpecti redderentur. *Caualcan. de Brach.*
reg part. 5 num. 110. nam vt Primus Conſul
prudentiſſimè opinabatur expectare debe-
bant exitum pręſentis ſyndicatus, cum im-
proprium ſit Principi in eligendis officiali-
bus, legem, & normam præſcribere.

Æquum quidem eſt vt Iudices ſyndicatum
ſubeant, & illius neceſſitatem legum Diui-
70 narum Humanarumque authoritate rectè
comprobarunt Principes, Statuta, & D. D.
71 omnes, qui de hac materia tractarunt; Sed
72 non minus intereſt Reipublicæ, vt Iudicum
Innocentia publicetur; fieri enim non poteſt
quin multi de illis conquerantur cum ſæpè
homines beneficia pulueri, maleficia mar-
73 mori inſcribunt, imò ſculpunt. Quod autem
accidit D. Corneuin, id accidit ſummis viris,
qui accuſati fuere in ſyndicatu; Angelus enim
Aretinus iniuſto ſyndicatu accuſatus per an-
74 num in carceribus fuit detentus Norſæ, vt
poſt Pariſ. refert. de Seſe poſt. tractat. de inhibit.
dict. reſponſ. de ſyndicat. num. 6 Qui etiam Io-
ſephus de Sese locumtenens iuſtitiæ Aragn-
num, accuſatus fuit in ſyndicatu, & coactus
fuit ſe ſe expurgare pluribus imputationi-
75 bus, & Ioannes Franciſcus Schenarcus quem
toties in hoc voto citaui, coactus etiam fuit
propriam Innocentiam tueri contra accuſa-
tores poſt relictam locumtenentiam Gene-
ralem Valliſſelinæ; plura alia exempla affer-
ri poſſent, quibus ſe conſolari poteſt dictus
Ioannes Angelus Corneuinus vt ſupra accu-
ſatus, imò etiam lætari, quod victrix magis

76 ſplen-

Digitized by Google

76 ſplendeſcit innocentia, cum glorioſius ſit
Magiſtratui in ſyndicatu accuſatorum que-
77 relas, & contradictiones ſuperaſſe, quam ſi
nullos æmulos, & contradictores habuiſſet
vt ad propoſitum concludit *Solor. de Iur. In-
diarum, cap.* 8. *num.* 72. poſt Bobadillam, &
alios, referique verba Caſſiodori ita conſo-
lantis Iudicem, qui iniuſtis calumnijs fuerat
78 impetitus; Quapropter ſanctitatis veſtræ
animus non grauetur nec ſe ſallacibus verbis
doleat accuſatum, multo maior eſt opinio
purgata, quam ſi deſinentibus querelis non
fuerint impetita. Et ita vtraque parte acri-
ter informante deliberatum fuit, In Palatio
Rectoriatus Carpen. di 5. Octobris 1690.

SENTENTIA LATA
PER
REVERENDISSIMVM
ET ILLVSTRISSIMVM
D. PHILIPPVM
HONOPHRIVM
RECTOR. COMITATVS VENAYSSINI.

In Cauſa Cauallicen. Sindicatus.

IN Caſu, & Querela Syndicatus Domini Franciſci Blanc villæ inſulæ, & Fiſci Comitatus Venaiſſini contra Dominum Ioannem Angelu Corneuin olim
79 iudicem Ordinarium Dictæ villæ Inſulæ.

CHRISTI nomine inuocato pro Tribunali Sedentes, ſolumque Deum præ oculis habentes per hanc noſtram diffinitiuam Sententiam, quam de iuris peritorum Concilio in his ſcriptis ferimus in cauſa, & cauſis quæ coram nobis in prima, ſeu alia veriori verſę fuerunt, & vertuntur inter Dominum Franciſcum Blanc, & Fiſcum huiuſce Comitatus actores ex vna, & Dominum Ioannem Angelum Corneuin olim iudicem reum Conventum partibus ex altera, de ſuper quærela per dictum Dominum Franciſcum Blanc porrecta ſub die decima ſexta menſis Ianuarij proximè præteriti contra dictum Dominum Ioannem Angelum Corneuin Iudicem & alias pro vt in actis, Dicimus, Pronunciamus, Decernimus, & Declaramus dictum Dominum Ioannem Angelum Corneuin ritè, & rectè ac laudabiliter functum fuiſſe Officio Iudicaturæ dictæ Villæ inſulæ ipſumque vti notoriè pium, & iuſtum Iudicem fore, & eſſe relaxandum, liberandum, & abſoluendum in ſuo Syndicatu tanquam qui de nullo potuit crimine notari, ideoque dicto Domino Franciſco Blãc, Fiſco, & omnibus ſingulis alijs qui illius Iudicio, & authoritate ſe ſubiecerunt perpetuum ſilentium imponimus cauſa, & occaſione huiuſmodi Syndicatus, & ita dicimus pronuntiamus, decernimus, & declaramus non ſolum præmiſſo, ſed & omni alio meliori modo, & forma, ita pronuntiaui ego Philippus Honophrius Rector Comitatus ſic ſignantus in Originali.

Lata fuit præinſerta Sententia per Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Dominum Rectorem præſenti Patriæ Comitatus Venaiſſini die nona menſis Octobris anno Domini milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo.

ACQVIESCEMENT
DE MONSIEVR
François Blanc de la Ville de Liſſe à la ſuſdite Sentanc, & renuntiation de noble Ieã Ange Corneuin en faueur dudit Sieur Blanc.

LAN ſuſdit, & le dixhuictieſme iour du mois d'Octobre pardeuant Monſeigneur Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Recteur du preſent Pays du Comtat de Veniſe Dans le Palais Rectorial & ſalle haute d'recelux à comparu, & eſt preſentè Monſieur Francois Blãc de la Ville de Liſſe aſſiſtè de noble Claude Ioſeph Laugier ſon Aduocat, lequel ayant la preſenc de Noble Iean Ange Corneuin Docteur ez Droits du Lieu d'Oppede, informè de la Sentence par Mondit Seigneur le Recteur prononcèe le neufuième du courant, par la lecture que d'icelle luy en a eſtè faite ſur ſon Original, a dit & declarè aquieſcer, ainſin qu il aquieſce à ladite Sentence, & a priè & requls ledit Sieur Corneuin de vouloir deſiſter, & ſe departir de la pourſuite de l'inſtance de Calomnie faite par luy, ou de ſa

part

Digitized by Google

part contre ledit Sieur Blanc, & le dit Sieur Corneuin aequieſçant a ladite priere, & requiſition dudit Sieue Blane, a dit qu'il s'en depart pour Dieu; Et la meſmes pardeuant Mõ dit Seigneur le Recteurs ledit Sieur Corneuin, & Blanc ſe ſont embraſſez, & reſpectiuement aquieſcè à ladite Sentance, dequoy ledit Sieue Blanc en à requis Acte; quà eſtè fait où que deſſus ez preſecences de Reuerende perſonne Monſieur Iean Vicent Preſtre, & Monſieur Claude Tonzet Imprimeur reſidant audit Carpenteas teſmoins requis, & appellès, & mondit Seigneur le Recteue s'eſt ſoubſignè P. Onofrij Recteur ainſin ſignè à l'Original.

Extrait des Actes de la Coue Supreme de la Rectoeie en ſoy Firmen Greffier.

SVMMARIVM.

1 *Furis confeſſio an afficiat Furantem?*

2 *Abigeatus eſt ſpecies diſtincta furti in genere?*

3 *Pœna Abigeatus qua ſit, quamodo intret, & cui, vel quibus irregetur ſecundum facti contigentiam?*

4 *Confeſſio Abigei an afficiet, vel nè, & quando? refertur Votum R. P. D. Honophrij,*

5 *Perpetuò ad Triremes damnatus an, & quandò, & quomodò propter fugam arreptam, & transgreſſionem veniat condemnandus? diuerſimodè diſtinguitur, & conciliantur D. D. etiam quo ad pœnam.*

6 *Et quid dicendum ſi condemnatus ad triremes perpetuas non adiecta clauſula comminationis vltimi*

7 *ſupplicij in euentum fugæ?*

8 *An Inobſeruantia pœnæ Triremis perpetuæ poſſit dici nouum crimen.*

9 *Abigeatus quando plenè, & legitimis probationibus probatus remaneat prò parte Fiſci?*

10 *Teſtes inducti pro parte Fiſci iuncta confeſſione geminata, & pluriès ratificata, ab Inquiſito de Abigeatu ſit ſufficiens, vel nè ad condemnationem, iuncto etiã corpore delicti reperto penes Abigeum?*

11 *Inueniens animalia per Agros, aut ad viam publicam errantia, an dicatur abigeatum committere?*

12 *Subtractionis animalium qualitas compeditorum in paſcuis an conſtituat Abigeatum, & ſit locus pœna ordinaria?*

13 *Teſtes inducti pro parte Fiſci probantes animalia abducta, abacta, & traducta ad aliquem locum, inquo fuerunt reperta penès Abigeum ſinè confeſſione eiuſdèm Abigei an probent etiam ſubſtantiam, & qualitatem Delicti ſubtractionis animalium compeditorum? & an confeſſiones geminata Inquiſiti releuantes etiam quoad Corpus, & ſubſtantiam Delicti nocrà: Confitenti Abigeo?*

14 *Obſeruantia aliorum Tribunalium circa aufugientes à triremibus cum clauſula illa vltimi ſupplicij in caſu tranſgreſſionis non condemnantium ad pœnam mortis debeat ſeruari, vel nè in foro diuerſo, in quo ſit condemnatio?*

15 *Obſeruantia prædicta Tribunalium an ſit iuſtificanda? & iuſtificata, quid operetur, quandò expreſſa ſit in condemnatione clauſula vltimi ſupplicij ob non obſeruantiam?*

16 *Et quid dicendum ſi Reus fuerit Abigeus condemnatus ad triremes propter abigeatus Delictum, in quod reinciderit poſt traſgreſſionem, & fugæ arreptionem? erit nè condemnandus ad pœnã mortis?*

17 *Inquiſitus de quamplurimis furtis ac etiam Abigeatibus confeſſus, & conuictus, an, non obſtante conſuetudine, minimè infligendi vltimum ſupplicium habeat locum, vel nè, quando probetur multiplicitas furti, & abigeatus iuncta etiam qualitate cominata, & confeſſi Rei?*

18 *Confeſſio Inquiſiti, non aſſignatis defenſionibus, & copia Proceſſus, ſicq. indefenſi, ſignanter ſi vi tormentorum extorta ſit confeſſio, an ſit ſufficiens ad condemnandum?*

19 *Defenſiones inſigni, & famoſo Furi, an veniant denegandæ, & quare? iunctis etiam alijs Delictis, & Sententijs contrà ipſum Confitentem emanatis ſuper alijs etiam conſimilibus criminibus ſignanter exceptis?*

20 *Fur manifeſtus quis dicatur, & quando in fraganti repertus? quidue ſit determinandum quoad pœnam, etiamſi corpus Delicti fuerit repertum poſt tres dies? & an dicatur captus in froganti, & vltimo ſit locus ſpplicio?*

21 *Abigeatus pluries repertus an ſit facilius ad infligendam pœnam mortis?*

22 *Identitas animalis furati, an ſit de neceſſe probanda in abigeatu, & quando dicatur clarè conſtarè de corpore Delicti?*

23 *Praexiſtentia, & deficientia in caſu Abigeatus ex quibus probata reſultet? & multa adducuntur.*

24 *Suggeſtio, & ſubornatio quomodò euenire poſſit in formatione corporis delicti, vel in excluſione illius?*

Confeſsio ſuper Abigeatù an, & quandò noceat, vel nè Confitenti, & quid requiratur pro condemnatione?

Quæſtio LXXXVI.

1 DE Furis confeſſione etiam contrà Clericum, & de pœnis Sancitis aduerſus eumdem Clericum pro perpatrato furto tractauimus *in 1. Tom. de Confeſs. lib. 2. quæſt. 54.* Verum quia in eadem queſtione diximus de

furto

2 furto in genere, non autem de Abigeatu alia
qualitatis ſpecie ideò breuiter ſtaotè infra-
ſcripto Voto R. P. D. Honofri- ſuper huiu-
ſmodi Delicti ſpecie, eidem inhærendum eſ-
ſe exiſtimauimus, & ſolummodò ſuper Abi-
geatus definitione, & quandò eidem crimini
3 ſit locus, vel oè, & qua pœna veniat Reus
huius abigeatus cauſa plectendus, ad quam-
cumq. prolixitatem omittendam, adducimus
totum Titulum *in l. 1. cum ſeqq. ff. de Abigeis
cum Bart. Bald. cæteriſq. Comentantibus*; & quo-
4 ad confeſſiooem eiuſdem Abigei pro validi-
tate, vel inualiditate totalitèr receoſemos
Votum prædictum tenoris ut infra videlicèt.

CARPENTORACTEN, ABIGEATVS ET FVRTI

VOTVM DECISIVVM.

R. P. D.

HONOPHRII

RECTORIS COMITATVS VENAYSSINI.

Quia dimiſiſti virum dignum de morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & Populus tuus pro Populo eius: hæc dicit Dominus omnipotens.

3. *Reg.* 20. *num.* 42.

IOannes Franciſcus Perrot annorum circiter 39. oriundus ex oppido Rupis acutæ ditionis Sedis Apoſtolicæ in Comitatu Venayſſino, die 3. Martij Anni 1685. accuſatus & conuictus de plurimis furtis, & abigeatibus, fuit per ſententiam D. de Chaulardy tunc temporis Locumtenentis R. P. D. Rectoris Comitatus in perpetuum ad triremes damoatus ſub pœna mortis in euentum fugæ, ad quas triremes vi eiſdem ſenteotiæ traoſmiſſus fuit, obtenta prius executione ab Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo D. Prolegato tunc Auenione ſedente.

Poſt ſex circiter annos aufugit à triremibus confractis nauticis vioculis, & poſt peragrata omnia ferè loca Comitatus, die 31 Maij Anni 1691. captus fuit in itinere publico iuxta oppidum Venaſcam cum mulo, & mula furto ſubreptis, ac tranſmiſſus ad Papales huius Ciuitatis Carceres, initoque iudicio, tam ſuper recognitione Perſonæ dicti Perrot, per exhibitionem primæ ſeotentiæ, & per ipſus cooſeſsionem, quam ſuper nouis delictis poſt fugam è triremibus, ab eo patratis; commiſſa eſt cauſa D. de Gualterij Locumteneoti noſtro, qui per ſenteotiam definitiuam condemnauit dictum Perrot ad pœnam mortis oaturalis in prima ſententia comminatam: modoque ex debito officij remiſsè ſupplicamus Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Prolegatum eiuſque Congregationem criminalem, vt ex ſolita iuſtitia reſcribant pro executiooe eiuſdem ſententiæ, ob publicam vtilitatem, & Populorum incolumitatem.

Pro reſolutione cauſæ. Primo fuit exami-
nata quæſtio, an damnatus perpetuò ad tri-
5 remes ſub pœna mortis in euentum fugæ, de-
beat propter fugam, & tranſgreſſionem con-
demnari ad pœnam mortis naturalis in ſen-
tentia comminatam, an verò ſolùm debeat
reduci, ad eaſdem triremes ad reliquam vi-
tam.

Secundò quid dicendum, quando poſt condemoationem fuit commiſſum nouum furtum ſeù abigeatus.

Quoad primum fuit perpeoſum, quod circa propoſitam quæſtionem, an damnatus ad triremes in perpetuum ſub pœna mortis in caſum fugæ, debeat ad pœnam mortis condemnari, ao verò ſolum reduci ad eaſdem triremes, Doctores in duas diuiduntur opiniones.

De Franchis *in deciſ.* 140. quæ ſuper hac
quæſtione allegatur tanquam Magiſtralis,
refert fuiſſe deciſum huiuſmodi è triremibus
aufugientes ob talem tranſgreſsionem. & fu-
gam, non eſſe plectendos vltimo ſupplicio,
ſed ſolum redire debere in priſtioam cauſam,
hoc eſt redire prout prius ad ſeruiendum in
triremibus *num.* 8. *& ſeqq. verſ. quo etiam tem-
pore fuit dubitatum*: vbi tamen limitat, quan-
do in ſeotentia fuiſſet appoſita hæc clauſula,
6 quod condemnatus perpetuò ad triremes,
extra triremes repertus puniri debeat pœna
mortis, ibidem *num.* 10. *in fine*.

Et hanc opinionem pro exclusione pœne vltimi ſupplicij amplectitur etiam *Giurb. conſil.* 47. *num.* 23. *in fin.* ſub illa ſemper limitatione, niſi Iudex in ſententia comminatus fuerit pœnam mortis. & ſequitur *Conciol. reſolut. criminal. verb. exilium reſolut.* 1. *num.* 4. *in fin & num.* 8. *& 9.* vbi refert Doctores inter ſe diſſidentes.

Con-

Digitized by Google

Contrarium verò, quod frangens exilium,
relegationem perpetuam, vel aufugiens à
triremibus ad quas fuerat condemnatus in
7 perpetuum, plecti debeat vltimò ſupplicio,
quamuis etiam Iudex in caſum fugæ non
fuerit comminatus pœnam vltimi ſupplicij,
tenet *Caball. reſol. crimin. caſ. 8. à num. 40. ad
finem*, vbi reſpondet ad omnia motiua, & rationes
adductas per dictum *de Franch. deciſ.*
140. & ponderat dictam clauſulam comminatoriam
vltimi ſupplicij, *ſub num.* 50.

Fundamentum autem huius opinionis petitur
à l. Capitalium, §. in exulibus, ff. de pœnis,
in quo Textu ponit Imperator gradus
pœnarum, & ſtatuit, quod quando non datur,
nec ſupereſt alia maior pœna, quam illa,
ad quam aufugiens fuit condemnatus, vt
eſt iſta condemnationis ad perpetuas triremes,
tunc infligitur pœna capitalis.

Sed aduertendum eſt, vt obſeruat *de
Franch. dicta deciſ.* 140. quod dictus Tex. loquitur
de pœna condemnationis ad metalla,
& ad perpetuam relegationem, in quarum
locum, quamuis ex aliquorum Doctorum
mente pœna ad triremes perpetuas ſucceſſerit,
tamen diſpoſitio talis Textus non poteſt
extendi ad condemnatum ad perpetuas triremes,
quia verſamur in odioſis, & talis ſubrogatio
introducta fuit moribus, & conſuetudine
hominum, non ab ipſa lege; ideoque
diſpoſitio talis legis non debet locum habere
in condemnato ad triremes perpetuas.

Quidquid ſit de hac opinione contra condemnatum
ſimpliciter ad triremes perpetuas
non adiecta clauſula comminationis vltimi
ſupplicij in euentum fugæ, vigere videtur
contra inquiſitum, quod ſumus in caſu
dictæ limitationis, nempè comminationis
mortis adiectę in pręfata ſententia condemnatoria
ad perpetuas triremes lata contra
eundem Perrot; cum ferè omnes ſtante tali
clauſula conueniant quod reus aufugiens ſit
puniendus pœna mortis, vt præter iam citatos
firmant, *Farinac. in fragm. V. Bannitus
num. 94. ibi* Si in ſententia fuerit etiam iniũctum,
quod ſi quando damnatus, ex triremibus
aufugiens pœna mortis puniatur; tunc
in caſu fugæ mortis, quin pœna infligi poſſit
dubitandum non eſt, & ſequitur *Scannarol.
de Viſitat. carcerat. lib. 5. à. 31. c. 1. num. 17.
fol. mihi* 357.

Sed adhuc vrgere videtur nonum crimen
per dictum Perrot, vltimo loco poſt dictam
8 fugam à triremibus commiſſum in eodem
genere mali videlicet in crimine abigeatus,
pro quo fuerat ſubſecuta iam dicta condemnatio.

Vnde reſultat ſecundum quæſitum, an
ſcilicet tale crimen verè poſſit dici abigea-
9 tus, & an ſit plenè, ac legitimis probationibus
iuſtificatum ex parte Fiſci. & an ex talis
noui criminis perpetratione maximè in
eodem genere mali, talis fuga è triremibus
grauior effecta fuerit, itaut pœna triremium
eo magis poſſit, & debeat commutari in pœnam
vltimi ſupplicij.

Et certè, tum per teſtes pro parte Fiſci
examinatos, tum per confeſſiones etiam geminatas,
ac multiplicatas, pluries ratifica-
10 tas ipſius inquiſiti, conſtat quod cum Dominus
dd. animalium illa cum compedibus
dimiſiſſet in prato prope tenementum villæ
ruralis in qua habitat, ſitæ in territorio Boſenæ;
reuerſus dein è poſt aliquod temporis
ſpatium ad reducenda dicta duo animalia
in ſtabulum, eorum nullum inuenerit, &
quod ſciſcitans à vicinis, & conquerens ea
fuiſſe ſubtracta ſe dederit in viam ad illa quærenda,
& veniens ad hanc ciuitatem Carpentoractum,
compererit fuiſſe traducta ad
opidum Venaſcam, & in eo reperta pœnes
dictum Perrot ea ducentem, ex quibus cum
probetur, quod tempore furti commiſſi dicta
animalia extiterint compedita in prato,
& quod fractis compedibus fuerint per dictũ
Perrot furto ſubrepta, & abacta, vtique
plenè probatur abigeatus, ad quem com-
11 mittendum, non requiritur aliud, niſi quod
animalia fuerint ex armento vel ex ſtabulo,
aut ex paſcuis abducta, abacta, & in alium
locum traducta *per Text. in l.* 1. §. 1. *ff.* de
abigeis, vbi ita deſcribuntur ab *Vlpiano abigei
Peguer, deciſ. 29. num.* 1.

Non obſtare viſum eſt, quod ex proceſſu
non conſtet niſi per confeſſionem dicti Perrot
inquiſiti, quod talia animalia relicta à
Domino cõpedita in prato fuerint per ipſũ
abducta, & abacta. & proinde cum fieri po-
12 tuerit, quod dict. Perrot inuenerit animalia
illa per agros, aut ad viam publicã errantia;
atque adeò deficiat, & non probetur niſi per
confeſſionem ipſius inquiſiti, qualitas illa
ſubtractionis, & abactionis animalium compeditorum
in paſcuis, quæ conſtituit abigeatum,
& qua deficiente non eſt locus pœnæ
ordinariæ talis delicti, vt docent in terminis
Caball. reſol. crimin. caſ. 160. *num. 6. Peguer.
deciſ. 29. num. 3. Farinac. de furt. quæſt. 167.
par. 7. num.* 119.

Quia planè conſtat per depoſitiones Teſtium
pro parte Fiſci examinatorum, & non
per ſolam confeſſionem inquiſiti, quod dicta
animalia fuerũt à Domino relicta cum com-
13 pedibus in paſcuis, ſeù prato, & à dicto

Perrot

Perrot abducta, abacta, & traducta ad oppi-
dum Venaſcam, in quo fuerunt reperta pe-
nes eundem Perrot illa deducentem, & ſic
conſtat de præexiſtentia dd. Animaliū com-
peditorum in paſcuis, nec non etiamde ſub-
tractione, abactione, & traductione eorum-
dem in alium locum per dictum Perrot fa-
ctis, & conſequenter de corpore, ac ſub-
ſtantia delicti, quibus benè probatis ſufficit,
quod qualitas illa ſubtractionis dd. anima-
lium compeditorum à paſcuis fuerit, vt eſt
iuſtificata per cōfeſſiones geminatas, ac mul-
tiplicatas ipſius inquiſiti: quæ probato cor-
pore, & ſubſtantia delicti omninò nocent
confitenti, & tunc tantum non præiudi-
cant, quando aliundè de corpore delicti non
conſtat, vt firmant in terminis *Farinac. conſ.
23. num. 2 Clar. in prax. § final. quæſt. 55. ſub
num. 10 Guazin. ad defenſ 22. c. 3 num. 1. &
alij relat. per Bonden. collectat. legal. 12. num.
39. & 40.*

Prout neq; etiam obſtare viſum fuit, quod
ex obſeruantia, & conſuetudine Tribunaliū,
tàm Ciuitatis Auenion. quam aliorum hu-
iuſce Comitatus nunquam aufugiens a trire-
14 mibus fuerit ſolùm propter fugam, & ta-
lem contrauentionem vltimo ſupplicio mul-
ctatus, quamuis etiam in ſententia condem-
natoria ad perpetuas triremes adiecta fuiſſet
comminatio mortis naturalis in caſum con-
trauentionis. vt de ſimili conſuetudine innue-
re videtur. *Guazzin. ad defenſ. reor. defenſ. 5.
cap. 4. num. 27.* vbi teſtatur de obſeruantia
in Tuſcia, ac etiam in Romana Curia non
apponendi dictam clauſulam comminatoriā
mortis, & ſe nunquam illam appoſuiſſe, &
perſiſtere etiam videtur in opinione illa,
quod aufugiens a triremibus etiam adiecta
clauſula illa cominatoria vltimi ſupplicij nō
debeat condemnari ad pœnam mortis.

Quia præterquam quod nullo modo iuſti-
ficatur prętenſa illa obſeruantia Tribuna-
15 lium tàm Ciuitatis Auen. quam aliorum hu-
iuſce Comitatus non condemnandi aufugien-
tes à triremibus ad pœnam mortis, ſicuti
etiam non apponendi clauſulam illam com-
minatoriam mortis, idem ipſe *Guazin.* loco
citato opinionem illam excluſiuam vltimi
ſupplicij tuetur dumtaxat authoritate *Fari-
nac. in fragm. crimin. d. verb. Bannitus num 94.*
nec non etiam *Caball. d. caſ. 8. num. 40. &
ſeqq.* qui apertè accedente clauſula illa com-
minatoria mortis contrarium firmant, vt
ſuprà eſt allegatum.

Verùm vlterius ponderatum eſt in caſu
noſtro, quod dictus Perrot inquiſitus iam in
16 primo proceſſu reus de pluribus furtis, & abi-
geatibus per ipſum admiſſis conuictus, &
confeſſus, fuit ad triremes condemnatus ſub
pœna mortis in euentum tranſgreſſionis, &
fugæ, itaut meritò, & ex iuſta cauſa pœna
vltimi ſupplicij fuerit comminata, & appo-
ſita in caſum dictæ fugæ in præfata prima
ſententia condemnatoria, quo caſu aufugien-
tem è triremibus condemnandum eſſe ad pę-
nam mortis ponderat Carol. Ant. de Luca *in
prax. crimin. cap. 30. num. 3.*

Præterea fuit obſeruatum, quod ſumus in
caſu inquiſiti de quamplurimis furtis, ac etiā
17 abigeatibus conuicti, & confeſſi, quo caſu
ſuppoſita etiam prætenſa conſuetudine, &
obſeruantia non infligendi vltimum ſuppli-
cium talibus contrauenientibus, adhuc tamē
opinio iſta excluſiua vltimi ſupplicij non ha-
bet locum, & limitatur *in Fure*, contra quem
ſi fuerit adiecta pęna mortis in euentum con-
trauentionis, illam ſtatim executioni eſſe
mandandam firmant in ſpecie *Farinac. in frag.
dict verb Bannitus num. 21. & poſt eum Guaz-
zin. ad defenſ. reor. defenſ. 33. cap. 27. num. 5.
verſ. imo ibi, idem Farinac. Conciol. reſol. crim.
reſolut. 1. num. 7.* Qui licet loquantur de exi-
lio ſeu banno perpetuo, non tamen minus,
ſed imò magis procedere debent per eos al-
legata in iſto caſu, in quo tractatur de con-
demnatione ad perpetuas triremes contra
furem, vt dictum eſt de quamplurimis furtis,
& abigeatibus conuictum, & confeſſum.

Neque etiam obſtat, quod D. Locumte-
nens proceſſerit contra dictum Perrot inqui-
ſitum ad tortum non datis defenſionibus, &
18 copia indiciorum, ideoque confeſſio per eum
emiſſa, quamuis toties ratificata, & confir-
mata, tanquam vi tormentorum extorta, nec
non omnia inde ſecuta ſint ipſo iure nulla,
nullius roboris, & momenti. *Ad Tex. in Cle-
ment. paſtoral. 2. vbi Gloſſ. & communiter cano-
niſtæ de re iudic. Farinac. conſ. 156. num 29. &
ſeqq. lib. 2. & indic. de tortur. quæſt 39 num. 34.
Guazin. ad defenſ. reor. defenſ. 29. cap. 4. num.
3. de Laurent. deciſ. Auenionen. 15. per tot.*

Quia regula, quod tortura inferri non poſ-
ſit denegatis defenſionibus, procedit præſer-
tim, vbi agitur non de torquendo reo, ſed
de condemnando, & vbi etiam fuerunt peti-
tæ defenſiones, & copiæ indiciorum, & in
hoc caſu loquitur *Farinac. d. conſil. 156. num.
23. & 47.* & in caſu etiam quo pendebat ap-
pellatio à denegatione copiæ indiciorum,
ſecus verò ſi reus huiuſmodi defenſiones non
petierit, vel alius illas pro eo, tunc enim
quod Iudex poſſit ad torturam deueniri, abſ-
que eo quod defenſiones terminorum, & in-
ditiorum copias decernat per *Tex. in l. vnius*

§ *cogitum ff. de quæſtion.* ibi poſtulante reo tradit idem *Farinac. allegata quæſt. 39. num. 90.* vbi quod licet poſſit omni caſu defenſionem rei ex officio, & parte non petente quærere, & ſupplere in facto in ijs, in quibus deſunt Aduocati, hoc tamen non procedit quando tractatur de ſeruanda, vel non ſeruanda aliqua ſolemnitate, cuius obſeruatio etiam defenſionem ſpectaret, vt in danda copia indiciorum ante quæſtiones; quippè in obſeruantia harum ſolemnitatum Iudex ſuppplere ex officio, & parte non petente non tenetur, & allegat, *Angel. tit. de confeſſ. num 6. & 7. tunctis num.* 15 *&* 16. hanc opinionem pluribus comprobantem, & in fine *dict. num. 16. teſtantem* de communi opinione.

Et licet plures ſint, qui contrarium teneant relati ab eodem *Farinac. d. quæſt. 39. num. 91.* ſcilicet, quod etiam reo non petenti dandæ ſint defenſiones, non ſolùm ante condemnationem, ſed etiam ante torturam: tamen in caſu noſtro multum vrget diſtinctio, ac limitatio in hac opinionum contrarietate allata a *Marſil. in practic. ab eodem Farinac. conſiderata d. quæſt 39. num. 92.* nimirum, quod aut reus eſt Homo idiota, vel alias veriſimiliter ignorans iuris ſolemnitates, ac ſuas defenſiones, & tunc procedit opinio, quod etiam non petenti dentur defenſiones; aut eſt Homo ſagax, vel talis conditionis, vt veriſimiliter ſciat petere copiam, & ſuas defenſiones facere, & tunc procedit opinio cōtraria, quæ certè opinio ſi vſquam alibi, & & in aliquo admitti, ac applicari debet in dicto Perrot inquiſito Homine ſagaciſsimo, vt apparet ex eius reſponſionibus in toto proceſſu, & alias vt conſtat ex proceſſibus tranſmiſſis contra ipſum formatis ſuper delictis eiuſdem generis, abigeatus ſcilicet, & furti præuento, & petitis, & datis defenſionibus ad triremes perpetuò ſub pœna mortis damnato.

Verum quidquid ſit de hac diſtinctione, quam *Farinaccius* videtur minus probaſſe in
19 Tribunalibus Vrbis propter conſtitutiones dumtaxat locales Summorum Pontificum relatas eadem *quæſt. 39. num. 99.* ſumus in caſu inſignis, & famoſi Furis, qui non ſolum poteſt renunciare ſuis defenſionibus, vt probat idem *Farinac. d. quæſt. 39. num. 63.* verum etiam abſque renunciatione poſſunt ei denegari defenſiones, dummodo ſit notoriè talis, vt eſt iſte Perrot inquiſitus; de quo nedum per Teſtes, ſed etiam per ſententiam ſuper pluribus abigeatibus, & furtis ab eo commiſſis latam & executioni demandatam ab Illuſtriſs. & Reuerendiſs. illius temporis Prolegato Auenionen. conſtat eſſe notoriè talem, in terminis *Farinac d. quæſt 39. num. 107. 108. & 109.* & idem etiam in publicè diffamato ſi delictorum notorietas probauerit per ſententiam firmat *de Laurent. in exaduerſo citata dec. 15. num. 11.* & melius omnib, & ex profeſſo Reuerendiſs. D. meus Auunculus *Franc. de Angelis de confeſſion. iudic. & extraiudic. lib. 3. quæſt. 16. num. 19.* docet, quod in publicis latronibus diffamatis, viarumq; graſſatoribus, ac in ſimilibus quorum confeſſionem non præcedentibus legitimis indicijs per torturam extortam ſufficere ad illos condemnandos, & allegat *Conciol. reſolut. 2. num. 5. verb. confeſſio* qui erga finem ait publica diffamatio ſufficit loco indiciorum, dum concurrant aliqua indicia ſaltem leuia, ſecus eſt, ſi non concurrant.

In hac ſpecie facti, agitur de Fure ſin minus deprehenſo in puncto rei ablatæ, ſaltem poſt aliquot horarum interuallum nullo actu extraneo medio antequam illa deferret, quo deſtinauerat eum re furtiua reperto; quo in caſu dicitur fur manifeſtus, & in fraganti depræhenſus in terminis *Sanfelic. deciſ 39. num. 1. per tex. in l. 3. ff. de furto. & in 3. furtorum autem inſtitut. de de oblig. quæ ex delict. naſc.* cui cum certum ſit quod nullæ competunt defenſiones, conſequens eſt, quod ei non dentur; ita *Farinac. d. quæſt. 39. num 103 & ſeqq. vbi num 106* ponit exemplum in reo reperto in flagranti, & firmat *limitationem* iſtam de non dandis reo defenſionibus de iure procedere in notorijs, & in flagranti.

Cum igitur verſemur, in caſu famoſi Furis publicè diffamati, & notoriè talis etiam per ſententiam executioni demandatam, depræhenſi in flagranti, abigentis actu duos
20 mulos furto ſubtractos, & ſic palam delinquentis, & concurrat ipſius rei infamia, & leuitas vitæ, & indicia plus quam ſufficientia, quæ ſunt omnia requiſita a Doctoribus conſiderata adhoc vt reus poſſit torqueri ex proceſſu informatiuo, ritè, & rectè fuit dicto Perrot inquiſito illata tortura, & eius confeſſio, ſeù confeſſiones in tortura, & extra, toties repetitæ, & ratificatæ omninò ſubſiſtunt, & valent, vt ſupra benè firmat de Angelis.

Sed dato etiam, quod huiuſmodi confeſſiones admittendæ non eſſent, nihilominus minus adhuc ſententia mortis cōdemnatoria contra dictum Perrot lata optimè ſubſiſteret, & executioni demandari deberet, vel ex hoc ſolo motiuo, quod agitur de fure deprehenſo cum re furto ſublata nondum ad locū deſtinatum translata, qui dicitur fur mani-

feſtus,

ſeſtus, captus in flaganti, ac re ipſa conui-
ctus, & ſi agatur de magno furto furca ſu-
ſpendi debet, vt in terminis *Sanfelic. d. deciſ.*
34 per tot. vbi num. 7. teſtatur de pœna vltimi
ſupplicij illata depræhenſo cum vaſis argen-
teis valoris 40. ducatorum, qui pœnam tri-
remium, vt iſte Perrot paſſus fuerat *& deciſ.*
272. vbi quod etiam ſi poſt duos, vel tres
dies depræhenſus capiatur, antequam per-
uenerit ad locum deſtinatum cum re furtiua,
nihilominus dicitur fur manifeſtus, & cap-
tus in flagranti, & vltimo ſupplicio cenſe-
tur plectendus, & refert ita iudicatum, &
tradit *Cutac. in l. 4. ff. ad l. aquil. & lib. 11. ob-
ſeruat. 38. cum alijs per Hyeronim. Calam. in
pragmat. 11 de emph. & vendit. ſiue de furt part.
1. in princip. num. 2. & ſeqq.*

Quod autem hic agatur de furto, ob quod
dictus Perrot ſit pœna mortis puniendus, du-
21 bitandum non eſt, cum tractetur de abigea-
tu, & qui ter, & pluries tale crimen alias cõ-
miſit, vt poſt *Gomeſ. Peguer. & Caball.* in ter-
minis firmat *Farinac. de furt. quaeſt. 167. num*
3. abſque eo quod obſtet, quod idem Perrot
iam fuerit pro illis alijs abigeatibus, & fur-
tis punitus; quia furta illa, & abigeatus non
recenſentur vt denuò puniantur, ſed vt ag-
grauent tertium hunc, aut quartum abigea-
tum, in quo fuit in flagranti depræhenſus, &
captus in terminis *Sanfelic. d. deciſ. 39. in fin.*

Neque ſubſiſtit, quod de tempore inflictæ
torturæ non conſtaret, nec adhuc conſtet de
22 corpore delicti, quia legitur apprimè ex pro-
ceſſu formato in oppido Venaſcę contra eun-
dem Perrot. quod iſte fuit depræhenſus de-
ducens, & abigens duos mulos per iter publi-
cum tendens ad dictum oppidum Venaſcam,
vbi fuit captus in flagranti cum eiſdem duo-
bus mulis; cum verò ipſa die, vel ſequenti
dictus Perrot fuiſſet traductus ad hos Carce-
res Carpen, quod die traductionis, vel po-
ſtridiè cõparuit Raphael Labaume loci Abo-
lenæ conductor villæ ruralis ſitæ in territo-
rio Abolenæ, conquerens nomine Domini,
ſeu proprio, ſibi fuiſſe in dicto rure ſubtra-
ctos duos mulos; conſtat etiam quod idem
Labaume coram D. Iudice dicti Oppidi Ve-
naſcæ indicauit omnia ſigna etiam ſpecifica,
& indiuidualia apta ad probandum identita-
tem mulorum furto ſubtractorum, quod ea-
dem ſigna infallibilia fuerunt de mandato
eiuſdem Iudicis muli poſiti inter plures, fue-
runtque etiam per dictum Labaume legiti-
mè, & ſeruatis ſeruandis recogniti, vt re-
ſultat ex proceſſu.

Ex quo clarè conſtat de corpore delicti in
crimine furti de quo agitur: furtum enim, vt
dicatur probatum, ſufficit quod appareat de
præexiſtentia rei furtiuæ in loco commiſſi
23 furti, & de eius deficientia: de quibus planè
conſtare ex dicto proceſſu euidenter patet
iuxta concluſionem communiter receptam,
quod tam præexiſtentia quam deficientia hu-
iuſmodi quod corpus delicti in furto proban-
tur etiam indicijs, & coniecturis, ac etiam
per aſſertionem iuratam cõquerentis de fur-
tis, vel alterius de domo ſua cum veriſimili-
tudine arbitrio Iudicis, iuncta præſertim bo-
na fama conquærentis, quæ concurrit in ca-
ſu, tam reſpectu d. Caſtanier. Domin. d. ru-
ris in quo muli fuerunt furto ſubtracti, quam
reſpectu dicti Labaume eius conductoris, vt
firmant in terminis *Farinac. q. 2. num. 14. &
ſeqq. & quaeſt. 116 par. 1 per tot Magonſ deciſ.
Florent. 128. num. 8. Clar. & Baiard. in §. fur-
tum nu. 76. Boniſac. de furt 2. per tot. Maſcard.
de probat. concluſ. 829. & 830. lib. 2. Menoch.
lib. 6. præſumpt. 61. num. 62. Laurent. Matthan.
& Sanleg. tract. de re criminal controuerſ. 35. per
tot. & plures alij relati per Conciol. reſolut. crim.
verb. furtum reſolut. 1. per tot.*

Verùm vlterius Fiſcus ad abundantiorem
cautelam per Teſtes examinatos corã Com-
miſſario poſtea tranſmiſſo ad dictum locum
Abolenæ, plenè, & concludenter probauit
præfata requiſita corporis delicti, abſque eo
quod obſtet, quod ibi recognitio rei furtiuæ
non fuerit facta re poſita inter plures, quia
recognitio huiuſmodi iam fuerat facta in me-
morato proceſſu incepto corã d. Iudice loci
Venaſcæ tempore congruo, quo ſcilicet po-
24 terat eſſe periculũ ſuggeſtionis, & ſuborna-
tionis, quæ eſt cauſa finalis huiuſmodi reco-
gnitionis rei poſitæ inter plures, vt tradunt
*Vermigliol. conſ. 234. num. 6. & alij relati per
Conciol. verſ. recognitio reſolut. p. num. 1. & 2.*
quod de tempore, quo iam muli erant reſti-
tuti, & reperiebantur pœnes eorum domi-
num, nihilominus ſi ponerentur inter plures
ad effectum recognitionis intempeſtiuæ, ef-
ſet omninò inutilis.

Prout neque obſtat, quod alter ex duobus
teſtibus deponentibus coram dicto Commiſſa-
rio ſcilicet dictus Labeaume deponat in rem
propriam, ſeù ſit familiaris, & domeſticus d.
Caſtanier poſſeſſoris ruris, in quo muli fue-
runt furto ſubtracti, quia etiam teſtes dome-
ſtici, & familiares admittuntur ad effectum
probationis corporis delicti, & ipſa quoque
aſſertio iurata domini rei furtiuæ, qui ſit vir
bonæ conditionis, & famæ admittitur, vt
tuentur *Doctores* ſupracitati, & alij relati per
Conciol. verb. furtum reſolut. 1. num. 7.

Id vnum ſupereſt, vt orem Sapientiſſimos,

& æquiſſimos Iudices, boni, ac quietis publicæ ſtudioſos, diligenter perpendant, agi in hac cauſa de famoſo, & inſigni Fure incorrigibili, qui ex propria confeſſione, tot, & ſinguiis fermè diebus, quot in hac Patria duxit, poſt fugam è triremibus circuiuit eius oppida, & Ciuitates, committendo, aut tentando noua furta qui, ſi tantum remittatur ad triremes, ad quas in prima ſententia fuerat condemnatus, & è quibus euaſit, duo grauiſſima delicta, alterum fugæ è triremibus, aliud abigeatus, in quo fuit deprę̄hēſus in fraganti, & re ipſa conuictus, illudque ipſe confeſſus, omninò remanebunt impunita; & Patria iſta, eiuſque Populi nouis in dies furtis, & abigeatibus erunt expoſiti, ſi contingat Furem hunc inſignem, & incorrigibilem iterum a triremibus aufugere: quod ab homine fagaciſſimo, & artis euadendi peritiſſimo iure timeri poteſt.

Et ita ſaluo, & deliberatum Carpentoracti, die 24. Iunij 1692.

Pro Executione Iuridicialis Sententiæ deſuper impreſſæ Iuridica Franciſci de Angelis I. V. D. Declaratio admonitiua.

PArta poſt crebras Studiorum elucubrationes Victoria per venerabilia Sacræ Aquarum Congregationis Oracula, vt eadem Victoria per mandati relaxationem ſuum contra Fulginatem Communitatem conſequatur effectum, & vlterioribus obuiam eamus litigioſis Anfractibus, operæ pretium eſſe duximus, ne mandatum prædictum in effectuali executione perenneiur, publicos Meuanates animaduertere Officiales, quod mādatum prædictum obtentum contra Communitatem, & Homines Fulginates aduerſus eos non comprehendit Repreſalias; quia Repreſaliç permittuntur ſolummodo in ſubſidium pro ſatisfaciendis Tributis Pedagijs, Collectis, cæteriſque Oneribus Principi debitis, concurrentibus tamen cauſis, & requiſitis relatis à *GuidPap. deciſ. 32. per tot. & ibi in Addit. ac optimè Cbcell. in Bull. Bon. Regim cap. 12. num. 36. cum ſeqq. plurib.*

Nām & verbum ibi = contra Homines = eſt intelligendum, vel de Hominibus vti ſingulis, vel vti vniuerſis, *Rot.* in his terminis *coram recol. mem. Merlino deciſ. 182. num. 5. tom. 1. & Rot. recent. par. 17. deciſ. 68. num. 1. & 11.*

Et tanquām Singuli, vel Vniuerſi tunc tenentur, ſi bona Vniuerſitatis deficiant *Cbocll. vbi ſupra cap. 18. num. 57. & ſeqq. Burait. deciſ. 916. num. 9. & 10. & in eadem deciſ. 68. ibidem ſupra*, hiſque deficientibus, imponitur contra eoſdem Collecta per Æs, & Libram *Cbocll. eod. cap. 18. dicto num. 57. & ſeqq. & Rot. in ead. par. 17. deciſ. 111. n. 3.*

Pro qua, in caſu de quo agitur, aſſiſtit ex omni parte Iuſtitia; quia Fulginates sūt obligati ex debito neceſſario vigore Sententiæ Nicolai Epiſcopi Tiburtini Delegati Apoſt. & Card. Beuilaquæ Legati, & vltimo loco prædicti Sac. Tribun. Aquarum, vt conſiderat *Rot. recent. part. 15 deciſ 392. n. 5. & ſeqq.*

Nos autem ad effugiendos Excuſſionis Circuitus deſuper enunciatos ſumus in Voto, quòd Adminiſtri Vniuerſitatis Fulginei interpellentur ad exibenda, & indicanda Bona Communitatis, ſiue ad indicendā Collectam, cum præfixione termini pro indictione, & reſpectiue Collectæ exactione: quo elapſo termino, mandatum deſuper relaxatum videndum mandari exequi aduerſus eoſdem Fulginates publicos Auminiſtros, *Saluſt. Tiber. in ſua Prax. Indic. A. C. lib. 1. cap. 35. pag. mihi 61.* & adductis Sacræ etiam Rotæ Deciſionibus optimè *Ferentill. ad Burait. eadem deciſ. 916. num. 12* ea ratione, quia huiuſmodi Communitati Præſideates ipſam repręſentant Vniuerſitatem, & ex eorum negligentia remanent ita condemnati *Ferentill. & Tiber. ibidem ſupra*, vbi *præfatus Tiber. in med. eiuſd. cap. 35.* Subdit, quòd ipſi Adminiſtri poſtmodum ab Illis de Vniuerſitate recuperabunt pro viribus Singulorum iuxtà ea, quæ latè ſcripſi *in meo 2. Opuſcul. de Flumin. poſt. tom. 1. de Confeſſ. num. 24. & 25. & in hoc tom. 2. in Additam. num. 60. & ſeq. & inclytus Aduocat. Maſſer. ante præfata Additam. pag. mihi 179 cum ſeq. num. 39. & ſeq.*

Sed in noſtro imminenti caſu cum habeamus Collectam ab anno citrà impoſitam, & repartitam, & Exactorem, qui diligens fuit in exigendo contra Meuanates poſſidentes in Agro Fulginati collectato, at negligens contra Poſſeſſores Fulginates, comprehendendus in executione dicti mandati ob eius negligentiam in exigendo ad tex. in *l. 1. C. de Pericul. nominat. lib. 11.*

Michaelis Angeli Spezia Meuanatis, olim Nobilis Collegij Ghisilerij de Vrbe ex minimis, à totius Philoſophiæ, Mathematicæ, nec non a Legum Ciuilium, & Canonicarum curſu in alma Vrbe licentiati, Rueuerendiſs Dom. Franciſco de Angelis ob inſignia de Confeſſionibus volumina. Alluditur etiam Stemmati Gentilitio.

ELEGIA.

CVM traheret vitæ primas Infantulus auras,
Inſediſſe ferunt ore Platonis Apes.
Ore tuo vt referant pretioſo nectare ſuccos,
Nectaris artifices conglomerentur Apes.
Angele doctrinà toto es præclarus in Orbe,
Tu prima ex Noſtris laus vtriuſque fori.
Quæ nunc communi mandas volumina luci,
Quàm pulchra in toto comparuere ſolo.
Hoc vnum firmas libris: quod ſcilicet ille,
Quod ſemel eſt faſſus, plus reuocare nequit.
Declaras, quandò Confeſſio facta, fatenti
Proſit, vel quandò forte nocere poteſt.
Bartolus à Baldo ſi diſcrepat, Angele ſolùm
Tu potes ingenio iungere vtrumque tuo.
Quis te obſcuras clariùs explicat Angele leges,
Qui facili methodo ſoluere cuncta doces.
Soluere Mortales, quod non potuere, Cerebro
Angelico, dubium ſoluitur omne, tuo.
Iam ſi viuente Rota te Romana citauit,
Emeritis plauſit laudibus illa tuis.
Stemmate, quid mirũ tibi ſi datur Angelus! haud eſt
Ingenium, Ingenio par, mihi crede, tuo.
Cæruleo, credàm, quæ ſtemmate lilia geſtas,
Candorem ex animo dedicisse tuo.
Promere plura velim; ſed tot deprimere laudes
Quis valet? in magnis, & voluiſſe ſat eſt.

IN-

INDEX RERVM AC VERBORVM OMNIVM

Quæ in huiuſmodi Appendice copioſè continentur.

A

Abigeatus

EST Abigeatus ſpecies diuerſa à furto in genere queſt. 86. num. 2.

Abigeatus pœna quæ ſit? quomodò intret? & cui, vel quibus irrogetur ſecundum facti contingentiam quæſt. 86. n. 3.

Confeſſio Abigei an afficiat, vel ne, & quomodo? refertur Votum reſolutiuum R. P. D. Honofrij, ibidem num. 4.

Abigeatus quando plenè, & concludentèr probatus remaneat pro parte Fiſci, ibidem, num. 9.

Teſtes inducti pro parte Fiſci iuncta Confeſſione emanata, & pluries ratificata ab Inquiſito de Abigeatu vtrum ſit ſufficiens, vel ne ad condemnationem, iunctò etiam Corporè Delicti reperto penès Abigeum? ibidem, num. 10.

Inueniens Animalia per Agros, aut ad viam publicam errantia an dicatur, ſi accipiat, Abigeatum committere? ibidem, num. 11.

Qualitas ſubtractionis, & abactionis Animalium compeditorum in Paſcuis, quæ conſtituit Abigeatum, an ſufficiat, ſi ex Confeſſionè probetur ſolummodo? ibidem, nu. 12.

Teſtes inducti pro parte Fiſci probantes Animalia abducta, abacta, & traducta ad aliquem locum, in quo fuerunt reperta penes Abigeum an ſine Confeſſione eiuſdem Abigei probent etiam ſubſtantiam, & qualitatem Delicti ſubtractionis ſcilicet Animalium compeditorum? & an Confeſſiones geminatæ Inquiſiti concernentes etiam corpus, & ſubſtantiam delicti noceant confitenti Abigeo? ibidem num. 13. Et vide etiam in V. Obſeruantia.

Inquiſitus de quamplurimis furtis ac etiã abigeatibus confeſſus, & conuictus non obſtante conſuetudine minime infligendi vltimum ſupplicium an habeat locum vel nè quandò probetur multiplicitas furti, & abigeatus iuncta etiam qualitate conuicti, & confeſſi Rei ibidem num. 17.

Abigeus pluries repertus in crimine, an poſſit condemnari ad pęnam vltimi ſupplicij? ibidem num. 21.

Identitas animalis furati an ſit deneceſſe in Abigeatu probanda? & quando dicatur conſtare de corpore delicti? ibidem num. 22.

Pręexiſtentia, & deficientia in caſu Abigeatus ex quibus probata reſultet? ibidem num. 23. & multa alia adducuntur.

Accuſatio

Contrà Iuſtitiæ Miniſtros accuſatio quibus modis falſa detegatur? queſt. 85. num. 4.

Accuſator

An ſit idem Calumniator quòd Accuſator? & recenſentur carmina Martialis queſt. 85. num. 5.

Ad compeſcendam Accuſatorum malitiã & vt Iudicantium, & Regentium Virtus peremnè triunphet exaratur Votum deciſium R. P. D Honofrij Meuanatis Patritij & Authoris ex Sorore Nepotis Rectoris, & Preſulis prò S. Sede Apoſtolica in ſpectabili Prouincia, & Comitatu Venayſſini quæſt. 85. num. 10.

Adiudicatio

Secuta adiudicatione non eſt locus Iuri offerendi. & quomodo procedat? & aſſignatur forma Decreti in adiudicatione quæſt. 82. num. 14.

Alexander

Celeberrimus Iuris Conſultus Alexander Iouius Peruſinus laudatur, & etiam Ioſeph

Spada Interamnenſis ambo Authoris Prçceptores quæſt. 83. num. 6.

Angelus Aretinus

Iniuſto Syndicatu accuſatus Angelus Aretinus per annum in Carceribus Noriæ detentus fuit quæſt. 85. num. 74.

Appellatio

Inferior Iudex an dicatur habere manus ligatas prò executione ſuç ſententiæ quando appellatio fuit interpoſita ad Iudicem ad quem non innoteſcens Iudici a quo?& an hçc formula appellandi aperiat fauore appellantis ſui delicti impunitatis viam ? quçſt. 85. num. 26.

Intimationis appellatio quæ exoritur à Iudice Superiori contra inferiorem extimeſcere autoritatem Iudicis Superioris quæſt. 85. num. 27.

B

Baldaſſar Cincius

Illuſtriſsimus, & Reuerendiſsimus D. Balthaſar Cincius inter Romanos Optimates Inclytus, & Vir clariſſimus morum candore redolens, Virtutibus omnibus conſulgens, iuremeritò Papalis cubiculi Magiſter, & Sacri Apoſtolici Palatij Præfectus

Beneficia

Homines ſepè ſepius beneficia verò Marmori conſcribunt, quæſt. 85. num. 73.

Barattaria

Si impunitum remaneret crimen Reipublicæ noxium, & præſertim Barattariç magnus ſtimolus ſucceſſoribus daretur corruptè omnibus, atq. indiſtinctè iuſtitiam faciendi quæſt. 85. num. 1. B.

Barattaria per Teſtes contrà Iudicem ex quibus probata reſultet, vel nè ? ibidem n.29.

Barattaria, & dolus an debeat habere prçuium tractactum exceſſiuæ exactionis pecuniarum ? quæſt. 85. num. 30.

Barattaria an includatur per munuſculorum receptionem ? ibidem num. 31.

Barattariæ quænam ſint cauſæ, & quomodò, & quando probentur, ibidem nu.38.

Barattaria an per Teſtes Singulares, & ſuper diuerſo caſu deponentes veniat attendēda ? ibidem num. 42.

Dolus, & Barattaria licet clam committi non ſoleat, & ſit difficilis probationis, leuiora tamen probata non ſufficient, ibidem n.43

In Barattariæ crimine etiamſi agatur criminaliter an requiratur exactiſſima probatio ibidem num. 44.

C

Cauſa

Obligationis cauſa quandò dicatur lucratriua vel oneroſa reſpectu Creditoris, non autem Debitoris quæſt. 81. num. 20.

Ceſſio

Iurium ceſſio quando poſſit fieri, vel fieri debeat ſtatim, vel ex interuallo ? queſt. 81. num. 14.

Iurium ceſſio in caſu ſolutionis, quæ fit à fideiuſſore non eſt neceſſaria, & poteſt quandocumq. reportari a Fideiuſſore, & Creditor cogitur ceſſionem facere quamquam Debitor vti Fideiuſſor expreſsè non ſoluerit, quæſt. 81. num. 17.

Ceſſio Iurium an ſit deneceſſe facienda à Creditore anteriore Poſteriori, & cum quibus Clauſulis ? quæſt. 82. num. 12

Cicero

Eloquentiæ patris Ciceronis referuntur exclamationes circà miſeram conditionem Regentium quæſt. 85. num. 45.

Calumnia

Aduerſus eos qui præſunt, ſepè ſepiùs calumniæ inſurgunt, & recenſetur exemplum D. Athanaſij quæſt. 85. num. 6.

Clauſula

Si non fuerit ſolutionis tempore appoſita clauſula = Pro parte & portione, ac quota debita quid operetur pro diuiſione ſolidi quæſt. 81. num. 5.

Confeſſio

Non valet cōfeſſio ſuper Credito cum hypotheca, ſi ambo requiſita non probentur ex ſcriptura aduerſus Creditorem hypothecarium

carium

carium quæſt. 82. num. 5.
Confeſſio in Libello impugnata non obeſt Libellanti quæſt. 83. num. 4.
Confeſſio facta in die feriata in honorem Dei ſi non eſt iudicialis quid ex inde eueniat? & quid ſi facta ſit ſpontè? quæſt. 83. num. 5.
Confeſſio in Pręparatorijs quid operetur? quæſt. 84. num. 1.
Confeſſio emanata ab eo, cui fuit aſſignatus tempus ad deliberandum an valeat? quęſt. 84. num. 2. & ſeq.
Confeſſionem abigeatus vide in V. Abigeatus.
Confeſſio Inquiſiti non aſſignatis defenſionibus, & copia Proceſſus, ſicq. indefenſi, ſignanter ſi vi tormentorum extorta ſit confeſſio, an ſit ſufficiens ad condemnandum? quæſt. 86. num. 18.

Conteſtatio Litis

Ex quibus expreſsè, vel tacitè inſurgat Litis conteſtatio? quæſt. 83. num. 1.
Conteſtatio Litis a quo fiat, & cum qua formula? ibidem num. 2.
An facta litis conteſtatione cum formula = Narrata, prout narrantur non fuiſſe, nec eſſe vera = inſurgat aliquid preiudicij? ibidem num. 3.

Compoſitio

An legitima dicatur compoſitio facta à Iudice pro expenſis Curiæ? quæſt. 85. nu. 22

Correi

Debendi Correi qui ſint? quæſt. 81. nu. 1.
Correus ſi pro rata ab altero Correo condebita receperit quietantiam a Creditore de recepto, an, & quando poſſit repetere ab altero Corrèo queſt. 81. n. 9.
Correus debendi ſoluens pro principali Debitore abſq; ceſſione poteſt repetere quæſt 81. num 12. & datur ratio ibidem, & vide in V. Ceſſio

Corruptio Iudicis

Veriſimilitudo corruptionis in Iudicem quando includatur, vel nè etiam reſpectu Partium? quæſt. 85 num. 23.

Creditor

Partem ſui Crediti recipiens Creditor, vel illud ſi recepiſſe confiteatur an ſibi præiudicet, vel ne in ſolidi obligatione, & quæ requirantur, vt tale præiudicium ſibi inferatur per receptionem partis Crediti, vel Confeſſionem illius, & an procedat in ſorte, vel in vſuris, vel in vtroq. ſcilicet in ſorte, & vſuris, aut quando non? quæſt. 81. num. 2.
Creditor ſi receperit, vel recepiſſe confiteatur ab vno ex Correis ſpontè, vel ſimpliciter valet totum, & integrum debitum repetere abſq. Iurium ceſſione, ſiuè prò rata ab altero Correo condebita quæſt. 81. nu. 9.

D

Damnatus ad Triremes

Perpetuò ad Triremes damnatus an, & quando, & quomodo propter fugam arreptam, & traſgreſſionem veniat condemnandus? diuerſimodè diſtinguitur, & conciliantur DD. etiam quoad pœnam quæſt. 86 n. 5.
Et quid dicendum ſi condemnatus ad Triremes perpetuas non adiecta Clauſula cominationis vltimi ſupplicij in euentum fugæ? ibidem num. 6.

Datio in ſolutum

Res data in ſolutum quando repellat ius offerendi? quæſt. 82. num. 15. & quid ſi ex Principis reſcripto ibidem num. 16.

Defenſiones

Inſigni, & famoſo Furi defenſiones an veniant denegandæ, & quare? iunctis etiam alijs delictis, & ſententijs contra ipſum confitentem emanatis ſuper alijs etiam confimilibus criminibus ſignanter exceptis? quæſt. 86. num. 19.

Diuiſio

In annuis præſtationibus debitis à pluribus Correis in ſolidum obligatis, an inducatur diuiſio ſolidi tam in reſponſionibus annuis præteritis, quam futuris quæſt. 81. n. 6.
Ex quid in ſorte principali Cenſus? dicta quæſt. 81. num. 7.

Donatio

Nemo præſumitur donare, cum donatio ſit perdere quæſt. 81. num. 4.

Digitized by Google

E

Expenſæ Curiæ

An legitima dicatur compoſitio facta à Iudice prò expenſis Curiæ? quæſt. 85. nu. 21.

F

Fama

Plerumq. mendax eſt fama, & parum eidem deferendum eſt quæſt. 85. num. 48.
Mala fama ex quibus probetur? ibidem num. 50.
Mala fama à nullo ferè Proceſſu probatur, ibidem num. 51.
Proſternatur mala fama, dum Teſtes contrà Iudicem examinati inter sè contra dicuntur, ibidem num. 52. & redditur ratio n. ſeq. & latè vide in V. Teſtes
De mala fama credendum non eſt, quando minimè oriatur immediatè poſt delictum, & an requiratur temporis ſpecificatio? ibidem num. 59.
Famę omnia requiſita an ſint de neceſſe in magno numero Teſtium, cum numerus defectum ſuppleat? ibidem num. 62.
An bonæ famæ probatio in genere debeat malæ famæ probatæ in ſpecie præualere? & an hoc procedat in terminis Iudicis Syndicandi ibidem num. 66. & prò ratione vide n. ſeq.
Quæ in Facto cōſiſtunt probanda veniunt, vt in quæſt. 82. num. 4.

Fideiuſſor

Totum debitum fideiuſſor ſoluens non reportata Iurium ceſſione, nequit à Principali repetere, & hoc etiam in con fideiuſſore procedit, ſi nòn fuerit reportata ceſſio Iurium quæſt. 81. num. 13.
Verius tòndo eſt, quod Fideiuſſor ſoluens Creditori non cenſetur pecuniam dare in ſolutum, & in extinctionem Iuris Creditoris, ſed potius Creditoris nomen emere quæſt. 81. num. 16. & vide in V. Ceſſio.
Fideiuſſor, ſiuè confideiuſſor, aut Correus debendi habet in corpore Iuris aduerſus principalem ſuum Creditorem indemnitatis releuationem, & an Creditor teneatur cedere Iura etiam ex interuallo? quæſt. 81. num. 18. & declaratur Bartoli opinio ſuper cauſa lucratiua, vel onerosa.

Fur

Confeſſio furis an afficiat Furantē? quęſt. 86. num. 1. & vide etiam in V. Abigeatus
Fur manifeſtus quis dicatur, & quando in fraganti repertus? quiduè ſit de terminandum quoad pœnam, etiamſi corpus delicti fuit repertum poſt tres dies? & an dicatur captus in fraganti, & ſit locus vltimo ſupplicio? ibidem num. 20.

H

Hypotheca

Ex quibus probetur Hypotheca? & ex qua ſcriptura oriatur? quæſt. 82. num. 2.

I

Ioannes Franciſcus Schenardus

Coactus fuit Ioannes Franciſcus Schenardus propriam, eiuſq. inculpabilem innocentiam tueri per diuturnam Carcerationem quæſt. 85. num. 75.

Innocentia

Intereſt Reipublicæ propalare Iudicum innocentiam quæſt. 85. num. 71.
An innocentia victrix magis Splendeſcat? ibidem num. 76.

Inobſeruantia

An inobſeruantia pœnæ Triremis perpetuę poſſit dici nouum crimen? quæſt. 86. n. 8.

Inſidia

Facillimum eſt Maleuolis & Inimicis perpatrare inſidias Officialibus quæſt. 85. n. 46.

Interrogatus Interrogatio

Dandum eſt tempus ad deliberandum illi, qui fuit interrogatus, vt reſpondeat quæſt. 84. num. 2
Non petito tempore ad deliberatè reſpondendum, ſi quis confiteatur valet confeſſio, ibidem, num. 3.
Interrogationes præparatoriæ Iudicij fieri etiam poſſunt Iudice pro Tribunali non ſedente;

dente: ſecus eſt in his, quæ reſpiciunt plenam cauſę cognitionem, ibidem, num. 4.

Inquiſitus criminaliter

Quotidianum eſt, quod Partes criminaliter inquiſitæ conquerantur de Iudice quæſt. 85. num. 15.

Iuſtitiæ Miniſter

An Iuſtitiæ Miniſter omnibus placere poſſit? quæſt. 85. num. 11.

An a Iuſtitiæ miniſtris oppreſſione frangatur Iuſtitiæ neruus? & tunc ſucceſſores lento calce procedant? ibidem, num. 12.

Iudex

Quomodo Iudex non ſolum completo Officio, verum etiam Officio non completo ſit ſyndicandus? & acriter pro delicti menſura puniendus? quæſt. 85. num. 2.

Principi non minus Curæ eſt ſubditos ab indebitis Regentis redimere vexationibus, quam ſuos Iudices in eorum manutenere decore, quæſt. 85. num. 7.

Iudex dicitur decor, & dignitas quæſt. 85. num. 8.

Iudex quomodo à Deo vocetur? quæſt. 85. num. 9.

Ad compeſcendam Accuſantium malitiam, & Indicantium extollendam integritatem, & Virtutem exaratur Votum R. P. D. Honoſ.ij, ibidem eod. num. 9. cum ſeq.

Iudex quò exactius munus ſuum implet, eo acriùs ſibi maiores inimicitias attrahit, quæſt. 85. num. 16.

Qui peccat, odit leges, & Iudices. quæſt. 85. num 17.

Iudex quando à Partibus præſumatur vel nè corruptus mediante pecunia ad alterandam Iuſtitiam? ibidem, num 23.

Iudex abſque mente Barattariæ non habens pecuniā ſibi debitam poteſt non miniſtrare Iuſtitiam, ibidem, num. 24.

Adamuſſim probanda eſt exceſſiua à Iudice facta petitio pro eius honorario, ibidem, num. 25.

Iudex an habeat manus ligatas per Appellationis interpoſitionem factam ab Appellante ad Iudicem Superiorem, dummodò talis appellatio non ſic nota inferiori Iudici ex quenti? Et quid ex hac formula appellationis euenire poſſit quæſt 85. num. 26.

Iudex inferior dicitur attentare, eo ipſo quòd recipit intimationem appellationis interpoſitæ coram Superiori Iudice ibidem nu. 27. & vidè etiam in V. Appellatio

Iudici non prohibentur munuſcula, quæ intrà triduum conſumi poſſunt, ibidem n. 31.

An omnis receptio Munerum prohibita ſit Iudici poſt ſententiam non præcedente Tractatu eodem num. 31. 32.

Nullus Iudex reperitur, qui non habeat aliquos contra ſè conquerentes, ibidem n 33.

Honor Iudicis non eſt auferendus in ſyndicatu, & an huiuſmodi ſit in arbitrio Iudicis Syndicantis, taleq; arbitrium an debeat à Iure regulari, præſertim non exiſtente dolo? ibiq. num. 34.

Probatio contra Iudicem de dolo, & Barattaria an afficiat, ſi non probetur dies, & locus, quando Munera recepit Iudex? ibidem num. 35.

Iudex an habeat pro ſè preſumptionem Iuris ibidem num. 67.

An deliberatio contrà Iudicem in publico Conſilio facta pendente Syndicatu, & poſt Inquiſitionem, non ſolum malam famam, ſed apertam denotet conſpirationem? ibidem num. 69.

Iudicis propalanda eſt innocentia, ibidem num. 71.

Fieri non poteſt, quin multi de Iudicibus conquerantur, ibidem num. 72.

Ius offerendi

Offerendi Ius in quo conſiſtat, & an requiſita neceſſaria Crediti, & hypothecæ ſint copulatiuè neceſſaria? quæſt. 82. num. 1.

Ius offerendi eſt veluti filius ibidem nu. 5.

Ius offerendi oritur ex æquitate legis, & ex hypotheca ibidem num. 6.

Ius offerendi competit cuilibet Poſſeſſori hypotecario etiam extràneo ibidem num. 7.

Ius offerendi Poſſeſſori etiam ſecundo actualiter poſſidenti non denegatur, cum competat etiam ſimplici Poſſeſſori, ibidem num. 8. vbi dicitur quinam eſſe debeant iſti Poſſeſſores?

Ius offerendi denegatur per venditionem pignoris iure Creditoris factam extraneo & dantur rationes cum limitationibus, & ſublimitationibus, ibidem num. 10. & num. 11. declaratur Verbum Extraneus

In actione Iuris offerendi an ceſſio Iurium ſit neceſſe facienda a Creditore anteriore Poſteriori, & cum quibus Clauſulis? ibidem num. 12

Res data in ſolutum per debitorem primo Creditori an repellat Ius offerendi? & declaratur cum rationibus quæſt. 82. num. 15.

In Iure offerendi, an ſit offerendum Creditum cum Vruris, & quid ſi aliquis ex duplici contractu habeat Creditum diuerſum? & quomodo ſit actio regulanda? quæſt. 82. num. 17.

In Iure offerendi quomodò veniat intelligenda opinio Crauett. Conſ. 298. num. 16. & 17. cum ſeq. ibidem num. 18.

Ius offerendi per quem temporis curſum præſcribatur, ſi quis veniat agendo? & quid ſi veniat excipiendo? aſſignantur rationes in vno, & in alio caſu ibidem num. 20.

Ius offerendi competens ſimplici Poſſeſſori a quo tempore incipiat & deſinat? & an detur purgatio moræ, & vſq. ad quod tempus? ibidem num. 21.

In Iure offerendi ſi opponantur melioramenta, quomodo ſit procedendum, ibidem proximè num. 22.

L

Lex

Rigor Legis Modeſtinus ff. de ſolut. moderatur per Teat. in l. cum his 36. ff. de Fideiuſſor. quæſt. 81. num. 15.

Diſpoſitio l. Et quid ſub imagine C. de diſtraction. pignor. quomodò procedat, vel non? quæſt. 82. num. 13.

An qui peccat, & Iudices, & Leges odio habeat? quæſt. 85. num. 17.

Et an recuſatio ſimilium Perſonarum peccantium, non ſolum afficiat Carceratum, ſed illius etiam Affines? ibidem num. 18.

Libellanti

Non obſtat Confeſſio Libellanti emiſſa in Libello, ſi à Reo impugnetur quæſt. 83. n. 4.

M

Magiſtratus

Maiorem gloriam Magiſtratus reportat à calumnijs Emulantium ſuperatis, quàm ſi nullas in ſyndicatu habuiſſet accuſationes quæſt 85. num. 77. & in comprobationem num. ſeq. afferuntur verba Caſſiodori in cõſolationem Iudicum.

Melioramenta

Quomodò, & qualiter Melioramenta cõſiderentur quando quis intentauit Ius offerẽdi? quæſt. 82. num. 22.

Melioramenta, an ex confeſſione probentur? ibidem num. 23.

Munera

Stante conſuetudine an Officiales in pecunijs poſſint recipere Munera? quæſt. 85. num. 39. & num. 40. declaratur, quòd vnicus tantum actus ſufficiat pro conſuetudine obſeruanda.

Pecuniaria quantitas retracta ex muneribus, an trahat ſecum præſumptionem doli, & Barattariæ ibidem num. 41. & vide in V. Barattaria.

O

Obſeruantia

Aliorum Tribunalium obſeruantia circa fugientes a Triremibus cum clauſula vltimi ſupplicij in caſu tranſgreſſionis non cõdemnantium ad pœnam Mortis, an debeat ſeruari, vel nè in foro diuerſo, in quo ſit condemnatio, quæſt 86. num. 14.

Obſeruantia prædicta Tribunalium an ſit iuſtificanda? & iuſtificata quid operetur quãdo expreſſa ſit in condemnatione clauſula vltimi ſupplicij ob non obſeruantiam? ibidem num. 15. & quid dicendum, ſi Reus fuerit Abigeus condemnatus ad Triremes propter Abigeatus delictum?

Officialis

Quomodò Officialis, & Iudex non ſolum completo Officio, verumetiam non completo, ſit ſyndicandus, & acriter pro delicti Menſura puniendus? quæſt 85. num. 2.

Aduerſiuæ Populi voces contrà Officialem, qui geſſit Iuſtitiam, an ſint ſpernendæ ad remouenda odia, & inſidias? ibidem n. 49.

P

Philippus

R. P. D. Philippi de Honofrijs Rectoris famigerati Comitatus Venayſſini Elogium. quæſt. 85. num. 11.

Pretia

Rerum pretia ex quibus deſumantur? & qui operentur in vno Caſu, quidne in alio? quæſt. 82. num. 19.

Præſul

Aduersùs eos, qui præſunt ſæpe, ſæpiùs Calumniæ inſurgunt: & refertur exemplum D. Athanaſij, quæſt 85. num. 6.

Præſumptio

In Iure offerendi præſumptio à quo tempore incipiat, ſi quis veniat agendo; & quid, ſi veniat excipiendo? quæſt. 82. nu. 20. & 21.

Præparatorium.

In Iudiciorum præparatorijs quid operetur, vel nè confeſſio? quæſt. 84. num. 1.

Princeps.

Incumbentia Principis eſt non minus ſubditos à Regentium vexationibus eximere quam ſuos Iudices gubernantes in eorum ſeruare decorem, vt in quæſt. 85. num. 7.

Proxeneta.

An Proxenetæ à Teſtimonio repellantur fatendo ſe voluiſſe Iudicem corrumpere, & alios impuliſſe ad tam graue committendũ delictum? Et an hoc procedat, ſi agatur de Clerico, e de Viro in dignitate conſtituto? quæſt. 85. num. 22.

R

Rationis Redditio.

An Reipublicæ interſit, vt Officialis de per ipſum adminiſtratis rationem reddat? Vide in lit. L. & O. in Verbo Officialis, & Iudex.

Recuſatio.

An recuſatio Perſonarum, quæ peccarunt; ſe ipſos afficiat, & Alios? quæſt. 85. num. 18.

Reſpublica.

Si impunitum remaneret Crimen Reipublicæ noxium, & præſertim Barattariæ, ſucceſſores audaciores fierent in corrumpendo Iuſtitiam, quæſt. 85. num. 13.

Retentio.

Pro Cenſibus voluntariè extinctis non datur retentio, quæſt. 81. num. 11.

Limita in Correo debendi, ſiue fideiuſſore, & ratio redditur, quia Vnuſquiſque pro alio ſoluendo, illius conditionem meliorem facit; & idem eſt in Confideiuſſore quæſt. 81. n. 12.

S

Sacerdos.

An Sacerdoti ſit credendum ſuper dolo, & barattaria probanda? Et an vnico Teſti ſit pariter credendum? quanquam eſſet Scipio Affricanus, quæſt. 85. num. 36. & 37.

Scientia.

De his, quæ publicè fiunt, & dicuntur Scientia præſumitur quæſt. 85. num. 54.

Sententia.

R. P. D. Honofrij Sententia quæſt. 85. n. 79. & vide lit. P. in verbo Philippus.

Singula

Quæ non proſunt, Singula, ſimul vnita iuuant. Eſt regula, & quomodo procedat? quæſt. 85. num. 47.

Syndicatus.

Quæ nam ſit Syndicatus definitio? quæſt. 85. num. 3.

Syndicatus quare ex omni Legum neceſſitate inſurgat? ibidem, num. 70.

Solutio, & Soluens.

Ex erronea partis ſolutione & reſpectiuè ex ſolutione maioris, vel minoris partis non cenſetur inducta diuiſio Solidi quæſt. 81. n. 3.

Soluens pro Alio ſuccedit in locum prioris Creditoris, cui ſoluit, etiam abſque Iuriũ ceſſione, & habet vtilem actionem negociorum geſtorum quæſt. 81. num. 10.

Quilibet pro alio ſoluendo illius commo-

Digitized by Google

dum facit meliorem; ideò non denegatur repetitio, quæſt. 81; num, 12.

Subditus,

Principis proprium eſt Subditorum Curã habere; & e contra Iudicum aſſumere defenſiones, quæſt. 85. num. 7.

Suggeſtio, Subornatio,

Quomodò euenire poſſit ſuggeſtio, & ſubornatio in formatione Corporis Delicti, vel in excluſione illius? quæſt. 86. num. 24.

T

Tempus,

Interrogato, an ſit aſſignandum tempus ad deliberatè reſpondendum? quæſt. 84. nu, 2. & 3.

Teſtes

An Teſtes vti carcerati, vel coacti, aufugientes ad locum immunem animosè in Iudicem loquantur? & in conſequens eorum depoſitiones an fidem mereantur? quæſt: 85, num. 14.

An Teſtis contrà Iudicem examinatus dicens ſe ab eodem Iudice grauatum, & malè tractatum eſſe dolens, & non tantum Teſtis vices gerat, ſed illius, qui in ſyndicatu petitionem & querelam dedit deponendo aduerſus Iudicem probet? ibidem num. 19.

Teſtis non attenditur circa ea, quæ dicit audiuiſſe ab N. N. niſi ipſo N. N. formaliter examinato ibidem num. 20.

Teſtis de auditu non dicens à quò audiuerit nullam fidem meretur ibidem num. 28.

An Teſtes non deponentes de pecunia recepta a Iudice & de alijs male ablatis, vel ſaltem de culpa proxima dolo, ſed ſolummodò de negligentijs, & de ſententijs per partialitatem latis, Barattariæ delictum contra Iudicem probent? ibidem num. 29.

Teſtis non deponens diem, neq. locum recepti muneris a Iudice, an dicatur probare Barattariam, & dolum ibidem num. 35.

Teſtes deponentes de mala fama contrà Officialem debent eſſe omni exceptione maiores, & iſta qualitas eſt articulanda ibidem num. 55. & in antecedentibus numeris.

Teſtes deponentes de mala fama non ſufficit dixiſſe de publico auditu, ſed debent etiam addere a maiore parte Populi, et an hoc procedat in vtroque foro ciuili, & criminali? ibidem num. 56.

Teſtes deponentes de mala fama, an nominare debeant à quibus audiuerint, etiamſi non ſint in cauſa intereſſati ibidem num. 57.

An fama a Teſtibus, ac viris maleuolis, & Iudici infenſis, tamquam a turbido fonte exorta, ſit attendenda? ibidem num. 58.

Teſtes deponentes de mala fama debent deponere de loco, alijsq circumſtantijs delicti ibidem num. 60,

An Teſtis deponens de propria opinione, & non de publica probet, vel ne? ibidem num. 63.

An Teſtis fidem ſibi adimat, & ſuſpectus reddatur, dum voluntariè fatetur eſſe vnum ex illis, qui concluſerant petere depoſitionem Iudicis? ibidem num. 64.

In concurſu Teſtium, ſi aliqui deponant pro fama excluſiua delicti, etiam ſi ſint de numero pauciores, debent præferri, ibidem, num. 65. & vide in V. fama

Teſtes ſuper Abigeatu vide in V. Abigeatus.

Triremes

An inobſeruantia pœnæ Triremis poſſit dici nouum crimen? quæſt. 86. num. 8. & vide in V. Obſeruantia.

LA-

L A V S   D E O

Semperque Virgini Deiparæ MARIÆ, Quibus ingentiſsimas, flexis genibus, eleuataque ad Cœlum humillimè Mente gratias ex toto Corde Ago ego

Franciſcus de Angelis tanti Numinis Creatura abiectiſsima

Ortus ab Anno 1626 die Iouis XV. Octobris, nunc ætatis Annorum LXVIII & dierum decem ab hac præſenti die XXV. Octobris 1694 iugitèr cum Pſalmiſta pſalm 30 cano. Ego autèm in Te ſperaui Domine: dixi: Deus meus es tu: in manibus tuis fortes meæ. Eripè me de manu Inimicorum meorum: & à perſequentibus me. ſicque ex tua inceſſante Pietate. Eſto Mihi in DEVM protectorem, & in Domum Refugij, vt Saluum me facias. in eodem Pſalm. 30.

FINIS

Digitized by Google

Errores in hoc Secundo Tomo Impreſsionis tempore commiſsi, incuria Scriptoris, qui vel ferè, aut omninò immutare poſſunt ſenſum, cum alij Lectoris accuratæ eruditioni relinquantur.

ERRATA	CORRECTA
Ex Hymno	
Gigantes	Giganteus
Sitquè	Sicquè
Ex Prælud. Diſſertat.	
Huius	Huic
Potentioribus	Potentibus
XV	X. V.
Ex Implorat. D. Auxilij	
Ad Corinth. cap. 3.	Ad Corinth. 2. cap. 3.
Opifice	Opifex
Robora	Robura
Fretus	Fœtus
Ex Tract.	
fol. 3. n. 16. Maij	Martij
fol. 5. num. 2. deciſ. 268.	deciſ. 368.
Ibid. n. 4. proprio	propoſito
Eod. n. Peregr. art. 33.	Art. 35.
fol. 6. n. 7 ſoluere	ſoluens
Ibidem n. 8. per aditam	poſt aditam
Ibidem n. 9. 1656.	1654.
Ibid. n. 10. Maralcot. cap. 27.	Mareicot. cap. 37.
fol. 10. n. 6. §. ſero	§. Seio
fol. 11. n. 12. curantis	curauit
fol. 12. n. 13. deciſ. 384.	deciſ. 284.
fol. 12 n. 14.	*Deficit* Cum videatur facere
fol. 14. n. 3.	*Deeſt* Poſt lapſum tempus
fol. 15. n. 17. ff. ſic ert	ff. ſi cert. petat.
fol. 17. n. 15. fritur	fruitur
fol. eod. n. 16. tempore	qui tempore
fol. 18. n. 26.	*Deficit* Quotidianas diſtributiones
fol. 20. n. 4. deciſ. 454. n. 10.	num. 1.
Ibidem n. 9 Paſt. de Dom.	De Bon.
fol. 21. n. 1. Mangil.	*Deficit* cum duabus etiam quæſt. ſeqq.
fol. 22. in ſumm. n. 8. vel	velle
fol. 23. n. 1. poſſeſſionis	Poſſeſſoris
fol. 25. n. 5. triennio	termino
Ibidem n. 6. cuiuſcunqoe	cuicunque
fol. 26. n. 1. Iurd. deciſ. 305.	306.
fol. 27. n. 11. in ſum. inductis	inductus
fol. 28. n. 4. ſecundum naturam	ſui naturam
Ibidem n. 12. cauſam	caſum
fol. 32. n. 3. Cerr. deciſ. 955.	954.
fol. eod. n. 5. Pignatell.	conſult. 7. n. 18. & ſeqq.
fol. 33. n. 7. Ricc. coll. 4407.	collect. 4047.
fol. 34. n. 8. viuente Vxore	Sciente Vxore
fol. 35. n. 9. vbi n. 32.	vbi n. 33.
fol. 38. n. 1. adminiculi	adminiculis
Ibidem n. 6. deciſ. 46.	deciſ. 74. n. 3. & 5.
fol. 41. in ſum. q. ſollicitudinem	ſollicitationem
fol. 45. n. 26. Exceptionem	Exemptionem
fol. 47. n. 58. prohibitis	probatis
fol. 48. n. 6. factum	fauorem
fol 49. n. x. Michal cap. 15.	cap. 13.
fol. 50 n. 3. metum incuſſum	metus incuſſus.
Ibidem n. 6. quæ maior	quæ minor
fol. 51. n. 11. es	&
fol. 52. n. 2. deciſ. 213.	deciſ. 223.
fol. 53. n. 3. Leotard. part. 2.	part. 1.
fol. 54. n. 9. a die confeſſionis	confirmationis
fol. 56. n. 2. moderatione	moderamine
fol. 58 n. 3. contextam	contexam
fol. 63. n. 8. in ſum. circumſcriptio	circumſpectio
fol. 64. n. x. Ricc. collect. 243.	2435.
fol 66 n. 1. aut hoc	ita vt hoc
fol. 68. n. 1. poſt	per
fol. 69. particulari	particularis
fol. 71. n. 3. confeſsione	tranſactione
fol. 72. n. 5. iuerit	fuerit
Ibidem n. 11. poſt verbum contractibus	*Deficit* nominatis
fol. 76. n. 3. de commiſſio	de commiſſo
fol. 77 n. 3. inficiatur	inficiat
Ibidem H.	B.
fol. 78. n. 5 aſſetenti	aſſeueranti
fol. 79 n. 5. peruerutate	peruerſitate
fol. 80. n. 14. Conciol.	*Deficit* in V. Tractatus
fol. 81. n. 3. non minor	Non miror
Ibidem n. 5. cap. vbi	cap. vltim.
& ibidem n. 7. naturale	naturalem
fol. 82. n. 9. æqualiter	qualitèr
fol. 83. n. 10. in ſumm. Vxoris	Vxori
fol. 86. n. 9. quæſt. 236.	136.
fol. 87. n. 17. correctio	extenſio
fol. 88. n. 36. quæſt. 303.	33.
fol. 91. n. 2. in fin. deciſ. 2437.	1437.
fol. 92. n. 2. eodem	eadem
fol. 94 n. 3. quòd fuerit	*Deficit* Forenſis
fol. 96 n. 8. ad decis. 382.	ad deciſ. 282.
fol. 99. n. 9. Camſorem	Capſorem
fol. 101. n. 13. inuehenlum	inuehendum
fol. 105. n. 13. fundantur	fundatur
fol. 106 n. 5. dantur	dentur
eodem in ſumm. n. 1. & non. alijs	& non alias
fol. 116. n. 7. Barat. conſ. 129 n. 2. lib.	lib. 7.
fol. 117. n. 1. tenetur	tenentur
fol. 118. n. 1. mancipiant	emancipant
Ibidem n. 3. notoriate	notorietate
fol. 119. in ſumm. n. x1. fecit	fuit
fol. 126. n. 6. à officium	ad Officium
fol. 212. & 221. in Epigram. de Gregorijs	de Georgeis
fol. 128. n. 8. neceſſarius	Neceſſarijs

fol. eod.

fol. eod. & n. Annuiſm	annuum
In eod. fol. 128. in Carmine manet	maneat
fol. 130. in ſexticon, Gratas	Grates

In Indici

ERRATA	CORRECTA
fol. 148. in V. Inpotentis Conſeſſio quæſt. 59.	q. 49. n. 2.
fol. 159. lit. S. in V. ſequeſtrum, Concedendus	concedendum
fol. 174. verſ. Eia tuas	tua
fol. 175. minore	miror

In Additam. de Flande.

fol. 190. n. 34. decis. 172.	deciſ. 162.
fol. 191. n. 55. contr. 587.	582.
fol. 194. n. 78. & comprehenſum	ſed comprehenſum.
fol. 195. n. 90. expreſſarum	expenſarum.

In Elegia

fol. 247. In prima	Tu prima
ibidem Tam	Nam
In eod. ver. viuente	viuentem
Paulo poſt dedicisse	dedidiciſſe

Digitized by Google

Digitized by Google